

M. Alexandrij Glascoij Wärtebergij

A° 1598 die 29 Octobr. Ons' Appelacionis gratia
enigmam venit & buntur pulchri 2 valles, hanc p. 1598

L O C I T³
THEOLOGICI
VIRI CLARISS.
D. VICT. STRIGELII.

Quibus Loci communes reuerendi viri,
D. P H I L I P P I M E L A N T H O N I S
illustrantur, & velut corpus doctrinæ
Christianæ integrum proponitur.

In vsum docentium ac dissentientium doctrinam,
quæ est Ecclesiæ Christi propria.

C O N T E X T I , E T N V N C P R I
M V M I N L V C E M E D I T T .

Labore & studio CHRISTOPHORI PEZELII,
Sacrae Theologiae Doctoris.



N E A P O L I N E M E T V M
excudubat Matthæus Harnisch.

c i o . i o . l x x x i .

No 70. Ex libris Simonis Leysey



725



08.01.1991

GENEROSSISSIMAE INDOLIS
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO MAVRITIO LANDGRA-
VIO HASSIAE, ILLVSTRISSIMI PRINCI-
PIIS AC DOMINI, D. VVILHELMI LAND-
GRAVII HASSIAE, Comitis in Cattenelnbogen,
Ditz, Zigenhain & Nidda &c. Filio, Domino suo cle-
mentissimo S. D.

NON TILISSIMVM est in omni genere studiorum,
assuefieri discentes ad certam aliquam & ex-
plicatam doctrina formam, qua initia, pro-
gressiones ac metas, & quasi integrum Corpus
cuiusq; doctrine complectatur. Hanc enim qui
mente circumferunt, & ceu Ideam integri edi-
ficij sape intuentur, hi non solum ordinem ac connexionem mem-
brorum, sed membra etiam ac partes singulas facilius agnoscere,
ac rectius dijudicare possunt.

Sed omnium maxime in Ecclesia necesse est extare talenm ali-
quam simplicem methodum, ἀνάλογον fidei, & Canoni doctrinae
Propheticae & Apostolicae conformem, qua non mutilam doctrinam,
sed quasi corpus integra doctrina comprehendat, & huius
quoque ortum, progressiones & metas monstrat. Nam haec, ut
historiorum vocabulo utar, σωματοσῶμα, si congruat vndique
cum norma fidei, & fundamentis monstratis voce diuina,
instar Lydi lapidis est, ad quam sententia & opiniones omnes in
dogmatum controversias dirigi & examinari possunt.

Cum autem loquendi forma ambigua, tum in omni genere
disputationum, tum in primis in Ecclesia, aut errores pariant,
aut dissidia: valde prodest in illis methodis doctrina calestis, cer-
tos loquendi modos retinere, quicconsentanei sint Scripturae, &

E P I S T O L A

veterum ac probatorum scriptorum sententiam fideliter exprimant. Nam perplexi, ambigui, noni, & à Canone Scripturae, & testimonis orthodoxis (quaes graui authoritate recepta & comprobata sunt) discrepantes modi, quendi, ipsa etiam dogmata obscurant & inuoluunt, & consensum inter docentes dirimunt atque diuellunt.

Quare & Scriptura de utraq; reprecipit, nimirum, de corpore doctrinae in principiis articulis religionis Christianae integrè cognoscendo, & de proprietate in genere sermonis retinenda.

Cum Apostolus iubet, ut verbum Dei abunde inter nos habitet in omnis sapientia: vult singulis familiarissime notam esse doctrinam, sicut hi noti sunt, qui nobiscum habitant, & vult adhibere diligentiam in conferendis partibus doctrinae, sine sophistica: Quod fieri non potest, nisi methodus certa, ac velut tituli universae doctrinae Christianae mentibus infixi sint, qui de principiis materiis nos moneant, quas continent libri Prophetici & Apostolici.

Alibi idem Apostolus inquit, Oportere Episcopum verbum Dei opib[us] oportet, id est, recte secare atq[ue] dividere. Postulat igitur ac reprecipit, ut Corpus doctrinae integrum intelligat, ac comprehensum animo circumferatis, qui docere, alios debet. Id enim nisi fiat, nunquam recte distribuere partes, aut singulas aptè propone, aut dextrè ad eas res accommodare poterit, de quibus vox divina loquitur.

Ac ne quis putet hanc curam ad docentes solum pertinere, notum sit omnibus Divi Petri dictum, qui omnes Christianos iubet paratos esse ad reddendam rationem eius, quæ in nobis est, spei, omni poscent nos. Quas vero fidei suæ rationes reddet, aut quomodo doctrinæ vera confessione contra Diabolos & Sophistas lacerantes doctrinæ Ecclesie, velut catuli panniculos discerpunt, feliciter pugnabit is, qui doctrinam, certo velut ambitu inclusam, & suis membris ac partibus distinctam ignorat?

i Petri 3.

De

DEDICATORIA.

De modis verò loquendi propriis ac minimè ambiguis, in explicāda summa doctrinā Ecclesiae usurpandis, expressum ac manifestum est Pauli Præceptū: ὃ ποτέ πωσιν ἔχει οὐγιανόντων λόγων, ὃν παρ' ἑροῦ οὐκέτας. Iubet formam certam retinere non modo sententiārum, sed etiam verborum sanorum, & exemplum suum allegat, ut licentiam atq; audaciam quiduis fingendi, & præstigii sophismatum atq; ambiguitatum ludendi in Ecclesia seuerissimè prohiberi sentiamus. Nam sana & probata sermonis forma amissa, paulatim amittitur lux doctrinæ, & fenestra patefit erroribus ac dissidiis, qualibus nunc etiam videmus turbari atq; concuti Ecclesias, postquam licentiam sibi quisq; sumpsit de summis fidei Christianæ articulis inuehendi atque obtrudendi aliis nouas, & Scripturæ atq; Ecclesia puriori incognitas verborum ac phrasium formas.

Singulari autem Dei beneficio, mox inter initia repurgata à tenebris Pōtificiis doctrinæ Euangelijs, excitatus est vir de Ecclesia Christi & scholis Germanie optimè meritus D.P H I L I P P V S M E L A N T H O N, cuius memoria apud omnes pios ac bonos est in benedictione.

Qui ut euolueret disputationes quasdam ex magna caligine & confusione, & de singulis articulis doctrinæ, in quibus facta erat diuinitus emendatio, firma ac perspicua testimonia ordine distributa, velut in tabella, sibi ipsi & aliis ante oculos propone-ret: Hypothoses primum, mox epistola ad Romanos, que & ipsa methodus est doctrinæ Euangelijs, & verè clavis Scripturæ sacramoniarip potest, Enarrationem scripsit.

Hil libri cùm velut methodus quadam Theologica essent, magno cum applausu audiissimè initio excepti fuerunt, ab his qui doctrinæ Euangelijs studioserant. Ac hypothoses illas Locorum communium etiam doct̄or L V T H E R V scribens ad Erasmū, inuictum libellum nominauit, suo iudicio non solum immortali-tate, sed Canone quoq; Ecclesiastico dignum.

— ad Timotheum 3.1.

E P I S T O L A

Postea cum in Comitiis Augustanis anno Christi 1530. iubente Carolo Imperatore, Confessio publica doctrinæ sonantis in Ecclesiis repurgatis, exhibenda esset nomine Principum Euangelicorum, nec facile reperiatur ad eam scribendam idoneus, nec nihil periculi tunc esset, aut eligere materias, aut electas explicare: consentientibus omnium suffragiis D. PHILIPPO hoc muneris iniunctum fuit, ut grauiissimo huic labori manu ipse admoueret.

Congessit igitur tum capita Cœfessionis AVGVSTANÆ, quæ extat, complexus ordinat perspicue summam ferè doctrinæ Ecclesiarum nostrarum, præsertim ubi à genere doctrinæ Pontificio discesserant, & ut Imperatori responderetur, exigent rationem mutationis doctrinæ & ceremoniarum, & ut falsa crimina depellerentur, quæ ad animum Imperatoris exasperandū nostris obiiciebantur. Missa est autem & D. LUTHERO tota forma Confessionis, qui Principibus scripsit, se legisse hanc Cœfessionem, eamq; eximiè probare.

Cum autem Pontificij, Confessioni huic publicè pralectæ coram Imperatore & Principibus Imperij, suam quandam confutationem opposuissent, quam & ipsam in confessu Principum prælegicurārunt: iussus est D. PHILIPPVS Apologiam Confessionis parare, in qua causa exponerentur, quare non reciperet nostri confutationem, & ea quæ obiecerant aduersarij, dilueretur. Id cum diligenter & fideliter præstisset D. Philippus, non desstitit ab eo tempore, vir ad Ecclesiam & scholas erudiendas natus, in schola VVitembergensi eosdem articulos doctrinæ Euangelicæ assiduè inculcare iuuentuti, ac methodo Dialectica magis magisq; euoluere.

Itaq; anno 36. LOCOS Communes edidit, dedicatos regi Anglia: quos ex Comitiis Ratiponensibus domū reuersus, anno 42. denuo retexere cœpit & illustrare copiosius, cum non desinerent aduersarij nouis fucis sophismatum pingere errores suos, & Philippus longo rerum usu edictus magis perspiceret, ubi & declaratione

D E D I C A T O R I A.

ratione doctrinæ vberiori, & refutatione aduersariorum euidentiori opus esset nostris Ecclesiis.

Quam quidem ob causam, & Doctore Lutherò superstite, eoq; & sciente & approbante, idq; ante annum Christi 1540. (nā postea nihil quidquam mutatum esse constat) quædam tam in Confessione, quam Apologia, non priuato, sed publico nomine mutauit ac declarauit luculentius. Fuitq; posterior illa recognita editio Confessionis, in VVormatiensi & Ratisponensibus colloquiis exhibita: ac respondit Philippus ipse, in colloquio VVormaciensi, Eccio obiicienti nostris dissimilitudinem exemplarium Confessionis Augustanae, Rerum eandem esse sentētiā, et si quædam alicubi in posteriore editione scripta anno tricesimo octauo explicatiū sint posita. Quibus non modò Eccius tum acquieuit, sed apud nostros etiam, ante dissidia à Flacio mota, nemo quisquā contradixit, vel Theologorum, vel Principum, adeo ut cūm prioris editionis exemplaria deessent, posterior illa atque recognita Confessio in omnium manibus versaretur.

Edidit autem Philippus ante D. Lutheri mortem annis ferè tribus, postremam Locorum Theologicorum recognitionem, in quibus post illius obitum nihil prorsus mutauit, nisi quod in Loco Delibero arbitrio unam saltem pagellam inseruit, ut Manichaes & Enthusiasticas quorundam imaginationes refutaret, qui hominem vel nescientem, vel inuitum rapi fingunt in conuersione, neglecto ordine, quem Deus instituit.

De hoc libro Locorum Theologicorum D. Philippi notum est Doctoris Lutheri præcanium, quo posteritati vniuersæ, præclarum illud depositum, & magni pretij thesaurum commendauit, paulo ante mortem, in præfatione primi Tomi suorum operum. Nunc, inquit, Dei gratia extant methodici libri quamplurimi: Inter quos **LOCI COMMUNES PHILIPPI** excellunt, ex quibus Theologus & Episcopus pulchre & abudè formari potest, vt sit potens in sermone doctrinæ pietatis.

EPISTOLA

In eadem quoque praefatione, hoc honorifico elogio iudicium suum de D. Philippi laboribus ac scriptis exposuit, quasi praeuidens animo molitiones & conatus iniustissimos illorum, qui postea omnibus probris Philippum infectari ausi sunt, quorum aliqui, ne nunc quidem in Christi sinu quiescenti parcunt. Nam diuinitus ait factum esse, ut Philippus ipse adiungeretur, ut solum laboris haberet in Theologia. Quid enim per hoc organum Dominus operatus sit, non in literis tantum, sed in Theologia, satis, inquit, testantur eius opera, etiam si irascatur Satan, & omnes squamæ eius.

Omitto illa quæ ex colloquis familiaribus D. Lutheri referuntur à fide dignis, quibus præstantiam donorum Dei in Philippo, & hunc in primis librum Locorum Theologicorum honorifice commendauit, de quo sape dicere solitus est. Non esse meliorē librum post Scripturam sanctā, quam Locos communes Philippi, & hunc librū retinendū esse in Ecclesia, in hoc libro Philippū & docere, & pugnare, & triūphare.

Nec verò obscurum est, omnium bonorum ac sapientum doctorum in Ecclesiis Germanicis similia iudicia fuisse de libro Locorum Theologicorum Philippi ante hanc infelicia tempora. Si quis enim summam doctrinæ nostrarum Ecclesiarum, & verā Augustana Confessionis sententiam cognoscere vellet, is iubebatur Locos Philippi legere: in quibus omnium articulorum fidei ac Confessionis nostræ doctrina, tanta fidelitate, tam concinno ordine, & orationis genere adeo proprio atque perspicuo exposita esse iudicabatur, ut in omnium ore hec vox esset. Vix aliud scriptum humanum, quod tum quidem in Germania eruditis notum erat, hoc in genere conferri Locis Theologicis Philippi, aut cum fructu maiore discentibus proponi posse.

Quin & Flacium Illyricum, qui primus in harum Ecclesiarum sinu, quæ sunt addictæ Confessioni Augustana, arrodere doctrinam Locorum Philippi postea ausus est, antequam factionibus se se

D E D I C A T O R I A.

ſeſe muniſſet, & cùm aliquid adhuc ſanæ mentis haberet, præclarè admodum de hoc libro ad Philippum ſcripſiſſe conſtat, cùm hiſ ipsiſ verbis ad eum uteretur: Minimè ego odi, quæ tu eruditè, piè & vtiliter ſcripſiſti. Locoſtuos coſinunes tam nolle imperire, quām me iſipſum iuiferē perire nolle. Extat epiſtola typiſ impressa, & anno quarto poſt Lutheri mortem ſcripta, quo tempore etiam hoc ſcripſit Flacius in libro de notiſ Antichriſti: Sciunt iſi quoque Papistæ, in omnibus noſtriſ Ecclesiis ita doctriṇam Christi tradi, ſicut ea in D. Philippi Locoſ communibus comprehenſa eſt.

Nutum eſt etiam illoſ, qui nunc paſſim, non uno, ſed multis in lociſ memoriam nominis & meritorum Philippi abolere unā cum ſcriptiſ ipſius (ſi poſſent) veſſent: paulo ſuperioribus annis in immenſum laudib⁹ extuliſſe D. Philippi Locoſ Theologicoſ, quoſ p̄allegere aliis, & mirum in modum commendare ſolebat. Quoruſ teſtimonia ex ſcriptiſ ipſorum publiciſ ab aliis collecta, cū in plurimi morum manib⁹ veſtentur, nihil attinet prolixius nunc à me illare repeti, ne aut dolori meo iuiftiſimo, quem non dubito me habere coſunem cum multis piis paſſim in tota Germania gementibus, indulgere, aut nominati in quenquam perſtingere voluiſſe videar.

Illud verò quod ſaþe mecum cogitare ſolco, & quod omnes intelligentes eodem modo iudicare mecum exiſtimo, quia in hanc de Locoſ Theologicoſ Philippi coſmemorationem ingressuſ ſum, non poſſum non breuiter hoc loco attingere. Si ſerio iſli, qui nunc in plurimiſ Germaniæ lociſ doctriṇam eius libri inſectantur, ſic ſenſerunt anteа, ut doctriṇam noſtrarum Eccleſiarum ſincere, dextre, fideliter, in Locoſ Theologicoſ Philippi recitari atque explicari iudicarent, cur tot anathematis eam nunc ad vulgus persequuntur? Sin verò, quod probarunt anteа, nunc improbandum putant, ipſos ne fatendum eſt, an Philippi ſcripta ſententiā in articulis quibusdam controuerſis mutaſſe, & inuexiſſe

EPISTOLA

genus doctrinae nouum, alienum à nativa Augustana Confessionis sententia, quam consentaneum scilicet est authori illius non fatis notam fuisse, aut si quid inesset obscuri, falsò scilicet iudicaris ille, non contra, sed secundum Scripturæ sacrae normam intelligendum atque interpretandum esse.

Semper scripsit D. Philippus, se hoc sentire de omnibus articulis doctrinae Christianæ, quod in libro Locorum suorum communium contineretur, nec gignere se nouas opiniones, neque sequi dogmata aequi aliena à vera sententia Confessionis Augustana, quam dextrè intellectam statuebat consensum esse Ecclesia Catholica, id est, omnium eruditorum in Ecclesia Christi, quæ normam retineret traditam in scriptis Propheticis & Apostolicis, & Symbolis, & huic unī atque indubitate & minime fallenti normæ Scripturæ sacrae & symbolorum, omnia scripta humana subiici oportere, affirmabat.

Tunc etiam, cum Flacij & ceterorum ex cohors Galli, aliquot annis post accusationes de Adiaphoros, quæ non ad Philippū solum, sed ad totas Ecclesiæ multarum regionum pertinebant, arrode reprimū doctrinam in Locis Theologicis comprehensam, & eleuare atque abiicere eius autoritatem, & Augustana Confessionis, præsertim quæ recognita superstite D. Luthero prodierat, sententiam varie interpretari, & litem ex lite querere cœpissent, & quidquid carpere posse ex Philippi scriptis, id exagittarent peruerentes aut calumniantes. Tum igitur, ut de genuina sententia Confessionis Augustanae à se scriptæ constaret omnibus: Repetitionem eiusdem Confessionis scripsit Philippus, tempore Tridentina Synodi, ad quam iudicandam adhibiti sunt multi alij, qui publico nomine illam approbarunt & commendarunt.

Postea & librum Examinis Theologici edidit, in quo eadem de iisdem dicendo, eruditissima methodo, & summa orationis perspicuitate, magnam lucem attulit præcipuis materiis, quarum cogni-

DEDICATORIA.

cognitionem manifestum est omnibus in Ecclesiis nostris necessaria-
riam esse. De controversis vero, quae magis magisq; à Flacianis
accensæ & agitatae sunt, atque adeo de ipsa etiam controversia
Cœna Dominicæ, de qua inter D. Lutherum & Bucerum Con-
cordia constituta anno 36 fuerat: evidenter ac perspicuè senten-
tiam suam ostendit D. Philippus anno 57. id est, triennio ante
obitum, in Formula Concordia scripta in Colloquio VVormatiæ,
cui multi alij doctores nostrarum Ecclesiarum, atq; inter hos e-
tiam I OHANNES BRENTIUS, tum subscripserunt. Nec mul-
tò post editum est scriptum Philippi contra articulos Bauaricæ
inquisitionis, quod ipse in testamento adiungi voluit prioribus
suis scriptis.

In his ergo uniuersis ac singulis, cum eadem doctrinae forma
extet, quam ante & post D. Lutheri obitum beatæ illæ animæ Phi-
lippi sonuit: quid est, quod Philippi scripta (quatenus sacrarum
literarum Canoni, & veteri atq; orthodoxæ Ecclesiæ Confessioni
consentanea sunt) calumniis multorum suspecta atq; iniuria iu-
uentuti atq; etiam vulgo redduntur, & legitima controversia-
rum diiudicatione nunquam facta, erroris damnantur, quæ ex
Scripturis sacris erroris nondum conuicta sunt? sed ulterius
prouehor, quam institueram.

Vinet enim ac vincet tandem veritas, etiamsi calumniarum
procellis diu ac duriter concutiat. Nec deerunt adpiam poste-
ritatem γνῶσι D. Philippi discipuli, qui doctrinam voce diuina
traditam, & per hoc salutare organum monstratam atq; expli-
catam in Ecclesiis nostris, & memoriam nominis ac meritorum
tanti viri, firmiter ac constanter retinebunt.

Fuit autem, cum superstes adhuc esset γνῶσι & Philippi discipu-
lus, vir clarissimus VICTORINVS STRIGELIVS, quem
multi meminerunt excellentibus donis ingenij, doctrinae & elo-
quentiae diuinitus ornatum fuisse, & ultra annos viginti qua-
tuor pluribus in locis magna cum laude sua & fructu discentium
erudiisse iuuentutem scholasticam.

EPISTOLA

Audiuerat is multis annis ambos heroas, quos Deus per Germaniam Ecclesiae senescenti dedit, D. Lutherum & D. Philippum, viva voce docentes in Academia VVitebergensi: ac scripta utrinque per omnem vitam attente & accurate legere solebat. Sape autem hoc ingens Dei beneficium prædicabat: quod quæ D. Lutherus in diuersis tum interpretationum, tum concionum voluminibus tradiderat, ea tanquam in unum corpus redacta, aptissima methodo, & sermone proprio D. Philippus complexus esset: & hanc doctrinam consentientem Scripturæ sacræ testimoniis, & orthodoxæ Confessioni veteris ac purioris Ecclesiae, non ipse solum firmiter amplectebatur, & in hac fide recte Deum innocabat: sed etiam ad posteros propter gloriam Dei & multorum hominum salutem, fideliter propagandam esse iudicabat.

Cumq[ue] in scholastico vita genere Deo & Ecclesiae seruire decreuisset, seq[ue]ns ad D. Philippi imitationem totum composuisset: non tantum res & verba à D. Philippo mutuabantur, sed felicissimè etiam sequebatur modum docendi, quo D. Philippus usus fuerat.

Neg[er]o verò opus ei erat ex libris semper cōquirere, aut transscribere, quæ à Philippo mutuabantur, sed cum diligentissime in eius scriptis legendis versatus, & his quasi innutritus esset, & ingenij ac memoria bonitate excelleret, & longo usu ceu habitu quendam dicendi ac scribendi sibi comparasset: sponte, non modo verba & phrases Philippicas, sed integræ periodi se ipsi offerebat, quibus inter docendum ac scribendum, atque etiam in omni sermone & colloquio, magnacum dexteritate ac suauitate uti sciebat & poterat:

In primis autem amabat & magnificiebat librum Locorum Theologicorum D. Philippi, quem in plerisque Academiis, in quibus docuit, VVitebergensi, Erphurdensi, Ihenensi, Lipsensi, cum magna eruditorum approbatione publicè prælegit & illustrauit. De hoc libro sape illud Statij poëta usurpabat,

-- Tunc diuinam Acneida tenta

Sed

D E D I C A T O R I A.

Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

Atq; ut studiis discentium seruiret, ante cuiusq; loci prælectionem, tum capita distinguere, tum summam singulorum explicare, tum etiam ex alius D. Philippi scriptis, aut ex veterum scriptorum testimoniosis addere nonnulla solebat, quæ vel ad lectionem sacrarum literarum discentes inuitare, vel de iis materiis, quæ in Lociis proponebātur, erudire plenius, vel de dogmatum controversiis iudicium adolescentum rectius informare poterant.

Vt autem meis & aliorum studiis, in adolescentia præsertim, magna utilitas fructum præbuerunt, tum ipsi D. Philippi Melanthonis Loci Theologici: tum illa siue ἐπομνήστα, siue Comentarioli Victorini Strigelij: quos partim in Ihenensi Academia ex ore ipsius excepti, partim amici ex eius inschola Lipsensi prælecti nibus mecum communicarunt: Sic in tanta opinionum & certaminum varietate, quæ prob dolor, in Ecclesiam inundarunt, haud alia ratione iuuentutis studia magis iuuari, non ego solum, sed multi alijs præstantes viri iudicarunt, quam si ex postremis scholis D. VICTORINI, quoad usque progreedi in illis Lipsiae ei licuit, Loci ipsius Theologici, qui sunt ἐφόδιον utilissimum ad librum Locorum Philippicorum, mediocri labore & diligentia ante annos complures à me contexti ederentur: cetera vero ex Ihenensis illius scholis assumpta suo etiam tempore cum studiosis pietatis communicarentur.

Quod igitur felix ac faustum sit Ecclesia Christi, & studiis discentium salutare, tanquam gustum integri operis primam Locorum D. Victorini Theologicorum partem edendam nunc putauit: quæ quanto cum commodo legi possit, malo vnumquemque ex ipsa lectione, quam ex mea commendatione cognoscere, præsertim cum vera & non fucata artificum laudatio in ipsis operibus extet atque emineat.

Sanè qui aut docentem audiuerunt D. Victorinum superfti-

EPISTOLA

tem, aut doctrinæ Philippicæ studiosi sunt, eis gratas ac dulces fore has pagellas, omni assueratione confirmare ausim. Ceteris etiam, qui non inani & falso doctrinæ supercilio ac fastu, non calumniarum malevolentia, nec anteceptarum opinionum fascino dementati, sed seria discendi cupiditate incitati, expetunt & amant simplicem veritatem, & hanc cum fructu aliquo in Ecclesiis & scholis propagnare docendo student, plurimum utilitatis allaturas has pagellas esse confido, nō modo ut ad Corpus doctrinæ integrum cognoscendum inuitetur, sed etiam ut ad eam doctrinæ formam assuefiant, quærevera est iγιανόντων λέγων ἐποθέσσις, quæq; in Ecclesiis Augustana Confessioni addictis, tot iam annos ante infausta certamina à Flacianis mota, magno cum emolumento piorum sonuit, ac sine dubitatione consensus est dulcissimus cum Catholice Ecclesiæ doctrina, expressa in scriptis Propheticis, & Apostolicis, & Symbolis.

TIBI verò, inclyte ac generofissime Princeps MAURICI, dedicare, & quasi consecrare hanc primam Locorum Philippo-Victorianorum partem volui: non modo ut ostenderem, me generofissima in deo tua, ad omnia summa nata, magnopere delectari, tibiq; à Deo Opt. Max. fausta ac felicia toto pectore precari, sed ut hac etiam occasione Liber ifte in manus Illustrissimi parentis tui (cui boni omnes plurimum tribuunt, proper heroicam pietatem, sapientiam, & de Ecclesia iuuanda solicitudinem) perueniret, atq; Celsitudinis ipsius grauiſſimo iudicio subiicereatur. Decet enim in præsentibus dogmatū cōfusionibus viros Principes (præsertim qui & ipsi eruditio excellunt, & in ditionibus suis Academias, & in his viros doctos alunt ac fouent) iudicare, quæ monumenta pro fit propagari ad posteritatem.

Ideo etiam libentius hæc Philippo-Victorianiana ad T. C. misi, quia illustriss. familiam LANDGRAVIORVM HASSIAE constat jemper magnificisse labores & scripta Domini Philippi Melan-

D E D I C A T O R I A.

Melanthonis: quem & memoriae Illust. Princeps, PHILIPPVS
Landgrauius, auius tuus, singulari quadam animi affectione ve-
neratus est at dilexit viuentem, & mortui memoriam pater tuus,
Princeps laudatissimus Landgrauius VVILHELMVS à caluniis
maleuolorum constanter hactenustutatus est. Accedit huc, quod
non modo in Ecclesiis Hassiae, sed etiam in ipsa Academia Mar-
purgensi pleriq; viri doctri gratam memoriam retinent meritorū
D. Philippi, & doctrinae ipsius fideles sunt custodes ac propagato-
res: quorū iudicio ac calculis, hac etiam Victoria, quibus com-
munis praeceptoris D. Phil. scripta illustratur, probatū iri cōfido.

Quemadmodū verò honorificū tibi ad omnem posteritatem
futurū esse non dubito, quod hic pia doctrinæ thesaurus eximius
sub auspicio tuo uniuersa Ecclesia communicatur: sic laudabili-
ter faciet C. T. Princeps generosissime, si exemplo laudatissimi pa-
rentis tui, primis ab annis assuecas monumenta doctorum homi-
num admirari, & pios bonorum conatus in propagatione &
illustranda doctrina Ecclesia, benignè complecti, fovere ac iuuare.
Quod si facis, non modo Ecclesia ipsa gratiam tibi perpetuam
debere se fatebitur, sed etiam Musa piorum ac doctorum homi-
num te viciſſim celebrabunt, & pro incolumitate tua, & felici
gubernatione vota ac preces fideliter ad Deum fundent.

Filius Dei Dominus noster Iesus Christus C. T. & Illust. Prin-
cipem VVILHELMVM parentem tuum, & Ecclesiæ ac scho-
las Hassiacas clementissimè protegat & gubernet. Scriptum
Fabiranæ Saxonum, mense Augusto. Anno M. D. LXXXI.

Celsitudinem tuam
reuerenter colens
Christophorus Pezelius D.

STUDIOSES DOCTRINAE
CHRISTIANAE IN ACADE-
MIA LIPSICA S. D.



Vemadmodum hi, qui medendi arte & naturæ cognitione excellunt, non solum genera morborum & horum causas atque remedia expllicant, sed etiam prudenter monent, quid natu ram iuuet aut destruat: Ita medicus Samaritanus, quem in campo Samariae vidit Iacob innixum scilicet, prædictante resurrectionem futuras ingentes ærum nas Ecclesiæ, & harum causis monstratis proponit salutares consolationes coniunctas cum necessariis admonitionibus, quas nemo sanus aspernari aut potest, aut debet. Affirmat enim in concione apud Matthæum cap. 24. maiores imperiorum & Ecclesiæ dilacerationes ante resurrectionem futuras esse, quām fuerunt patrum & Prophetarum temporibus. Huius prædictionis exempla funestissima luctuosissimaque in vicinis regnis ante oculos versantur, in quæ intuentes expauescamus, & à Deo petamus, ne similes vastationes & dissipationes in his regionibus fieri sinat, quæ nunc Dei beneficio sunt hospitia tranquilla literarum & Ecclesiæ. Si quis autem requirit, propter quas causas tanta malitia mundi senecta grassetur, huic respondet Filius Dei, quia crescit arovia, quæ est contemptus ministerij Euangelici, quod Deus immensa bonitate instituit & conseruat, & contumacia in atrocibus delictis, & quia extincta fide frigebit charitas in maxima parte generis humani. Ne autem pij mole periculorum opresi à Deo deficiant, temperat hic Medicus acerbitatem prædictionum suavitatem consolationum, quarum prima est, quod Ecclesia non sit penitus interitura, sed tunc quoque in illis periculis duratura, & quod ibi sint futura Ecclesiæ membra, vbi cunque erunt amplectentes puram Euangelij doctrinam. Vbi, inquit, cadauer erit, ibi congregabuntur aquilæ. Altera consolatio est, quod in his tantis periculis habitura sit Ecclesia defensorem Filium Dei, iuxta dictum: Ego vobis cum sum omnibus diebus usque ad consummationem

Gen 28

Consolatio i

Matthæi 28

S T U D I O S I S D O C T R. C H R I S T.

mationem seculi. Tertia est dulcissima promissio mitigationis calamitatum. Nam propterelectos hi dies abbreviabuntur. Po-
stremacōsolatio, quam Filius Dei Ecclesiæ proponit, sumitur à fi-
ne calamitatum. Cum æruminæ non sint futuræ perpetuæ, hac spe
facilius eas feramus, quod piis promittitur gloria liberatio & æ-
terna lætitia, impiis vero denuntiantur æterni cruciatus. Has con-
solationes in præsentibus periculis & confusionibus generis hu-
mani nobis proponamus, earumque consideratione nos susten-
temus, nec deficiamus à Deo, fracti mole periculorum, sed expe-
ctemus aliam vitam, & sciatis, illud tempus melioris vitæ non
procul abesse. Cum autem pia mens his veris consolationibus cō-
tra dubitationes de stabilitate Ecclesiæ, & contra metum in peri-
culis præclarè munita est, consideret etiam admonitiones à Chri-
sto traditas de cura custodiæ doctrinæ de pœnitentia & inuoca-
tione, & de diligentia vitandi impedimenta. Prima & summa ad-
monitio est de amore & studio lectionis librorum diuinorum, &
de cogitatione verbi scripti. Hæc admonitio sèpissimè à Christo
ante postremū agonē reperitur & inculcatur, vt Iohan. 14. Si quis
diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum,
& veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et Ioh.
15. Si manseritis in me, & verba mea máserint in vobis, quidquid
volueritis, petetis, & fiet vobis. Et quoniam non tantum humanæ di-
ligentiæ est, vitare hallucinationes & errores doctrinæ, sed arden-
tibus votis assiduè petendum est à Deo, vt luce Spiritus sancti re-
gat mentes nostras, ne implicetur erroribus, has preces Filius Dei
pro Ecclesia concipit, Iohan. 17. Pater, sanctifica eos in veritate, ser-
mo tuus est veritas. Altera admonitio de pœnitentia & oratione,
plena est consolationis. Cum enim præcipiatur precatio, manife-
stum est, hunc cultum non esse inanem, vt omnes Epicurei cogi-
tant. Non enim frustrà præcipitur, Orate, vt possitis effugere ven-
tura mala, & stare coram Filio hominis. Hac consolatione confir-
mati, simus ardenterores in precando, & petamus regi à Deo con-
filia & euentus. Tertia admonitio de cura vitandi impedimen-
ta fidei & inuocationis, semper in nostris auribus sonet, Cauete ne
corda vestra onerentur crapula & ebrietate & cura viictus. Nam
precationem necesse est esse sobriam, & procul segregatam à præ-

Admonitio

"

Lxxii

" ibidem

IN ACADEMIA LIPSIAC.

postera sollicitudine quærendiea, quæ ad victum cultumque corporis pertinent. His diuinis admonitionibus si qui mouentur, multos autem moueri non dubito, hi sine longiori cohortatione libenter audient mediocrem explicationem Locorum Theologorum reuerendi & optimè de Ecclesia meriti præceptoris D. Philippi Melanthonis, de quibus clarissimus Poëta D. Iohannes Stigelius hoc verissimum præconium fecit:

*Pinguis ut aërij de vertice lapſa Sionis
Irrigat humentes copia roris agros,
Altus ut egrediens stagnantia littora Nilus
Fætificat largorura propinquā ſinū:
Si hoc ſparsa libro vera doctrina ſalutis
Aeternis implet pectora sancta bonis.
Explicit iniuncti quod ſic oracula Christi,*

Nullum hoc in terris SANCTIVS EXTATOPVS.

Sit etiam hic aureus liber studiosis eō charior, quod iudicio ac testimonio instauratoris Euangelij, Reuerendi patris & præceptoris nostri D. Martini Lutheri comprobatus est, in prefatione primi Tomi operum Latinorum, Nunc, inquit, *Dei gratia extant methodi libri quam plurimi, inter quos loci Communes Philippi excellunt, quibus Theologus & Episcopus pulcre & abunde formari potest, vt sit potens in sermone doctrina pietatis.* Hæc testimonia de Locis Theologicis Philippi ideo recito, ut pia iuuentus intelligat, Illustrissimum Principē Electorem Ducem Saxoniæ Augustum &c. grauibus causis permotum statuisse, ut repetitio huius libri, qui velut gema insignis in Corpore doctrinæ eminet, ad reliquas Theologicas lectiones adiungeretur. Etsi autem valde optarim, hoc munus te ipsa amplissimum alteri commedatum esse, quem Deus maiori copia doctrinæ instruxit: tamen cum Celsitudo ipsius illustrissima hanc partem laboris scholastici mihi attribuerit, non est meum tantum Principis voluntati morosè repugnare. Præstabo igitur, Deo adiutore, in hac seu repetitione, seu explicatione diligentiam, non quantam rerum dignitas & amplitudo postulat, sed quanta à mea tenuitate expectari potest. Oro etiam pios & doctos, ut candidè de meis laboribus iudicent, & cogitent, nullam sapientiam parem esse explicationi & propugnationi dogmatum, quæ sunt Ecclesiæ Dei propria.

De

S T U D I O S I S D O C T R . C H R . I N A C A D . L I P .

De hora autem & loco, ac de ceteris lectionibus, primo quoque tempore studiosos certiores faciam, cum harum rerum distributione ad Academiæ autoritatem, quam cum obseruantia colo, pertineat. Precoretiam Filium Dei, ut nos faciat vas misericordie, & organa salutaria nostræ animæ & Ecclesie, nec finat utiles labores docentium, calumniis & aliis malis artibus hypocrita impediri. Bene ac feliciter valete. Lipsia die 12. Februarij. Anno Christi

M. D. L X I I I.

Victorinus Strigelius

o 2



O R A T I O
D E S T V D I I S D O C T R I-
N A E C H R I S T I A N A E

Ante inchoationem prælectionis Loco-
rum Theologicorum habita Lipsiæ
à Victorino Strigelio.



V o d apud Sophoclem Menelaus for-
tem suam deplorans, dixit: Voluitur assi-
dua mea fortuna rota , atque statim per-
mutat veluti Luna faciem , quæ duabus
noctibus nunquam retinet vnam can-
demque formam , sed primùm nouam
induta figuram ex occulto parumper emergit, deinde pe-
detētim crescit, donec plena atque integracta, rursus ad
interitum properat, id ego de me ipso usurpare possum,
cūm aliquot annis tantam varietatem fortunæ expertus
sim, vt crebris cum permutationibus Lunæ non immer-
tò comparari queat, Ac mihi de hac rerum mearum vi-
cissitudine, non sine sensu doloris cogitanti, in mentem
venire solet reuerendi & optimè de Ecclesia meriti præ-
ceptoris D. Philippi Melanthonis, qui inspecto themate
natiuitatis meæ, ex positu siderum ratiocinabatur, fore,
vt artibus innumeris oppugnarer non aliter, quam lapis
æquoreis vndique pulsus aquis. Neque verò iam dispueto,
quantum coniecuris, ex configuratione stellarum sum-
ptis, tribuendum sit, eamque disputationem, quæ non
est huius lociaut tēporis, iudiciis eruditorum relinquo.
Sed tamen nimis veram fuisse hanc siue coniecuram,
siue prædictionem summi viri, magno cum dolore ex-
pertus

O R A T I O D E

pertus sum. Quare ut deinceps non solùm mihi, sed etiā vniuersæ Ecclesiæ senescenti Deus ærumnas mitiget, id gemitu inenarrabili propter Filiū Mediatorem ab ipso peto. Etsi autem homines multa iudicare solent ex rebus secundis & aduersis, ut seruus veterator & fraudulentus in quadam Plautina fabula inquit:

Pfr. do lñs

*Centum doctum hominum consilia sola hæc denuncit Dea
Fortuna, atq; hoc verū est, proinde ut quisq; fortuna utitur
Ita præcellet, atq; exinde sapere eum omnes dicimus
Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus, sicutum autem illum, cui vertit male.*

Tamen non opinor in hoc laudatissimo cœtu quenquam asperitate ea esse & immanitate naturæ, vt propter miseras in quibus versatus sum, grauiter de me suspicetur, & vestra iudicia cum Demosthenis sapientissima oratione congruere statuo. Ego verò, quisquis homo homini fortunam tāquam probrum obiicit, insanire cum existimo. Cū enim & is, qui florentissimam eam habere arbitrabatur, non sciat antalis ad vesperam mansura sit, nequaquam decet eam alteri vt crimen obiicere. Illud etiam verè Poëta dicitur: *Est aliquid magnis crimen abesse malis.* Non autem prauo dogmate, aut scelere aliquo hærente in vita & moribus, mihi calamitatem accessui, sed partim locorum & temporum incommodis, partim calumniis ac sœ uitia falsorum fratrum, in acerbissimas calamitates præcipitatus sum, de quibus non addam plura, ne quid habeat acerbitatis aut iniucunditatis oratio.

omil. lib. i Foste.

Nam vt de vita nihil dicam, cui nullam labem & maculam virulentæ linguæ aspergere potuerunt, illud certè constat inter omnes, quibus cursus meorum studiorū & laborum notus est, me toto pectore amplecti Corpus doctrina, quod in his Ecclesiis & Academiis, Dei beneficio,

piè in uiuolateque retinetur, nec vñquam discessisse à consensu expresso in scriptis Propheticis & Apostolicis, in tribus Symbolis, in Augustana Confessione, & in purioribus monumentis piæ vetustatis, & in hac fide Deum inuocare. Hæc constans & perspicua affueratio, etsi aliquibus glorioſa videri potest, tamen & vera est, & mihi hoc tempore ad refutandas calumnias crudelium hypocrita-rum necessaria. Quòd si ex concursu calamitatum de genere doctrinæ, quod quisque sonat, iudicandum esset, nō posset Ecclesia omnium ætatum atque temporum cri-men hæreſeoſe effugere, cùm nihil hoc cœtu fuerit, sit, aut deinceps futurum sit ærumnosius. Ego quidem, Deo adiutori, nec propter publica totius Ecclesiae certamina & pericula, nec propter priuatas miserias & difficultates, vñquam hoc doctrinæ genus, quod amplexus sum, quod profiteor, quod etiam propagare cupio, abiiciam.

Vobis verò initio pollicor studium & diligentiam in omni officio, quod à modesto & tranquillo hospite expectari potest. Academiæ inclytæ & celeberrimæ autoritatem vera animi reuerentia & subiectione colam, Professorum beneuolētiā honestis rationibus, quibuscunque sciam & potero, tuebor, perficiam etiam, ne amplissimus huius vrbis Senatus & ciues in me humanitatem desiderent. Hæc de me ipso breuiter simpliciterque præfatus sum, quia magis ex fumo lucem, quam ex luce fumū dare cupio. Nunc quoniam iuuentutis excitandæ causa, hæc oratio habetur, dicam de causis, propter quas studia doctrinæ diuinitus traditæ colenda sunt, non tantum ab iis, qui sanctissimum Euangeliū ministerium in Ecclesia paulò pôst sustinebunt, sed etiam ab omnibus, qui cura salutis suæ afficiuntur, & in his confusionibus rerum humanarum, necessariam doctrinam & salutarem consolationem expetunt.

Cùm

O R A T I O D E

Cùm autem omnia,iuxta Pauli præceptum,in nomi-
ne Christi,id est,in vera agnitione Filij Dei,fide & inuo-
catione facienda,& ad eiusdem Domini gloriam referē-
da sint,ordiar & ipse hanc adhortationem à pia gratiarū
actione & precatione,nec dubito ,quin pro vestra pietate
similia vota facturi sitis. Primùm igitur tibi omnipo-
tentि,æterno & vnico Patri Domini nostri Iesu Christi,v-
nà cum Filio tuo coæterno Iesu Christo & Spiritu tuo san-
cto gratias ago toto pectore,quòd pulsis tenebris Papistis-
cis,quæ sunt Cimmeriis tristiores,Ecclesiæ senescēti,mir-
randam Euangelij lucem reddidisti,meque ad cius socie-
tatem immensa bonitate vocasti,& variis casibus & peri-
culis iactatum ,clemēter ad aliquam,vt spero,Ecclesiæ v-
tilitatem seruasti. Deinde te supplex oro,vt propter Fi-
lium tuum Dominū nostrum I E S U M C H R I S T U M ,quē
voluisti pro nobis esse viçtimam ἡμετίων ἵέπιον,scimper
tibi in his regionibus Ecclesiam æternam voce Euange-
lij colligas & gubernes. Rege studia doctrinarū ,& omnes
Professores utriusque Academiæ Lipsicæ & VVitebergen-
sis,quas tanquam dulces nutriculas amo,& cum obserua-
tia colo,mitigapoënas publicas & priuatas propter tuam
gloriā,vt te in tota æternitate celebrēmus,& tibi gratias
agamus.

Nunc igitur ad id, quod institui, accedo. Etsi enim a-
gnosco, me suscep̄to argumento imparem esse, nec dubi-
to, ex hoc ipso loco ab aliis, qui doctrinam Ecclesiæ ma-
gna cum laude & fructu in hac Academia auditoribus
proposuerunt, splendide & copiosè omnia exposita esse,
quæ ad excitanda & acuenda studia pietatis pertinent;
tamen officij ratio, quod mihi consentiētibus huius in-
clytæ Academiæ suffragiis ab Illustrissimo & optimo Prin-
cipi Electore commendatum est, à me postulat, vt de co-

STUDIIS DOCTR. CHRISTIANAE.

dem argumento dicam, non quantum debo, sed quantum possum, sic tamen ut mea oratio congruat ad vocem, quā Deus ipse Ecclesiae tradidit. Sit igitur hoc iam à principio persuasum pia iuuentuti, non solis Theologis, ut multi putant, sed totigeni humano concionari aeternum Patrem clamarem de Filio, Hic est Filius meus dilectus, quo delecter, hunc audite. Nam huius mandati de audiendo Filio, tanta seueritas est, ut Deus ad Moysen dum chori Prophetici dicat Deuteronomij 18. Qui verba eius quae loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam, siue ut Petrus Actorum 3. hunc locum citas & illustrans, inquit: Omnis anima, quae non audierit Prophetam illum, exterminabitur ex populo Dei. Et psalmo 2. dicitur: Oculamini Filium, ne quando irascatur, & pereatis in via. Ex his dictis & permultis aliis, quae breuitatis causa omitto, perspicuum est, necessariò descendam esse doctrinam Euangeli, & solum illum cœtum esse Ecclesiastiam, qui sine corruptelis retinet scripta Prophetica & Apostolica. Quare cum secta Mahometi reiciat libros Propheticos & Apostolicos, certissimum est, hanc sectam non esse Ecclesiam Dei. Etsi autem Papa & heretici iactant, se esse Ecclesiam Dei, retinentem monumenta Propterarum & Apostolorum, tamen quia affingunt dictis celestibus peregrinas opiniones, & defendant manifesta idola, non sunt membra Christi, sed organa Diaboli. Iam vero satis constat, omnes saluandos oportere membra & ciues esse Ecclesiae amplectentis Euangelium, & fundamenta ita retinetis, ne penitus ignoret ullum articulum fidei, aut ne contraria dogmata defendat. Non enim fulgebit sapientia & iustitia Dei in illis, qui non inchoant eam in hac mortali vita, iuxta dictum: Superinduemur, si tame non nudiri reperiemur. Non ignoramus, à quibusdam odiose exagi-

man 3 3 XII

2 ad Cor. 5

O R A T I O D E

exagitari vocabulum necessitatis, & à nativa sentētia de-
torqueri ad peregrinam, quasi de coactione loquamur,
cūm dicimus, necessariò discendam esse doctrinam Euā-
gelij, & necessariò credendum esse promissio Euange-
lij. Nos verò de ordinatione Dei æterna & immutabili lo-
quimur, qua sancitum est, vt volūtati Dei creatura ratio-
nalis obtemperet, vel non obtemperans destruatur. Hæc
ordinatio immutabilis est mandati & debiti necessitas,
sicut Paulus inquit, Debitores sumus Dei, non carnis. Op-
ponamus igitur ignauiae nostræ mandata de audiēdo hoc
Filio, & de assidua lectione sacrorum librorum, & cogite-
mushorribilem ingratitudinem esse, cūm Deus tanta bo-
nitate se patefecerit, ne quidem audire eum velle. Vt e-
nīm violatio aliorum præceptorū displicet Deo, ita nul-
la res magis offendit Deum, quām contemptus aut negle-
ctio verbi ab ipso traditi per Prophetas, Christum & Apo-
stolos.

Rom. 8

Neque verò Deus tantūm præcipit hoc studium, sed //

etiam promittit amplissima præmia omnibus, qui am-
plectuntur veram doctrinam fide & bona conscientia, &
eam profiteri ac propagare volunt. Prima & summa pro-
missio recitatur à Christo Iohan. 14. Si quis diligit me, ser-
monem meum seruabit, & Pater meus diligit cum, & ve-
niemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Hic
cogitet pia mens, quid sit diligè Deo, & quanta ressit, es-
se templum ac domicilium, non hominis aut angeli, sed
viui & veri Dei, qui totam molem istam cum omni instru-
mento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo
iussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de nihilo
expressit in ornamentum maiestatis suæ, vt Tertullia-
nivtar verbis. Diligi à Deo, est recipi ab eterno Patre per
misericordiam propter Filium, & donari Spiritu sancto,

S T U D I S D O C T R . C H R I S T I A N A E .

qui est amor & lætitia substantialis inter Patrem & Filiū & fieri hæredem vitæ æternæ. Hæc bona tanta sunt, vt eorum magnitudo nec cogitari, nec vlla oratione satis exponi possit, & tamen adeo necessaria sunt, vt non habens hæc bona, sit aut maneat hostis Dei, & Deum contumelia afficiat. Etsi autem Deus omnibus creaturis adest, & earum substantias conseruat: tamen Ecclesiā suam sic discernit ab aliis creaturis, vt propriè faciat eam sibi tempulum & domicilium, & habitet in singulis sanctis. Præclarè ergo Augustinus, Deus, inquit, est ubique per diuinitatis præsentiam, sed non est ubique per habitationis gratiam, sed in soli tantummodo fidelibus. Tunc autem in nobis fulget, tunc peccata compleat, Mens pia cum discit munera noſſe Dei.

Neminem ego tam dissoluto animo esse arbitror, quin vehementer commoueatur legens vel audiēs hanc amplissimam promissionem, qua nihil melius, nihil optabilius cogitari potest. Sed non minus delectatur pia mens, cum audit alteram promissionem, quæ extat Ioh. 15. Si manseritis in me, & verba mea manserint in vobis, quicquid volueritis, petetis, & fiet vobis. O inenarrabile bonitatem & misericordiam Dei erga Ecclesiam sonantem Euangeli vocem, Non solum præcipit, vt discamus Euāgelium, sed etiam addit amplissimas promissiones, vt inuitet nos ad studium verbi. Suprà affirmauit Filius Dei, membra Ecclesiæ esse eos, qui veram doctrinam amplectuntur & amant, non doctrinæ hostes, aut contemtores. Hic affirmat, fideles doctrinæ auditores & custodes non modo domicilium Dei esse, sed etiam à Deo exaudiiri & defendi in periculis, quæ noctes & dies nos vndeque circumstant. Ac ſepe mihi de hac dulcissima promitione cogitanti, venit in mentem eius nauis, in qua

Paulus

Paulus vehitur ex Iudea in insulam vicinam Siciliam Me. *Aet. 28*
 liten, quæ pene adhuc antiquum nomen retinet, vnde appellatos volunt catulos Meliteos. Eam nunc Hierosolymitanæ religionis equites Rhodo pulsi, inuniunt, & sedem reliquarum suarum fortunarum fecerunt. Ut enim nauis Paulum vehens ex magna iactatione portum optatum vidit: Sic Ecclesia sonans & retinens incorruptam Pauli doctrinam, mirandis modis, quos non potest humana ratio prospicere, à Deo conseruatur. Hanc imaginem perpetuò nobiscum in mentibus circumferamus, & sæpe intueamur, nosque eius consideratione in his tumultibus & confusione Reipub. sustentemus. *Quemadmodū autem hæc vñica nauis seruat omnes, qui in ea vehuntur integra: ita doctrinæ hostes aut cōtemtores non possunt inuocare Deum, nec dextera Dei proteguntur, iuxta tristissimam comminationem prouerbiorum 1. vbi sapientia clamitans in plateis, id est, verbum Dei sonans in toto genere humano, accusat omnes negligentes & contemnentes vocem diuinam, & denuntiat eis poenas, inter quas hæc extrema tristissima est, Tunc inuocabunt, & non audiam. Hoc fulmine si cuius non mouetur, durior est scopolis & saxis rupis Sinai, quæ tremuerunt cum ederet Deus Decalogum.* *Prœm. l. 1*

Sed redeo ad promissiones, quarum aliæ præmia Doctoribus & discipulis Euangelij in hac vita, aliæ præmia post hanc vitam pollicentur, De præmiis in hac vita psalmo 1. dicitur: Omnia quæ cunque faciet, prosperos habebunt successus. Nam Deus in hac vita sine illa dubitatione compensat & ornat studium Euangelij magnis bonis, maiore luce & sapientia spirituali, robore fidei, consilio, consolatione, successu in gubernatione publica & domestica, pace, victu. Hæc bona omnia complectitur

psalmus, comparans studiosum Euangelij palmę florenti,
ac gignenti glandes odoratas, quibus non tantum inter
mensas secundas primus honos habetur, sed etiam à me-
dicis inter salutaria remedia locus attributus est. Nititur
etiam in pondus palma, & consurgit in altum. quodq; ma-
gis premitur, hoc mage tollit onus. Ita pius, confirmatus
verbo Dei, non cedit contrariis ventis, hoc est, impiis il-
lecebris & terriculamentis, sed quadam excelsa constan-
tia hostium machinationes & irritos conatus despicit.
cap 12 *III*
De præmiis verò æternis Daniel dulcissimè concionatur
in extrema parte sui vaticinij: Doctores fulgebunt, quasi
splendor firmamenti, & qui ad iustitiam multos erudiūt,
sicut stellæ in perpetua æternitate. Non cæli puritas, non
stellarum fulgor, non Solis claritas vincet hanc lucem,
quam Deus doctribus & discipulis Euangelij com-
unicabit, cum erit omnia in omnibus. Sed nimis frigent
pectora nostra in rebus tantis cogitandis. Excitati igitur
tot præceptis & promissionibus, corrigamus hanc imbe-
cillitatem & stuporem, & à Deo petamus, vt Spiritu suo
sancto ardenter verbi amorem in nobis accendat.

Postquam autem bonæ mentes didicerunt, præcipi
mandato diuino, vt sermo Christi habitet inter nos abū-
dē, & hoc studium non tantum placere Deo, sed etiam
V habiturum ingentia præmia, sciant præcipuam causam
esse, propter quam doctrinam & ministerium oportet
audiri & conseruari, quia sic Deus colligit Ecclesiam, &
non aliter, scilicet voce & cogitatione scripti Euangelij,
cum in auditur aut legitur, vt Roman. 10. dicitur: Quomo-
do credent sine prædicante? Fides ex auditu est. Et Iohan.
17. Christus inquit: Pater sanctifica eos in veritate, sermo
tuus est veritas. Quemadmodum enim fœtus in aluo ma-
terna alligatus est panniculo, qui Græcè nominatur χειρ,
Latinis

O R A T I O D E

Latinis secundæ, vulgò secundina: ita Ecclesia alligata est ad verbum, in quo Deus voluntatem suam patefecit. Ac ut fœtus intempestiu[m] motibus rumpēs hanc fasciolam, fit ~~en̄t̄s̄w̄m̄a~~, id est, rudis & informis massa abortu edita: sic cùm illuminationes & Enthusiasmi relicto verbo quæ-
runtur. incidunt homines in hac tria mala, quorum pri-
mum est amissio certæ doctrinæ, alterum amissio firmæ
consolationis, tertium extincio fidei.

Primum eni[m] amittitur certa doctrina, quia cùm mēs , non regitur verbo scripto, homines fanatici fingunt opiniōnes & cultus contra Legem & articulos fidei, vt ostendunt furores Ethnici & hæretici omnium temporum, quorum tanta turpitudō est, vt eam fugiat & reformidet oratio. Deinde cùm corda in veris doloribus non sustentantur scripta promissione, paulatim merguntur in Epicureum contemptum Dei, aut desperatione opprimuntur. Has tempestates E[ze]lia[n]as, tanquam gubernator in specula prospiciens, cap. 8. inquit: Ad Legem, & ad testimonium: Quòd si non dixerint iuxta hoc verbum, non erit eis lux matutina, sed vagabuntur in terra duriter percussi & fame laborantes, cumq[ue] esurient & irarum ardorem conceperint, maledicent regi suo , & Deo suo , & siue suspiciant in cælum, siue referant oculos ad terram, ecce angustia & tenebræ. Nam defatigati sunt in angustia, & errant in tenebris. Postremò hi querunt afflatus, neque sciunt, neque discunt quid sit fides, quia non sustentant se cogitatione scripti verbi, cùm dictum sit: Fides ex audi- tu est, auditus per verbum Dei. Quid est autem tristius, quām vagari inter tela Diabolorum sine certa doctrina, sine consolatione & sine exercitiis fidei & inuocationis? Rursus, quod præsidium maius est aduersus Diaboli sophisticam & tyrannidem, quām munitum esse vera agni-

Rom. 10

S T U D I I S D O C T R . C H R I S T I A N A E ,

tione & inuocatione Dei, firma & salutari consolatione & norma vitæ, quæ bona in soló verbo monstrantur. Etsi enim philosophia elegans & vtilis sapientia est, tamen non deducit nos ad Deum patefactum missione Filij & dominatione Spiritus sancti, nec vulneribus naturæ nostræ efficacia remedia adhibet, nec præcipuos cultus Dci monstrat. Lex verò Domini immaculata est, recreans animas, testimonium Dominifidele, sapientiam præstans parvulis, Mandata Domini recta sunt, lætificantia cor, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Hæc diligen-
1 altrimo 3 4
tissimè consideranda sunt, vt inuitentur bonæ mentes ad amorem & studium lectionis, de qua Paulus inquit: Sis assiduus in lectione, doctrina & cōsolatione. Nam Filius Dei, vt dixi, non aliter colligit Ecclesiam, nec aliter vult esse efficax, nisi cogitatione verbi scripti. Quid quod hic ipse Dominus: Θεὸς μὲν νόμου τῇ τῶν τερασίων ἐνεργέᾳ, ἀνθρώποις δεκτόνυμεν τῇ τῆς φύσεως ὁμοταθείᾳ, vt ait Iustinus Martyr & Philosophus, in lucta quadraginta dierum, exemplo suo nos docuit, quanta sit vis verbī in magna vi tempestatum & concursu calamitatum. Cùm enim vndique acerri-
mè ab hoste Dei & Ecclesiæ oppugnaretur, non armis aut machinis æneis vsus est, sed verbo aliquoties citato ex libro quinto Moysi, qui Deuteronomium inscribitur, insidiatorem fregit ac debilitauit.

cap. 3

VII Ad hanc præcipuam causam illa quoque adiungatur, quod in casu confessionis, non soli Theologi, sed omnes Christiani obligati sunt ad reddendam fidei suæ rationē, iuxta Petri præceptum, Parati estote ad reddendam rationem vestræ spei cum mansuetudine & timore. Nemo autem sine cognitione veræ doctrinæ, & sine iudiciis veræ Ecclesiæ ad hanc apologiam potest accedere. Ut igitur sapiens Respublica in pace de bello cogitat, seque ad id fortiter

fortiter ac feliciter gerendum omni cura & cogitatione
 præparat: ita in tranquillitate, vt verbis Augustini vtar,
 comprehendenda est doctrina sapientiæ, quæ inter tribu-
 lationum turbines difficulter agnoscitur. Non enim faci-
 lè inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fuerint in
 pace quæsita. Moueantur pij horum temporum pericu-
 lis, vt diligentiores cogitationē de hac causa suscipiant.
 Si quis enim aurea secula in hac mundi senecta sperat, is
 mihi non dissimilis videtur piscatori, qui apud Theocri-
 tum inani imagine aurei piscis delectatur. Magna moles
 certaminum & periculorum in Ecclesiam senescentem
 impendet, non solum quia peccatis crescentibus poenæ
 iustissimo ordine crescunt, sed etiam quia maior nunc ra-
 bies est in Diabolismetuētibus terribile iudicium, quod
 paulò pōst exercebit Filius H o m i n i s , qui sub iudice ste-
 tit, vt videant impij eius gloriam, in cuius mansuetudinē
 fremiterunt. Et vox diuina prædixit, in hac languida & de-
 lira mundi senecta fore maiores confusiones opinionū,
 cultuum & morum quām antea. Hac igitur prædictione
 & tristissimis spectaculis vicinorum regnorū velut ē
 somno excitati, assidue versemur in lectione librorum di-
 uinorum propter gloriam Dei, & vt ipsi necessariam con-
 solationem in tam fœuis tempestatibus habeamus. Imo
 vt aliqui explicatione & propugnatione verae doctrinæ
 utiliter Ecclesiæ seruire, & præclarum depositum videli-
 cet puritatem Euangelij ad postero transmittere possint.
 Quid, quod non tātūm in hac vita sāpe cum periculo vi-
 tæ, famæ & fortunaruū cōfessio edenda est, sed etiam in po-
 strema mundi die fidei & operum ratio nobis reddenda
 erit, vt grauissimè & verissimè à Tertulliano in libro de
 præscriptionibus aduersus hæreticos distūm est: A veri-
 tate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iu-

S T U D I I S D O C T R . C H R I S T I A N A E.

dicij, quo omnes nos necesse est apud C H R I S T I tribunala stare, reddentes rationem in primis ipsius F I D E I . In hoc dicto insigni maximeque memorabili, particula vniuersalis, & expressa mentio fidei, præcipua quadam diligentia obseruentur. Non ait solos Theologiæ Professores & pastores Ecclesiarum subituros esse post mortem illud terribile iudicium, sed omnes homines sine exceptione, vt 2. Corinth. 5. Paulus clamat, Oportet nos omnes stare coram tribunali Iesu Christi , vt vnuſquisque recipiat in corpore, quod fecit, siue bonū siue malū. Deinde expressā mentionē facit fidei, vt nos doceat, militiā Christianā cōsistere in fide & bona conscientia, & à Deo dānari non modò lapsus contra conscientiam, sed etiam errores cum fundamento, seu cum Lege & articulis fidei pugnantes, siue homo sciens, siue ignorans eis assentiatur. Nam inter peccata mortalia seu regnantia , quæ Paulus nominat opera carnis, non tantum adulteria, cædes & furta, sed etiam hæreses & idola recensentur. Eum igitur cursum in hac vita singuli pij teneant, vt fugiant vtrumq; scopulum, errores dico contrarios Legi & Euangeliō, & peccata contra conscientiam, & ad illud iudicium initia sapientiæ & iustitiæ æternæ afferant. Nam prorsus necessarium est in hac mortali vita inchoari sapientiam & iustitiam æternam, sicut scriptum est, Superinduemur, si tamen non nudi reperiemur. Et Filius Dei ante postremum agonem hanc descriptionem vitæ æternæ tradit: Hæc est vita æterna, vt agnoscant te solum esse verum Deum, & quem misisti Iesum esse C H R I S T U M . Ad hanc verò cælestem Academiam, in qua videbimus Filium Dei, Patres, Prophetas & Apostolos, & eorum fruemur doctrina & familiaritate, nemini patet aditus, nisi prius in hac mortali vita eius doctrinæ elementa didicerimus, quam ipse nobis tradidit.

Confe-

Gal. 5

2 Cor. 5

Joban. 17

O R A T I O D E

Conferamus etiam, si placet, verbi diuinatus traditi lx.
 possessionem cum aliis bonis, quæ humana infirmitas
 præcipue expedit. Quæruntur à maxima multitudine ge-
 neris humani non conuerfa ad Deum, honores, volupta-
tes, earumque instrumenta. Sed hæc aut deserunt nos an-
 te migrationē ex hac vita, aut à nobis deserūtur. Nam ho-
 nor quidem vanus est, quia aut simulatus est, cùm omnes
 homines natura superbi & inuidi sint, aut non est diuturnus, vt ostendunt exempla Miltiadis, Aristidis, Themisto-
 clis, Cimonis, Camilli, Bellisarij & aliorum innumerabilium,
 quibus ingrata patria anguinam mercedem repen-
 dit. Voluptates verò quamuis concessæ, nec locorū sunt
 omnium, nec temporum, vt Cicero ad Atticum scribens,
 inquit, tantis malis vrgeri Rempublicam, & tam grauia
 pericula optimo cuique impendere, vt penitus sibi ex a-
 nimo & villæ & huiuscmodi delectationes exciderint.
 Et Vlysses Iliad. 9. ad Achillem inquit; ἀλλ᾽ εἰδανὸς οὐ περάτω τέρπεια
 μέμνεσθε. Nec sunt nobis conuiuia curæ villa satis. Nam ho-
 nestæ & concessæ voluptates tranquillum tempus requi-
 runt. Quid tam porrò incertum est, quām opulentia? vt
 in versu perulgato dicitur: Irus & est subito, qui modò
 Crœsus erat.

At V E R B U M nullo loco aut tempore sui studiosos de-
 serit, sed in rebus secundis & aduersis semper nos docet,
 consolatur, regit consilio, confirmat contra illecebras &
 terriculamēta, deniq; amissis omnibus bonis, sicut tandem
 ea in morte anitti necessæ est, nobis præsto est, & aditum
 ad eam vitam patefacit, quæ est sola vita nominanda. Nā
 hæc vita sine verbo, quid aliud est quām carcer & magna
 miseria? Quamobrēm cum Maria eligamus optimā par-
 tem, quæ nullo vñquam tēpore à nobis auferetur, & quæ-
 ramus bonas margaritas, easq; inuentas diligenter asser-
 uemus.

Om̄el. lib. 3 Trist. 1. 177.

L. 10

n^o 26. - 129

Et quoniam margaritarum mentio facta est, repetam earum generationem, de qua nos ipsum tempus admonet, ex Theophrasto, & hanc narrationem ad imaginem verbi & Ecclesiæ breuiter accommodabo. Initio veris sua quadam natura mirabili siti conchæ appetunt rorem cœlestem. Hunc cùm in littus repentes & hiantes hauserunt, nasciture ex eo rore & conchæ carne, cuius odor optimus est, gemma pellucida aliás aurei, aliás argentei coloris, & mirificam vim habens in pellēdis venenis & medicagine cordis humani. Fit autem generosior, cùm crebræ sunt magna tempestates, donec conchæ sunt grauidæ. In hac narratione dulcissima imago verbi & Ecclesiæ proponitur. Ut enim concha sitiens appetit rorem, & hoc hausto concipit gemitum cordibus salutarem: sic Ecclesia cùm in veris doloribus vndiq; quærat consolationes, & re ipsa experitur, se non iuuari humanis cogitationibus, tāde in decurrens ad vocem Euangelij, tāquam ad rorem cœlestē, incipit acquiescere, sicut in psalmo dicitur, Eloquium tuum viuificauit me. Deinde ut hæc gemma agitata fluctibus & procellis sit generosior: ita lux fidei inter certamina crescit: sed hæc allegoria suo loco vberius explicari solet.

Hactenus mōstraui præcipuas caūfas, propter quas verbum Dei assiduè legendum, audiendum & cogitandum est, nec dubito, bonas mentes earum consideratione permoueri.

Antequam verò finem dicendi facio, breuiter confusa videtur opinio, quæ multos à studio & amore verbi non sine iactura gloriæ Dei, & sine periculo animarum abducit. Multi enim non admoniti hac persuasione fascinati sunt, vt existiment, studium verbi tantum ad eos pertinere, qui paulò pōst ad gubernationem Ecclesiæ accessi.

suri sunt, nec philosophiæ, artis medicæ & ciuilis scientiæ studiosis valde necessariam esse cognitionem doctrinæ monumentis diuinis comprehensæ. Hic error animis eripiens est, & pia iuuentus admonenda est, vt cogitet, Academias Christianas non esse scholas Arcessilæ, sed reliquorum studiorum gubernatricem, & vt ita dicā, Architectonicam esse doctrinam Propheticam & Apostolicā.

Philosophiæ Academicæ

Nam maximè dignum est homine Philosopho, quæ rere veram de Deo doctrinam, vt Plato in sexta epistola grauiter dixit: Ita rectè philosophabimur, si Deum agnoscemus vniuersæ naturæ patrem, causam & gubernatorem esse, ei que iuste viuendo obtemperabimus. Hæc vna est non ~~disciplina~~ disciplina & vera philosophia. Non igitur fastidiani studiosi philosophiæ doctrinam Ecclesiæ, quam ipsa collatio ostendit perfectiorem esse, sed ad culturam literarum & humanitatis adiungant veram Dei reuerentiam, & philosophiam illorum maximè detestentur, qui putant, eò se plus videre cæteris, quod vel religiones contemnerent, vel de omnibus sententiis Pyrrhonio more in utramque partem disputare solent. Quid dicam de arte Medica? quæ bonis ingeniiis hortatrix est, ad agnoscendum Deum, & ad cogitationem de religione. Nemo enim vestigia Dei impressa naturæ aut plura aut illustriora videt, quam Medici.

Nam omnia in fabricatione humani corporis plena sunt artis, consilij & significationum. Deinde artificiosa distributio remediorum, testatur, coditorem amantem esse hominum, quia res tam multæ præcipue ad humanos usus factæ sunt. Etenim alia remedia bilem, alia pituitam trahunt, aliæ herbæ opitulantur cerebro, aliæ cordi, aliæ pulmoni, quædam pectori, nonnullæ epati. Nulla deniq; plantula, quamquam spreta, temerè nascitur, nulla non

ad certos & magnos usus diuino consilio ordinata est. Et quia in tanta varietate morborum, Medicis spectatores sunt multarum ærumnarum, fieri non potest, quin causas querant, unde tot non solum morbis, sed etiam maioribus calamitatibus obnoxia sit haec præstans & infirma natura. In hac consideratione de peccati origine, magnitudine & pœnis admonentur.

Quid præterea potest esse tam apertum tamque perspicuum, quam politicam sapientiam, cum à Deo deseritur, nec felicem nec salutarem esse? Magna vis ingenij fuit in gubernatoribus Atticis, Pericle, Alcibiade, Demosthene & Demade, & magnos labores hi viri sustinuerunt. Sed quid sunt omnes ipsorum res gestæ à principio usque ad finem, nisi contentiones exitiales ipsis & patriæ? Haec magna & ineffabilis miseria est, frangi & consumi tantum perniciosis laboribus. Talium exempla intuentes expauescamus, & ardentissimis votis Deum oremus, ut faciat nos vasa misericordiae, & organa salutaria Ecclesiæ, patriæ & nobis ipsis. At Ioseph, Moyses, Dauid, Daniel, Esdras, Nehemias res magnas & salutares gesserūt, quia à Deo gubernationem petiuerunt, & hanc normam in suis politiis fecuti sunt, de qua in psalmo dicitur: Lumen pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Ac ne quis eorum, qui olim ad Rem accessuri sunt, dubitet de voluntate Dei, postulantis studium verbi à viris politiis, is memoria repetat expressum mandatum, Deuter. 17. quod præcipit, ut rex discat legem, & eam sequatur in tota gubernatione. Haec enim sunt verba Moysi: Postquam federit in folio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplum à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vita sua, ut discat timere Dominum Deum suum

fiuum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in Legē præcepta sunt. Huic præcepto, vtalia exempla omittam, obtemperans laudatissimus Princeps Alphonsus rex His-panicus & Neapolitanus, perlegit integra Biblia quater & decies. Ut enim Iulius Cæsar media inter prælia semper stellarum cælique plagis superisque vacauit, ita hic Princeps interarma, tubas & classica nunquam de manibus scripta Prophetica & Apostolica posuit. Laudatur à Ci-
cerone Scipio Africanus, qui libros Xenophontis de Cyri institutione, in quibus nullum officium prætermissum est diligentis & moderati imperij, etiam in castris legere solebat. Sed plus veræ laudis habet hæc assidua lectio librorum diuinorum, qui non sine causa fontes Isræl sanctissimi & augustissimi nominantur. Quòd si quem sapientiæ iuris deditum, aut præceptum diuinum, quod nō est vni politiæ traditum, sed cùm sit naturale, ad omnes politias pertinet, aut exemplum laudatissimi Principis Alphonsi parum mouet, istamen consideret præsentem formam religionis & Reipublicæ, ad quam nemo sine cognitione doctrinæ Christianæ satis ornatus potest accedere.

Quemadmodum enim tranquillo mari quilibet nauarum vectorumque gubernare potest, vbi autem fæua orta tempestas est, ac turbato mari, rapitur vento nauis, tum viro & gubernatore opus est, vt apud Liuium Fabius ait: ita in hoc perturbato statu religionis & Reipublicæ non tantum politica prudentia opus est iis, qui consiliū Regibus & Principibus daturi sunt, sed etiam hac cælesti & diuina sapientia, quæ non properat ad pœnam ante legitimam cognitionem, sed re diu multumq; agitata, decernit quid sequendum aut fugiendum sit.

Hæc, fretus intelligentia vestra, coniuncta cum pari

*ad Quintum Fratrem
lib i*

S T U D I I S D O C T R . C H R I S T I A N A E ,

benevolentia, differeo breuius, quām causa desiderat, vōſ que reuerenter & amanter oro, vt pro excellenti huma-
nitate vestrā orationem multò tenuorem, quām vt argu-
menti magnitudini respondeat, boni consulatis.

Vt autem exitus orationis cum principio congruat,
æternum Deum Patrem Domini & Saluatoris nostri I e-
ssv C H R I S T I toto pectore oro, vt necessarię doctrinæ
studia & eorum hospitia perpetuò conseruet ac tueatur.
Eundem etiam inuoco ad gratiam Magnificentiae, Excel-
lentiæ & humanitati vestrę pro me referendam, quoniam
mihi nequaquam satis facultatis est pro meo animo, atq;
vestro erga me merito, cumq; similia officia red-
dere non possim, acceptorum tamen à vobis
constantissimam, Deo adiutore,
memoriam conseruabo.

D i x i.

Præfa-



P R A E F A T I O I N L O C O S

T H E O L O G I C O S P H I L I P P I

Melanthonis post habitam orationem


2. Martij, Anno M. D. L X I I I .

IGNI T A S ommium doctrinarum in duabus rebus consistit. Primum in certitudine seu veritate doctrinæ. Deinde in necessitate seu utilitate, quam vnaquaque doctrina vel Ecclesiæ vel societati humanae afferat. De necessitate huius doctrinæ Christianæ hesterna præfatiuncula aliquid diximus. Nam rei amplitudo superat non modò meam tenuitatem, quam libéter agnosco & deploro, sed etiam omnium angelorum & hominum sapientiam & eloquentiam. Quæ enim oratio huic argumento par esse potest, in quo dicendum est, quantum verbo Dei dandum aut tribuendum sit? Quare hac parte omessa, de altera, hoc est, de veritate & certitudine doctrinæ Christianæ pauca in hac & sequentibus aliquot lectionibus dicemus, quod spero futurum non sine fructu & utilitate iuuentutis. In philosophia due sunt normæ certitudinis, yna est notitia principiorum, quorum alia vocantur præctica, alia speculabilia. Hæc principia sunt notitiae nobiscum nascentes, ex quibus Mathemata & doctrina physica extruitur. Alia sunt præctica, ex quibus philosophia moralis extructa est. Altera norma certitudinis est vniuersalis experientia, de qua omnes sani eodem modo consentiunt. De his normis certitudinis, quæ à Stoicis reitneia appellantur, in Dialecticis & tota philosophia saxe dici solet. In doctrina autem Ecclesiæ ynica est norma certitudinis, quæ nominatur patefactio diuina. Ad hanc confirmandam & illustrandam colliguntur à pia vetustate septem gradus testimoniorum, quorum primus sumitur ab ipsa doctrinæ antiquitate. Est enim doctrinæ Ecclesiæ prima & antiquissima, & antecellit omnibus aliis religionibus auctoritate laude antiquitatis. Secundus gradus continet prædictiones propheticas de maximis rebus, videlicet de regno Christi & quatuor mundi monarchiis. Tertius complectitur

PRAEFATIO IN LECOS TH. PHIL. MEL.

miracula, ut resuscitationem mortuorum & alia, quæ sunt opera
soliū naturæ omnipotentis. Quartus est ipsum genus doctrinæ,
videlicet Lex integra & promissio de Mediatore, ignota rationi
humanæ sine reuelatione diuina, iuxta dictum: Filius qui est in
sinu &c. Quintus est experientia spiritualis in vera pœnitentia seu
conuerstione ad Deum, id est, in veris paucoribus ortis ab agnitione
iræ Dei aduersus peccatum, & in fiducia & spe venia. De hoc gra-
du Paulus Rom. 8. inquit: Ipse Spiritus sanctus dat testimonium
spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Sextus est fortitudo marty-
rum in suppliciis & in vincendis omnibus impiis illecebris & ter-
rificulamentis Sathanæ & omnium tyrannorum. Septimus est
deletio impiarum sectarum & omnium hostium Ecclesiæ, tyran-
norum & aliorum. Cùm autem argumentum per se sit amplissi-
mum, in quo nemini potest deesse oratio: summa sequar tantum
fastigia rerum, & iunioribus saltem monstrabo fontes, ex quibus
sumuntur illa testimonia, & quedam dictabo. Scio enim, cùm
verba tantum sparguntur in aërem, iuuentutem non assuefactam,
facile ea quæ dicta sunt, obliuioni tradere. Neque tamen ob-
ruam auditores prolixis dictatis, sed dabo operam,
ut medium viam inter declamationes
& dictata teneam.

O R D O



ORDO LOCORVM ET CA-

pitum, quorum explicatio in hoc
libro continetur.

N T I M A T I O seu scriptum publicè propositum in Academia
Lipseensi, quo continetur significatio de prælectione Locorum
Theologicorum.

Oratio de studiis Theologicis.

P R O L E G O M E N A.

- | | |
|--|---------|
| I. De certitudine doctrinæ Christianæ. | fol. i. |
| II. De methodo & ratione docendi & discendi doctrinam Ecclesiarum
propriam. | 14. |

L O C V S D E D E O.

- | | |
|---|-----|
| I. De patefactione Dei. | 25. |
| II. De discrimine verae & falsæ inuocationis | 33. |
| III. Quid sit DEUS. | 41. |
| IV. De proprietatibus DEI. | 43. |
| V. De unitate essentiaæ diuinæ. | 49. |
| VI. Regula de actionibus Dei internis & externis. | 51. |
| VII. Declaratio vocabulorum essentiæ & personæ. | 54. |
| VIII. Confirmatio articulide Trinitate. | 58. |
| IX. De discrimine trium personarum diuinitatis. | 63. |
| X. Quid interfit inter nasci & procedere. | 65. |

L O C V S D E F I L I O D E I.

- | | |
|--|------|
| I. De appellationibus Filij Dei. | 80. |
| II. De diuina natura in Christo. | 87. |
| III. Historica de hæresibus & Synodis. | 91. |
| IV. Refutatio Samosateni. | 99. |
| V. Refutatio Arij. | 103. |
| VI. Solutio obiectionum Arij. | 105. |
| VII. De vniione duarum naturarum in Christo. | 111. |
| VIII. Refutatio Nestorij & Eutychis. | 116. |
| IX. De communicatione Idiomatum. | 125. |
| X. Defuga mortis in Christo. | 129. |

L O C V S D E S P I R I T U S S A N C T O .	163.
I. De vocabulo Spiritus.	164.
II. Quid sit Spiritus sanctus.	166.
III. Quod Spiritus sanctus sit persona.	170.
IV. De aeternitate Spiritus sancti.	181.
V. De processione Spiritus sancti.	178.
VI. De beneficiis Spiritus sancti.	182.
VII. Quibus detur Spiritus sanctus.	197.
VIII. Quomodo excutiatur Spiritus sanctus.	199.
IX. Applicatio doctrinæ haec tenus traditæ ad usum.	202.
 L O C V S D E C R E A T I O N E .	 218.
I. Quid sit Creatio, & de causis Creationis.	221.
II. De circumstantiis Creationis.	227.
III. De creatione hominis, & de imagine Dei.	231.
IV. De prouidentia diuina.	235.
V. Collectio Demonstrationum de prouidentia.	240.
VI. Refutatio principiæ obiectionis contra prouidentiam.	258.
 L O C V S D E C A V S A P E C C A T I .	 279.
I. Quod peccatum non sit substantia.	281.
II. Quod Deus non sit causa peccati.	284.
III. De causa contingentia.	290.
IV. De discrimine inter vocabula, quibus scriptores Ecclesiastici vtuntur, yidelicet ἀρχαὶ γενῶν, ἀρχὴ τοπίου, ὡραῖοι.	293.
V. Solutio quarundam obiectionum.	297.
 L O C V S D E L I B E R O A R B I T R I O ,	 324.
seu de viribus humanis.	
I. Narratio exponens certamina Ecclesiæ & hypocritarum de libero arbitrio.	327.
II. Explicatio Methodica liberi arbitrij. 1. An sit. 2. Quid sit. 3. Quale sit. 4. Quare sit in natura rationali. 5. Quid à pec- cato originis differat.	336.
III. Refutatio Pelagianorum.	349.
IV. Refutatio Manichæorum.	359.
V. Expositio veræ sententiae, distributa in propositiones negati- uas & affirmatiuas.	363.
 V I. Testi-	

VII.	Testimonia antiquitatis de vera sententia.	376.
VIII.	Solutio obiectionum, quæ aduersari videntur veræ sententiæ.	386.
VIII.	De impedimentis libertatis.	397.

L O C V S D E P E C C A T O .

I.	Quid sit peccatum in genere.	428.
II.	De primadivisione peccati in originale & actuale.	432.
III.	De causis & effectibus peccati originis.	440.
IV.	De reliquiis bonorum in homine post lapsum.	447.
V.	An post baptismum in renatis maneat peccatum.	451.
VI.	Dediscrimine peccati venialis & mortalis.	453.

FINIS INDICIS PRIMAE PARTIS

L O C O R V M T H E O L O G I C O R V M

Victorini Strigelij.



I
D E
CERTITUDINE DOCTRINA
N AE C H R I S T I A N A E.

Ante inchoationem loci de Deo, hæc duo prolegomena explicantur. 1.de certitudine doctrinæ Christianæ. 2.de methodo seu de ratione docendi & discendi doctrinam Ecclesiæ propriam.


AV D A N D A est Iustini Martyris, Tertulliani, & aliorum piorum diligentia, qui colligunt aliquot gradus testimoniorum de doctrina Ecclesiæ: non solum ad refutandos Ethnicones, sed etiam ad nos ipsos confirmandos: vt statuamus hanc solam esse veram de Deo doctrinam, quæ est literis mandata per Prophetas, Euangelistas & Apostolos. Alias vero sectas omnes, & earum opiniones pugnantes cum verbo diuinitus tradito esse præstigias à Diabolo ortas, & in mundo propagatas, vt Deus contumelia afficiatur, & vt magna pars generis humani à Deo auulsa in æternum exitium præcipitur.

& Cyprianus. Iustini Martyris historias qui scire vult, legat librum 4. histor. Eccles. Eusebij, cap. 16. 17. 18. In quibus locis Eusebius multa historica repetit ex Apologiis duabus Iustini, quarum alteram scripsit ad Senatum Romanum: alteram ad Marcum Antonium pium, qui anno c. & x x x i x. aut circiter post Christū natum fuit Imperator Romanus.

Cyprianus sanctus Martyr tanti fecit scripta Tertullianii propter antiquitatē & acumen autoris, vt ad Scribam domesticū sape dixe-

Ex scriptoribus Ecclesiastis Græcis, qui statim secuti sunt Apostolos, vetustissimi sunt Iustinus Martyr & Philosophus: & Irenæus, quem tamen antecessit Iustinus, quia Irenæus citat dicta & testimonia Iustini lib. 4. & 5. contra hæreses. Ex Latinis duo sunt vetustissimi Tertullianus

rit: Da mihi Magistrum, sic appellans Tertullianum: Nullum etiam diem abire passus est Cyprianus, in quo non aliquid ex Tertulliano legerit. Hortor autem studiosos ut legant duas Apologias Iustini, & Apologeticum Tertulliani. sunt enim lectione dignissima.

Hos gradus testimoniorum utilissimum est saepe multumque considerare.

Ac primus quidem gradus, quem Iustinus & Tertullianus maxime vrget, sumitur ab antiquitate. Nam siue ἀρχαιολογία siue νομοθεσία spectes, ipsa collatio scriptorum Moysicū monimentis Ethnicis ostendit Ecclesiā doctrinam primam & antiquissimam esse.

Nulla enim in toto generē humano extant scripta, quæ à rerum initii cōtinuam seriem annorum monstrant, nisi sola historia Moysi & Prophetarū.
 ria Ecclesiæ extat in libris Moysis & prophetarum usque ad monachiam Persicam, que annis circiter 500 antecēsīt aduentum Christi in carnem.

Hanc perspicuam assuerationem confirmat Eusebius libro 10. præparat Euangelicæ, testimonio Aphricani sapientissimi & diligentissimi Scriptoris historiarum, qui inquit: Ante initium Olympiadum nihil certi in historiis Græcis recitatur, sed omnia sunt plena confusionis & dissonantia.

Euangelica contra Iudeos pertinaces, qui negant Christum apparuisse.

In lectione Mosis tria sunt obseruāda. 1. ἀρχαιολογία, id est, prima Ecclesiæ historia. 2. νομοθεσία sacrorum & legum ratio. 3. Promissio de Mediatore, quæ nō extat in libris philosophorū.

In Genes. cap. 5. extat catalogus patrum, qui vixerunt ante diluvium annos 1656. In cap. 11. eiusdem libri extat catalogus patrum à Noe & Sem, usque ad Abraham, postea continua hilo

Eusebius scripsit libros 15. de preparatione Euangelica, in quibus refutat Ethnicas religiones, & colligit hos septem gradus testimoniorum. Scripsit præterea decem libros de demonstratione

Incoantur

Incoantur autem Olympia-des Græcorum anno 2. Iotham, qui fuit avus pīj & felicis regis Ezechiae.

retro numeres, peruenies vsque ad secundum annum Iotham.

Et paulo post idem Aphricanus inquit: Quicquid apud Græcos vetustatis laude excellit, id omne longo interuallo Mosen sequitur.

Quod verò ad νομοθεσταὶ attinet, teste vtamur Strabone, qui libro Geograph. 16. clarè affirmat, omnium legum in mundo antiquissimas esse Mosaicas.

autem Eusebius & in libris Moysi & Platonis de legibus: Considerandam esse ἀρχαιολογίας historiæ antiquitatem, & νομοθεσταὶ legum autoritatem. Narrat Moses in Genesi & Exodo historias primorum patrum, & initia Ecclesiæ populi Iudaici. Postea exponit leges non humana, sed diuina autoritate sanctitas. Eadem methodo vtitur Plato in libris de legibus.

Hæc cùm ita sint, teneamus Tertulliani regulam traditam in libro aduersus Praxeam:

Id esse verum quocunque primum, id esse adulterinum quocunque posterius.

Meminerimus etiam eiusdem autoris verba in Apologetico aduersus gentes, quæ insigne encomium librorum Moysi continet. Primam instrumentis autoritatem summa antiquitas vendicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem de temporibus afferere. Omnes itaque substantias, omnesque materias, origines,

Hoc fit manifestum per ἀρά-
την. Certum est enim ex Græ-
cis historiis, qua Olympiade sit
Alexander natus, videlicet 3. O-
lympiade. Iam si ab illo tempore

Herodotus incoat suas histo-
rias à Cyro, & fatetur ipse sine ru-
bore ea quæ antecesserunt Perfi-
cam monarchiam, magna ex par-
te esse incerta & fabulosa.

Eusebius li. 12. præparat Eu-
angel. disertè scribit, Platonem
esse imitatem Moysi in libris
de legibus. Qui libri Platonis, ve-
lut gemmæ insignes inter reli-
qua eius scripta eminent. Monet
autem Eusebius & Platonis de legibus: Conside-
randam esse ἀρχαιολογίας historiæ antiquitatem, & νομοθεσταὶ le-
gum autoritatem. Narrat Moses in Genesi & Exodo historias pri-
morum patrum, & initia Ecclesiæ populi Iudaici. Postea exponit le-
ges non humana, sed diuina autoritate sanctitas. Eadem methodo
vtitur Plato in libris de legibus.

Hanc regulā bis repetit Terti-
llianus in libro aduersus Pra-
xeam, & in libro de prescriptio-
nibus aduersus hæreticos.

Primum' est, quod est tradi-
tum à Prophetis & Apostolis.

ordinē veterani cuiusque styli vestri gentes etiam plerasque & vrbes insigneſ, historiarum causas & memoriarum, ipsas denique effigies literarum indices custo desque rerum, & tutò adhuc mi nus dicimus, ipsos inquā Deos, ipsaque templa & oracula & ſacra vnius interim Prophetæ ſcri niū ſeculis vincit, in quo vi detur theſaurus collocatus totius Iudaici Sacramenti, & inde etiam noſtri.

Cicero diſputans de immor talitate animæ in Thusc. quæſt. vtitur probatione ſumpta ab antiquitate. Autoribus, inquit, ad obtinendam hanc ſententiā vti poſſumus, in primisq; antiquitate: quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, eò me lius quæ erant vera cernebat.

Huic memorabili dicto adiungantur verba Iuſtini Philoſophi & Martyris, quæ extāt in A pologia pro Christianis ſcripta ad Antonium pium Imperatorem: Moses antiquior est omnibus ſcri ptoribus Græcis, & quæcunque Philoſophi & Poëtæ de immor talitate animæ & de pœnis post hanc vitam, & de conſideratio ne cæleſtium dogmatum ſcri pferunt, ea à Prophetis mutuati ſunt tanquam ſemina veritatis.

Fons doctrinæ Christianæ eſt primus liber Moysi. Nam in tribus capitibus primis ſemina totius doctrine Christianæ ſpar guntur.

II Secundus gradus comple etiur vaticinia Prophetarum de Christo, de ſerie monarchiarum, & de aliis rebus magnis, quas Deus ſoli Ecclesiæ patefecit. Nam de tempore aduentus Mefiaæ docent nos vaticinia Iacob Patriarchæ Genes. 49. & Danielis 9.

ſcat felicem & faustum, cui omnia cedunt & prona ſunt. Eſt autem ſceptrum à Iudæis ablatum, cùm Pompeius ſexaginta annis ante Christum natum in Sabbatho cepiſſet yrbem. Polteia Herodi à Iulio & Auguſto regnum fuit conſeſſum.

De loco autem notæ sunt Miecheæ 5. ca. & Hag. 2. cap. prædictiones.

De miraculis Christi Esaias ca. 35. perspicuè vaticinatus est. Tunc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorum patefient, tunc saliet claudus sicut ceruus, & soluta erit lingua mutorum.

Sed multò clarius idem Prophetæ de passione & resurrectione Christi concionatus est capite 53.

Prædixerunt etiam vates nostri viii iherusalem vocationem gentium ad societatem æternæ Ecclesiæ, & perpetuam vastationem politiæ Iudaicæ post exhibitum Messiam.

Adde hoc seriē monarchiarum prædictam à Daniele cap. 2. & 7. Adde etiam oracula eiusdem Prophetæ de Antiocho Epiphane ca. 8. & 11. qui est typus regni Pontificij, & de Mahomete cap. 7.

eius. Pedes partim lutei, partim testacei significant Romanum imperium & eius reliquias. Eadem prophetia repetitur cap. 7. vbi prima monarchia comparatur leoni, secunda vrso, tertia pardo, quarta bestiæ truculentæ.

His prædictionibus nostrorum vatuum euentus respondisse, testantur historiæ non solum Ecclesiæ sed etiam Ethnicæ.

Venit enim Christus Dominus & Saluator noster eo ipso tempore, de quo Prophetæ di-

Haggeus qui gubernauit Ecclesiæ vnâ cum Zacharia post reditū populi ex Babylone, prædixit Messiam traditurum esse suam doctrinam, & editurum miracula in templo secundo. Sic enim inquit: Magna erit gloria domus istius nouissimæ, maior quam primæ domus.

Esaias propter perspicuitatem prophetiæ de Christi passione à multis dictus est Euangelista.

vniuersalem vocationem gen-

Cùm gentes appellantur, cogita chaos quoddam errorum, idolorum, scelerū, turpitudinū.

Daniel cap. 2. interpretatur somnium regis Babylonici Nabuchodonosor, de quatuor monarchiis. Primum caput aureum significat primam monarchiam. Pectus argenteum, Perficam. Tibi biæ seu pedes ænei significant regnum Alexandri & successorum

eius. Pedes partim lutei, partim testacei significant Romanum imperium & eius reliquias. Eadem prophetia repetitur cap. 7. vbi prima monarchia comparatur leoni, secunda vrso, tertia pardo, quarta bestiæ truculentæ.

Testimoniū Iosephi de Chresto, quod extat lib. 18. ἀρχαιολογιας cap. 4. Extitit eo tempore

xerunt: & natus est in Bethlehem: & genus doctrinæ, quod profitebatur, confirmauit resuscitatione mortuorum, & aliis mirandis factis congruentibus ad vaticinium Esaïæ. Constat præterea hunc Dominum crucifixum esse secundum Scripturas Prophetarum, & tertio die resuscitatum, Apostolis mandata dedisse de colligenda Ecclesia, non tantum ex semine Abraham, sed etiam ex omnibus gentibus.

rediuius, quandoquidem diuini Prophetæ & hoc & alia admiranda de eo vaticinatuerant, & ad hodiernum usque diem, quæ ab eo est cognominata, Christianorum gens non defecit. Hæc ille.

Hanc collectionem Ecclesiæ secuta est deletio politiæ Iudææ & perpetua vastitas. Et si enim instauratio aliquoties tentata & incoata est: tamen hi conatus contra decretum Dei inanis & irriti fuerunt.

ex magno interuallo aspicere ruinas & rudera Ierosolymæ. Secundò sub Iuliano Apostata, quo iubente & adiuuante eandem rem tentarunt, sed infelici pariter euentu. De quo his verbis scribit Ammianus Marcellinus: Iulianus imperij sui magnitudinem memoria opum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internechia certamina obsideante Vespasiano, postea à Tito ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumq; maturadum Alipio dederat Antiocheni, qui olim Britannias procurauerat præfectus. Cumque is rei eidem fortiter instaret Alipius, iuuaretq; prouinciariorum, metuendi

Iudæi etiam post deletum templum & urbem bis conati sunt instaurare Ierosolymam. Primum sub Hadriano, instictu Ducis furiosi cuiusdam Bencosban, sed illa multitudo repressa est ab Hadriano, qui postea interdixit cæteris Iudæis, vt non auderent

metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris insultibus erumpentes fecere locum exustis aliquoties operantibus. Hocq; modo elemento obstinatus repellente cessauit inceptum.

Quid dicam de serie Monarchiarum quam Deus voluit Ecclesiae notam esse, quia vult sciri has humani generis confusiones non fore sempiternas, sed aliquando finem futurum esse, & secuturā meliorem Ecclesiae vitam. vult item sciri, quo tempore Filius Dei se patefacturus fuerit hominibus, & postea in fine mundi iudicaturus.

Tres sunt formæ Reipublicæ. Prima dicitur monarchia, altera Aristocratia, tertia, Democracy. Apud Herodotum post mortem Cambysis filij Cyri, agitata est disputatio à principibus regni Persici de optima forma gubernationis. Tadē Darius successor Cambysis, consentientibus reliquo: um principum suffragiis obtinuit Monarchiam antecellere reliquas formas propter has causas.

1. Quia Democracy facile degenerat in anarchiam, cuius exemplum vidimus anno 1525. quo tempore in Germania exarsit tumultus Rusticorum. Et Sophocles in Antigone inquit: Maius esse malum, ἀναρχία, quam tyrannidem.

2. Quia Aristocratia facile degenerat in διαρροή, quæ est paucorum gubernatio, magis seruiens priuatae quam publicæ utilitati. Etsi autem omnium rerum humanarum magna est instabilitas: tamen cùm conferuntur Ideæ Rerum pub. verissimum est Monarchiā esse optimam propter illas superiores, & has sequentes duas causas.

1. Quia proximè accedit ad maiestatem & similitudinem gubernationis diuinæ, de qua Aristoteles in polit. lib. 12. citat versum Homeri: Multos imperitare malum est, rex vnicus esto. 2. Quia in monarchia faciliter retinetur ordo legum, executio poenarum & εὐταξία, quam in δεισοδοτίᾳ & Democracy.

Res autem ostendit quatuor monarchias præteriisse, & post inclinationem quartæ monarchiæ exorta esse duo regna impia & belligerantia cum vera Ecclesia, quorum alterum creuit lege astutissimè cogitata & blas-

Regnante Heraclio, qui Phœcæ successit anno Christi 623. cœpit exoriri Mahomerus in Arabia, & delevit omnes articulos Symboli, & excogitauit legem astutissimam (quæ dicitur Alcoranus) paulò antè iacta sunt fun-

phemiis contra Filium Dei. alterum superstitione traditio-
num humanarum.

Hæc igitur congruentia præ-
dictionum propheticarum &
euentuum, qui ante oculos ver-
santur, in regno Christi & in im-
periis, testatur doctrinam Pro-
pheticam veram & à Deo tradi-
tam esse. Cùm enim respondent
euentus, qui à nulla creatura
prospici poterant, manifestum
est à Deo monstratos esse, & vo-
cem Prophetarum diuinā esse.
tacitum prædictionibus, conuincimur non esse fabulosam sapientiam,
quam profitentur: eodem modo congruentia prædictionum & e-
uentuum est euidentissimum testimonium de certitudine doctri-
næ Christianæ. Obseruentur igitur hæc duæ regulæ.

1. Collatio prædictionum cùm historiis est testimonium prouiden-
tiae. Testatur enim res magnas in Ecclesia & imperiis non casu-
geri, sed diuino consilio.

2. Congruentia euentuum cum prædictionibus est testimoniū
de veritate doctrine Christianæ.

III

TERTIUS GRADVS continet miracula, quæ sunt opera
naturæ omnipotentis, & testan-
tur hæc doctrinā à Deo traditā
esse, vt resuscitatio mortuorum,
conseruatio Nohæ in diluvio, e-
ductio populi Israël ex Aegy-
pto, & miranda facta edita in
deserto, conseruatio hominum
in mediis flammis, regressio So-
lis & statio, partus virginis, fœ-
cundatio matronarum, quæ &

Diabolus potest imitari tan-
quam simiolus quadam opera
Dei in natura inferiori, sed non
est ei concessum vel vnum pun-
ctum mutare in motibus cæle-
stibus. Quia semel ex cælo est de-
tritus, nec in cælo ullum ius ha-
bet amplius. At Dei mandato ste-
tit Sol ad preces Iosuæ Ios. 10. Id ē
Sol regreſsus est ad preces Eze-
natura

damenta regni Pontificij, regnā-
te Phoca, qui interfecit suum Do-
minus Mauricium.

natura steriles & propter aetatem
effecit fuerunt.

Sed omnia miranda opera
superat conseruatio & instauratio Ecclesiae, & ministerij Euangelici, quod Diabolus omnibus aetatis partim manifesta vi, partim Sophistica delere conatus est.

tē temporis & loci, & ad certas personas referuntur: ita hæc conseruatio Ecclesiae omni tempore & in locis incertis summum & maximum est miraculum.

Nam ceteræ sectæ etiam si aliquandiu durauerunt, tamen oppressæ non instaurantur, cum omnia reuelet dies, quo quicquid diutius durat, magis etiā probetur necesse est.

libro Esther agitatum legitur problema hoc, quæ res fit fortissima, aliis vinum, aliis mulieres, aliis regem respondentibus, quidam subiicit, veritatem esse omnium rerum fortissimam.

Q V A R T V S G R A D V S
sumitur à collatione doctrinarum. In aliis sectis sunt manifesti furores, qui ostendunt eas à Diabolo ortas & profectas esse, vt Ethnici coluerunt infinitam turbam Deorum, mactarunt humanas hostias, approbarūt confusiones libidinum, tanquam concessas voluptates & spectacula gladiatorum.

ne Tyranno Siculo, quod cum vicisset Carthaginenses inter alias conditiones pacis, etiam hanc tulerit, vt desisterent à consuetudine mactandi filios Saturno,

chiæ, & Esaiæ cap. 38. Saranona-genaria peperit filium.

Apud Plutarchū in vita Thesei extat oraculum Sybillæ de Athenis: ἀπὸς θεοῦ λαλίζει, δύναται τοις δέμοις εἰσίν. Id verius pronuntiatur de statu Ecclesiae, quæ sæpe veluti vter aquis fluctuatis innat, sed nunquam mergitur.

Vt autem alia miracula sunt cer-

Cicero 2. de natura Deor. Opinions commenta dies delet, iudicia naturæ confirmat. Idest, mendacium etiā ad tempus demulcerat auditores: tamen tandem euanscitur, veritas enim est virtus omnium calumniarum. In

Apud Herodotum lib. 7. hæc est sententia: Sicut auri bonitas tunc facilimè noscitur, quando alteri auro comparatur: ita collatio sententiarum & doctrinarum valde illustrat veriorem & perfectiorem doctrinam.

In comment. Iulij Cæsaris de bello Gallico est exemplum mactationis humanarum hostiarum apud Gallos veteres. Plutarchus in apophthegmatis ait de Gelone Tyranno Siculo, quod cum vicisset Carthaginenses inter alias

Gladiatores in historiis Romanis vocantur, qui duello vel *μυροφαγίᾳ* inter se congressi sunt, neque prius destiterunt, donec vel alter, vel vterque extinctus esset. Durarunt illa spectacula teste Theodoreto lib. 5. usque ad tempora Honorij, qui promulganit legem de abrogatione horum spectaculorum. Præco istius legis fuit saxis obrutus. Tanta vis est malæ consuetudinis.

Sic Turci sunt blasphemi aduersus Filium Dei, & faciunt diuinitia sine legitima cognitione, & dimissas rursus ducunt & abiiciunt, cum liber, denique polluti sunt cruentorum.

Etsi autem Papistæ pertinaces non reiiciunt ex professo scripta Prophetica & Apostolica, tamen defendunt manifesta idola, & prohibent coniugia sacerdotum & certos cibos, & his sceleribus addunt Neronianam scelitiam.

Semper autem in vera Ecclesia mansit integra doctrina legis, & damnati sunt manifesti furores, qui sunt signa impietas, & doctrina de essentia & voluntate Dei, de Mediatore, de Spiritu sancto, de causis & remediis peccati & mortis, de immortalitate animæ, de resurrectione corporum, de futuro iudicio, de vita æterna, sine corruptelis fundameti explicata est. Hæc collatio Ecclesia & aliarum sectarum bonas mentes valde confirmat.

re distinguitur ab omnibus sectis vera Ecclesia.

V QVINTVS GRADVS est ex-

Ethnici eti retinuerunt aliquam particulam legis: tamen horribiliter discesserunt à primo præcepto, inuocatione mortuorum, ut Herculis & similibus heroum. Itē excogitata turba Deorum prodigiosa, ut testatur theogonia Hesiodi. Deinde à quinto discesserunt mactatione humanañ hostiarum & spectaculis gladiatorum. A sexto discesserunt terrima cōfusione libidinum, quas adeo approbarunt, ut aliquas etiam in Cypro & Aegypto in sacrificiis admiscuerint. Promissio de Mediatore prorsus aboluta & extincta fuit ex memoria Ethnicorum. Vera autem Ecclesia integrum legis doctrinam, sine manifestis idolis & furoribus, & promissionem de Mediatore per Spiritum sanctum custodiuimus. Merito igitur hac nota, videlicet possessione integræ legis & promissionis de Mediato-

Hic gradus declarari potest perientia

perientia terrorum in contritione, & consolationum fidei ilustras doctrinam de Deo, & di iudicás dogmata. Nam lex Dei non est inanis sonitus, sed ignis consumens stipulas, & contrens petras, ut Ieremias 23. dicitur. Euangelium vero est ministerium Spiritus & vita, hoc est, consolatur & viuiscat corda, monstrato Filio Dei. In his motibus Spiritus sanctus trahit & confirmat corda, ut iam conuinici se fateantur, & Euangelio assentiri firmius incipient.

exemplo medico. Ars medica duplex habet demonstrationes. 1. Aliqua ex principiis extrahuntur, quales sunt, Contraria contrariis curantur, Similia accessione similiū augmentur &c. 2. Pleraque sumuntur ab effectibus seu experientia, ut laudatur hiera, cuius vsus est in ardenti febri, id docet experientia. Eodem modo experientia spiritualis, quæ consistit partim in contritione, partim in viuificatione, est testimonium certitudinis doctrinæ. Vnde Augustinus: Credens scit se credere. Et Paulus ad Hebr. 11. fidem appellat ἔλεγχον, id est,

notitiam, qua conuincimur, veras esse promissiones Euangelij.

Stipulas, id est, omnem persuasionem nostrā sapientiæ aut iustitiae, qualis est Pharisæica.

Petas, id est, corda ferrea, secura & Epicurea, ut Cain et si initio in eo dolor hebes est: tamē ipso Deo accusante peccatum, in tantam consternationem tandem incidit, ut illam blasphemam vocem edat: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam mereatur.

De hac confirmatione loquitur Epiphanius, cum inquit contra Apostolicos: Diuinus sermo indiget speculatione & sensu: vocat enim speculationem, diligentiam Grammaticam & Dialecticam, videlicet considerationem phrasis, collationem locorum Scripturarum, definitiones, diuisiones, & iustas consequentias in argumentis. Sensum vero nominat agnitionem peccatorum, & consolationem & viuificationem in corde, ut Rom. 8. dicitur: Spiritus dat testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Cum enim corda sentiunt se à Deo terrei, & rursus erigi ac vituificari: fatentur doctrinam veram esse, & eam firma affectione amplectuntur.

Verba Epiphanij sunt fol. 221.
πάρα τὰ δέδια σύμπατα εἰς ἀληγογίας δεῖται, ἀλλὰ ως ἔχει. Σεωργλας δὲ δεῖται, καὶ αἰθήρεως, εἰς τὸ εἰδέναι ἐκάστης ὑποθέσεως τὴν δίνεται.

VI SEXTVS GRADVS est fortitudo martyrum in vincendis impiis illecebris & terriculamentis. Hoc testimonio scribit se per motum esse Iustinus Martyr, ut doctrinam Ecclesiaz amplectetur, in apologia ad senatum Romanum, pag. 133. Ego quidē qui Platonicis delectarer disciplinis, cùm Christianos calumniosè deferri audirem, videaremque eos magno animo mortem aliaque terriculamenta despicer, cogitaui non posse fieri, ut tales in flagitiis deliciisque viuerent.

nihil debuit nobis obligatione ciuili. Sed propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælo, & hoc fecit sine respectu & spe suæ vtilitatis. Ita Martyres cùm fuerint homines sapientes & modesti, non furiosi, nec dubitarint tamē corpora sua tradere in mortem, & stolas suas lavare in sanguine agni, hac ipsa cōstantia sua in suppliciis testati sunt de certitudine doctrinæ Christianæ.

Quotusquisque enim languidis liquefactus voluptatibus mortem sibi prodesse putet, vt per eam deliciis earumque instrumentis priuetur, & non potius illud agat, vt semper hanc vitam viuat, Magistratusque & leges fallat. Tantum abest, vt se ipsum ad supplicium offerat.

Etis, sed vt etiam pro illo patiamini. Sed hæc facilius dicuntur, quam fiunt à nobis, quemadmodū Luius inquit: Multa sunt dicta quam factu facilitiora. Vnde quidam monachus verè dixit in conuentu Augustano anno 30. Difficile est amplecti doctrinam Euangelij, quia tales

Paulus Rom. 5. amplificans & exaggerans amorem Christi erga nos, cuius præcipuum testimonium est mors, sic inquit: μόλις γδ ὑπὲ δικαίω τὸς θεοθανεῖ. ὑπὲ γδ θάγατε τάχα τὸς καὶ τολμᾶ ἀποθανεῖν, id est, necesse est, eum magna vi amoris permoueri, qui alteri benefacit cum suo dolore, fine spe propriæ vtilitatis, & fine obligatione ciuili. Pro iusto, id est, pro re iusta seu causa iusta, seu debito. Pro bono, id est, pro bona & suauia re. Quasi dicat, Homines incitati aut cupiditate, aut opinione magnæ vtilitatis facilius suscipiunt pericula. At Filius Dei

Nihil potest dici generosius, quam quod Paulus inquit Rom. 5. Gloriamur non tantum in spe gloriæ filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus, quasi dicat: hac etiam re gloriamur, quod Deo praestamus obedientiam in afflictionibus. Paulus ad Philip. 1. inquit: Vobis donatum est à Christo non solùm, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini. Sed hæc facilius dicuntur, quam fiunt à nobis, quemadmodū Luius inquit: Multa sunt dicta quam factu facilitiora. Vnde quidam monachus verè dixit in conuentu Augustano anno 30. Difficile est amplecti doctrinam Euangelij, quia tales

tales oportet sape orare, & singulis momentis expectare istum car-
nificis. Sed quomodo crux est gloria? Respondeo. i. Quia ornat glo-
riam Dei testimonio veræ doctrinæ, vt Paulus à Nerone interfactus
suo sanguine testatur doctrinam esse veram. Deinde suo exemplo in 2
auditorum animis eam confirmat. Tertiò hoc ipso exemplo multos 3
inuitat ad Ecclesiæ societatem.

Teneantur ergo de hoc gradu duo insignia & memorabilia dicta,
vnum Athanasij, alterum Tertulliani. Sic enim Athanasius in-
quit: Qui verè in Christum credunt, mori millies malunt, quàm
fidem Christi abnegare. Sciunt
enim se moriendo non perire,
sed per resurrectionem fieri im-
mortales.

Tertullianus verò in apolo-
geticō: Plures, inquit, efficiuntur,
quoties metimur à vobis. Semē
est sanguis Christianorum. Quò
enim plus illius funditur, hoc
vberior in agro Domini meis
conspicitur. Hæc est victoria no-
stra, quæ & habet gloriam pla-
cendi Dei, & prædam viuendi
in æternū: hæc palmata vestis:
tali curru triumphamus.

Postremus gradus sumitur à pœnis hostium huius doctrinæ. **VII**
Non solum enim Tyranni, qui
Ecclesiam armis delere conati
sunt, vt Pharaon, Sennacherib,
Antiochus Epiphanes, Nero, Iu-
lianū & alij innumerabiles: sed
etiam blasphemi aduersus Fi-
lium Dei, & doctrinam Eccle-
siæ, vt Simō Magus, Cerinthus,
Manes, Nestorius, & nostra æta-
te multi horrendis exemplis i-
ra Dei, in medio cursu oppres-
si

Congruit hoc cum illo Ter-
tulliani: Fiducia Christianorum
est resurrectio mortuorum. O-
mnes enim articuli fidei referun-
tur ad tres postremos, Credo re-
missionem peccatorum, credo
carnis resurrectionem, credo vi-
tam æternam. Propter hos am-
plectimur totum symbolum, &
hac spe amissa, sumus miseriiores
omnibus bestiis, vel sicut Paulus
inquit 1. Corinth. 15. Si in hac vita
tantum in Christum speramus,
miserabiliores sumus omnibus
hominibus.

Certamen inter Ieremiam &
Pontifices tandem diiudicauit
Nabuchodonozor, deleto tem-
plo Hierosolymitano: Iudæis
multis occisis: pluribus in capti-
uitatem abductis. Sic inter Apo-
stolos & Iudæos item direme-
runt Romani, qui deleuerunt
templum & totam urbem. Ita
deleti sunt heretici, Donatistæ,
Nestoriani, Eutychiani & multi

atque extinti sunt. Solet enim Deus controuersias de dogmatibus tandem dijudicare, deleta parte blasphema.

alij. Ita non dubium est Deum etiam hac aetate editurū testimonia suā potentiae aduersus fanaticos homines, qui nec ipſi quiescere possunt, nec alios quiescerē finunt.

Quamobrem cogitantes de antiquitate huius doctrinæ, quam Ecclesia amplectitur, & de ceteris gradibus testimoniorum, sine dubitatione statuamus hanc solam doctrinam de Deo veram esse, & constanter reiiciamus alias sectas pugnantem cum fundamento, quod in Ecclesia non humano, sed diuino confilio positum est, & iuxta Petri præceptum attendamus Propheticō sermoni tanquam lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec lucifer in nostris peccatoribus exoriatur.

lucifer oriatur in cordibus vestris. Lucifer significat illustriorem sapientiam, qua fruemur in vita æterna.

Qui plura desiderat de his gradibus testimoniorū, legat i. Iustini Martyrem & philosophum in duabus Apologiis. 2. Tertullianum in apologetico aduersus gentes. 3. Eusebium in libris 15. de præparatione Euangelica. 4. Ambrosum contra Symmachū. 5. Orationem de Ambroso in declamationibus Philipp. Melanth. 6. præfationem Philippi in tomū 4. operum Latinorum Lutheri.

2. Petri. 1. Habemus firmorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendantes quam lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Lucifer significat illustriorem sapientiam, qua fruemur in vita æterna.

DE M E T H O D O D O C T R I N A E C H R I S T I A N A E.

 N ceteris artibus, quarum normæ sunt principia & vniuersalis experientia, corpus doctrinæ traditur, aut *κατὰ σύνθετην* [per compositionem] aut *κατὰ ἀνάλυσιν* [per resolutionem] aut methodo *διεπιγένετον* [definitiua & diuisiua] vt Galenus in libris de elementis, de temperamentis, de cultura-

cultatibus naturalibus, de vsu partium, de locis affectis, de methodo medendi & aliis sequentibus vtitur compositione. In libro περὶ σύστασεως λατεῖνης vtitur resolutione. In libro, qui inscribitur μηνοτέχνη, tradit nudas definitiones & diuisiones sine demonstrationibus.

λυπή, tertia δεισικὴ ἡ διαιρεπηὴ. De his tribus formis generalis methodi loquitur Galenus in lib. de arte medendi. Prima, inquit, ratio docendi per resolutionem ex finis notione & intelligentia sumitur: altera componit ea, quæ inuenta sunt sagacitate resolutionis. Tertia est definitionis & partium eius expositio. πρώτη μὲν διδασκαλιῶν ἡ ἐν τῆς Εἰλάτης ἐννοίας κατὰ ἀνάλυσιν γνωμένη. δευτέρα δὲ ἡ ἐν συνθέσεως τῶν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν εὑρισκόντων. τρίτη δέ διαλύσεως.

Hec possunt explicari exemplo artis medicæ. Galenus in præcipuis libris, quos scripsit, vtitur via compositionis, vt quando ordinatur à disputatione de elementis, quæ sunt principia humani corporis iuxta Medicorum sententiam. Deinde progreditur ad temperamenta quæ existunt ex varia mixtione elementorum inter se. Tertiò disputat de facultatibus naturalibus, quæ sunt comites temperamentorum. Cùm autem facultates naturales hæreant in aliqua parte corporis, differit de vsu partium humani corporis. Et quia temperamenta & facultates naturales, & ipsæ partes sæpe lædūtur à δυσκαρσίᾳ, differit de locis affectis. Tandem tradit methodum medendi, cuius finis est sanitas.

Est igitur compositio, quando ordimur à principiis, & per media procedimus usque ad finem. Inuersus ordo est ἀνάλυσις resolutio. Hoc ordine vtitur Galenus de constitutione artis medicæ. Cùm enim finis artis sit sanitas, orditur ab illo fine, & regreditur per media usque ad prima principia seu elementa.

Tertia methodo δεισικὴ vtitur in parua arte, vbi primùm constituit definitionem artis medicæ. Medicina est cognitio sanorum, ægrorum & neutrorum. Postea cùm in magna varietate sint sana, ægra & neutra, singulas illorum partes & species explicat.

Methodus est duplex. Vna generalis, quæ pertinet ad totum corpus alicuius artis seu doctrinæ. Altera specialis, qua singulæ partes cuiusque artis explicantur. Generalis methodi in philosophia & artibus, quæ extruuntur ex principiis & vniuersali experientia, tres sunt formæ:

Prima est συνθετικὴ, altera δια-

Analysis seruit artium inuentioni: syntheſis magis prodeſt ad ar-
tes & tradendas & explicandas. ē eiusm̄ methodus, quæ contenta
est nudis definitionibus & diuisionibus fine demonstrationibus in
compendiarii p̄ceptis artium vſitata est.

Nulla verò harum formarum propriissimè loquendo congruit
ad doctrinam Ecclesiæ respectu totius corporis. Eti⁹ enim in expli-
candis rebus sacris utimur definitionibus & diuisionibus: tamen
quæ ad corpus doctrinæ pertineat, non alia methodus reperitur,
quam historica series, cuius quasi epitome est Gēnesis in quatuor
prioribus capitibus.

Nominatur autem historica series ordo, quo res vt sunt gestæ, fo-
lent narrari. Acto Scriptura nihil aliud est quam commentarius
scriptus in hæc quatuor capita. Sicut Sol est dux & moderator lumi-
num in cælo, ita Moyses est dux chori Prophetarum.

Harum formarum nulla ad doctrinam Ecclesiæ congruit. Eti⁹
enim adminiculis definitionum & diuisionum in Ecclesiæ carere
non possumus: tamen corpus doctrinæ Christianæ historica serie
proponitur, cuius sanctissimus & augustinissimus fons est primus
liber Moysi.

Nam in hoc libro describitur creatio mundi & hominum, in-
stitutio Ecclesiæ & coniugij: lapsus primorum parentum: causæ
mortis & calamitatum: restitutio Ecclesiæ & poenæ mitigatio: pri-
ma promulgatio promissionis de Saluatore reddituro iustitiam
& vitam æternam: Postea recitatur generatio primæ sobolis, & o-
ftenditur qualis fuerit prima Ecclesia, & quæ certamina statim in-
ter fratres exorta sint, ac ibi conciones legis recitantur, & sanctitur
lex, quæ prohibet & punit homicidia, & expressè traditur articu-
lus de venturo iudicio. Harum maximarum rerum doctrina qua-
tuor capitibus primi libri Moysis inclusa est, quæ in corpore do-
ctrinæ Christianæ eadem serie explicatur. Primum enim dici solet
de Deo, & de rerum fabricatione ex nihilo, deinde de hominum
creatione & lapsu, & de peccato originis, postea de lege, de discri-
mine legis & Euangeli, de iustificatione & renouatione Eccle-
siæ, de Sacramentis, de causis calamitatum & remediis, de politico
ordine, de coniugio. His locis seu titulis summa doctrinæ com-
prehenditur, quæ Ecclesiam ab aliis gentibus discernit. Hæc de ge-
nerali methodo.

Postea

Postea verò in singulorum locorum methodica explicatio-ne, utimur aut notissimis questionibus, aut serie prædicamen-torum, aut pro arbitrio nouum quædam ordinem instituimus, aut certis hypothesisibus conten-ti sumus, ut verbi causa: Cùm de peccato differimus, visitatas quæstiones adhibemus, quid sit pec-catum, quæ sint eius species, quæ causæ, qui effectus.

merantur partes seu species. Adduntur cauæ, effectus, cognata, pu-gnantia.

Secunda forma ab aliis non nominatur Anatomica, ab aliis prædicamen-talis, quia congruit ad seriem decem prædicamentorum. Ac medici tradentes *avatopulu*, ordine eunt per prædicamēta, ut cùm de corde disputant, primum de substantia cordis querunt, qualis sit caro. Postea quæ sit figura cordis. Tertiò quæ sit *dynamis* & *xpasis*, seu temperamentum cordis. Quartò, quæ sit actio, quis motus & versus cordis. Quintò, quæ sint passiones cordis seu motus violenti, quibus cor extinguitur. Tandem monstratur positus & situs cordis, & quæ sunt his cognata.

Tertiam formam nominemus sancitam Geometricam. Nam Geome-træ sæpe videntur hypothesisibus, id est, propositionibus positis & con-cessis, quæ alibi demonstrantur. Sæpe etiam per deductionem ad im-possible conuincunt auditorem.

Postremam formam nominare solemus Arbitrariam, quæ pro cuiusque arbitrio potest institui. Alius autem maiori dexteritate præ-ditus est alio, sicut in omnibus rebus, certi gradus sunt donorum.

Cùm autem de Ecclesia dicendum est, ordine imus per prædicamēta, ut auditor discat, quæ, quâta, qualis, & ubi sit Ecclesia, quid agat, quare cruci subiecta sit, an inde usque ab

Specialis methodus est, quæ pertinet ad explicationem singu-lorum locorum theologicorum. Etsi autem difficile est, certas for-mas specialis methodi enumera-re: tamen liceat nobis docendi causa hac distinctione ut, ut pri-ma species sit visitata, cuius præ-cepta traduntur in fine primi li-bri Erotematum D. Philippi Mel-anthonis. In hac methodo per-uulgata, primum queritur, an sit res, deinde quid sit, postea enu-merantur partes seu species. Adduntur cauæ, effectus, cognata, pu-gnantia.

Secunda forma ab aliis non nominatur Anatomica, ab aliis prædicamen-talis, quia congruit ad seriem decem prædicamentorum. Ac medici tradentes *avatopulu*, ordine eunt per prædicamēta, ut cùm de corde disputant, primum de substantia cordis querunt, qualis sit caro. Postea quæ sit figura cordis. Tertiò quæ sit *dynamis* & *xpasis*, seu temperamentum cordis. Quartò, quæ sit actio, quis motus & versus cordis. Quintò, quæ sint passiones cordis seu motus violenti, quibus cor extinguitur. Tandem monstratur positus & situs cordis, & quæ sunt his cognata.

Tertiam formam nominemus sancitam Geometricam. Nam Geome-træ sæpe videntur hypothesisibus, id est, propositionibus positis & con-cessis, quæ alibi demonstrantur. Sæpe etiam per deductionem ad im-possible conuincunt auditorem.

Postremam formam nominare solemus Arbitrariam, quæ pro cuiusque arbitrio potest institui. Alius autem maiori dexteritate præ-ditus est alio, sicut in omnibus rebus, certi gradus sunt donorum.

Erudita & bona est metho-dus, quæ vocatur visitata seu Dia-lecticæ methodus, sed non habet locum in omnibus materiis. vi-dendum est quid ferat, quid reci-piat una quæc materia. Etiux ta-

C



initio fuerit, & an perpetuò duratura sit.

In aliis locis nec ad quæstiones peruvlgatas, nec ad seriem prædicamētorum alligati sumus, sed nostro arbitrio eligimus ordinē propositæ materiae maximè cōgruentē, vt locos de magistratu, de coniugio, & de ceremoniis humanis, certis quibusdam regulis cōplicitur. Locum de libertate Christiana in aliquot gradus distribuimus. In loco de bonis operibus has quæstiones explícamus, an sit necessaria in reconciliatis noua obedientia, & quo modo regenda sit, an sit possibilis, propter quas causas præstantia sit, quomodo differat infirmitas sanctorum à corruptelis fundamenti, & à lapsibus contra conscientiam.

In loco de cruce initio discernuntur genera calamitatum, deinde monstrantur causæ impulsuæ & finales. tertio propnnuntur remedia, quæ non tantum cicatricibus, sed etiam vulneribus medentur. Ad hæc adiungitur discrimin patientiæ philosophicæ & Christianæ. Tandem præcipit ægro conualecenti, quo victu sit vtendum, & quomodo præterea viuendum sit. Sic cùm volumus afflictos consolari, primùm videndum est genus calamitatum. Deinde monstrādæ sunt causæ impulsuæ & finales. Tertiò adhibenda sunt remedia, id est, loci consolationum, vltimò præcipiendum de patientia Christiana.

Sæpe etiam certis hypothesibus contenti sumus, vt in loco de electione, id est, prædestinatione has hypotheses firmissima affensione

Horatium: Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

In hac re fuit summus artifex Philippus Melanthon. verè autē de hoc viro potest dici, quod Statius de Virgilio pronunciat.

Nec tu diuinum Aeneida tenta

Sed longè sequere, & vestigia
semper adora.

Nam illud quod in Philippo fuit
peculiare, est inimitabile aliis.

Hæc methodus planè est medica. Simili enim ratione vtuntur medici in curatione morborum. Medicus cùm accedit ad ægrotum, primò querit, qualis fit morbus, & ex quo genere: deinde cognito genere querit causas morbi, quales sunt vel *disequaçō*, vel solutio continui. Tertiò cognitis causis inuestigat remedia. Deinde præcipit ægro conualecenti, quo victu sit vtendum, & quomodo præterea viuendum sit. Sic cùm volumus afflictos consolari, primùm videndum est genus calamitatum. Deinde monstrādæ sunt causæ impulsuæ & finales. Tertiò adhibenda sunt remedia, id est, loci consolationum, vltimò præcipiendum de patientia Christiana.

sione amplectimur: etiam si nō omnes præstigias, quæ contrā struuntur, deltruere possumus: quod videlicet nusquam sint electi, nisi in cœtu vocatorum, & quod omnes in agone perseuerantes in fide & inuocatione Filiij Dei sint electi. Qui enim nolunt in his hypothesisibus acquiescere, confirmant in suis animis & aliorum, Epicuræum cōtemptum Dei aut desperationem. Hæc breuiter de methodo totius corporis & singularum partium doctrinæ Christianæ dixisse satis sit.

mortui, qui in Domino moriuntur. Ergo si quis ante finem vitæ, aut in ipsa migratione animæ à corpore non desperat, non contemnit Deum, sed inuocat fide, quamvis languida, eum statuere poteste in cœtu electorum.

Sequitur vt paucas admonitiones studiosis proponam, de optimaratione discendi doctrinam Ecclesiæ. Hanc verò Paulus 1. Timoth. 4. breui dicto cōplexus est: Aſſiduus esto in lectione, doctrina & consolacione. Sit igitur hæc prima admonitio ex Pauli dicto sumpta: Quotidie legant studiosi pietatis aliquot capita in scriptis Propheticis & Apostolicis, & ordine legant integra Biblia. Nam hæc confuetudo alit non modò pietatem, sed etiam eruditionē, vt norunt omnes, qui huic admonitioni obtemperant.

In loco de electione prima hyz̄ pothesis est de toto corpore electorum, quæ extat Rom. 8. Quos prædestinavit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, &c. Est igitur in verbo & vocatione Dei acquiescendum, & vt boni est Grammatici, ita pij est Theologi quædā ignorare. Cur enim, vt venustè inquit Augustinus in Enchiridio, queritur cum discrimine, quod potest ignorari sine crimen? Secunda hypothesis pertinet ad singula membra. Extat autem Matth. 24. Qui perfeuerauerit usque ad finem, saluus erit. Et in Apocalypsi: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Ergo si quis ante finem vitæ, aut in ipsa migratione animæ à corpore non desperat, non contemnit Deum, sed inuocat fide, quamvis languida, eum statuere potes

Paulus hoc dicto non solùm hortatur, vt diligenter & assidue legamus scripta diuinitus tradita, sed monstrat etiam optimarationem docendi & discendi doctrinam Ecclesiæ propriā. Nam philosophia & Euangeliū differunt dupliciter. 1. Principio. Cūm discis Arithmeticam, non ordiris à lectione aut à libellis Arithmeticis, sed affers ad scholā notias naturales discernentes vnum & plura. Sed doctrinam Euangelij non ordimur à notitia naturali, sed à lectione Bi-

bliorum. Nam sapientia Euangelij estignota non tantum hominibus, sed etiam Angelis, sine patefactione Dei singulari, iuxta dictum Baptiste Iohan*i*. Deum nemo vidit vñquam, Filius, qui est in finu Patris, ipse enarravit nobis.

2. Fine. Finis philosophiae aut est cognitio liberalis, aut est actio laude digna. Quemadmodum enim duplicita sunt principia, speculabilia & practica: ita duo sunt fines vniuersae philosophiae: discimus doctrinam de motibus syderum propter speculationes, Ethicam propter actiones. Nam vt inquit Aristoteles: virtutis laus non consistit in cognitione sed actione. Euangelij autem finis est neque sola cognitio, neque sola actio, sed consolatio viuificans cor in terroribus mortis, & accendens initia latitiae victoris peccati & mortis, vt latro in cruce talem audit consolationem: Hodie mecum eris in paradyso. Medium autem commune est quodam modo in philosophia & Euangelio, videlicet doctrina. In medio igitur aliquo modo congruunt. Sed hoc non intelligatur vniuersaliter dñe, sed de modo rei.

Sunt autem adminicula letctionis cognitio linguarum Ebraicarum & Græcarum, Grammatica & Dialectica, notitia historiarum Ecclesiæ & Ethnicarum, aspectio locorum terræ sanctæ, doctrina physica de plantis, de animalibus, de opificio corporis humani, de potestis animarum, epitome philosophia moralis.

Meditatio enim est assidua & diligens lectio Prophetarum, Apostolorum & Euangelistarum, & collatio vtriusque Testamenti veteris & noui. Vt enim vetus Testamentum est fons noui, ita nouum est lux veteris, id est, Christus & Apostoli in nouo Testamento omnes suas cōciones hauriunt ex Mose & reliquorum Prophetarum monumentis. Ideo Christus inquit Iohan*s*. Scrutamini Scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me: Et post resurrectionem in colloquio cum duobus discipulis etiatis in Emaus, deducit Ecclesiam ad Moysi, Davidis, & reliquorum Prophetarum scripta. Et Petrus Act. 10. in domo Cornelij: Huic (Christo) omnes Prophetæ testimonium dant. Et idem Petrus. 2. Petri. 1. Habemus firmum

Optima ratio discendi Theologiam consistit in tribus iuxta Lutherum, in meditatione, preicatione & tentatione. Epiphanius eandem sententiam his verbis recitat contra Apostolicos: Scriptura diuinitus tradita indiget duabus rebus, speculacione & sensu. Idem Lutherus & Epiphanius dicunt, sed dissimili forma verborum vtuntur.

mum Propheticum sermonem, cui benefacitis attentes. Paulus verò vbique citat & illustrat Moysen, psalmos, & in primis Esaiam. In Euangeliō & epistolis Apostolorum nihil dicit Christus ad Apostolos, nihil de Christo Apostoli, sine Prophetarum testimoniis. Contrà verò nemo potest utiliter versari in lectione veteris Testamenti, nisi ad eam accedat instructus cognitione earum rerum, quæ explicantur à Christo & Apostolis. Ita tradunt mutuas operas Prophetæ & Apostoli, ut quondam in arca foederis duo Cherubim iungentes alas, & sese mutuò aspicientes. Non potest autem felicissima Scriptura, quam mediocri gustu cognitionis linguarum percepto. Nam vetus Testamentum est scriptum Hebraice, nouum Græce. Ex quo intelligitur fasciolas Christi, quibus inuolutus est, esse linguam Hebraicam & Græcam. Sed quid sentiendum est de versionibus? Respondeo. Duplex est nauigatio, prima & secunda. Si non prima aliqui conceditur, sit contentus secunda, Id est, Si non potes ipse cognoscere fontes, acquiesce in riuulis. Sed verissimum est:

Dulcissimus ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Sæpe in uno vocabulo plus est ponderis & momenti, quam in longis Commentariis.

Iam quod ad artes attinet: omnino Grammatica & Dialectica opus est Theologo. Nam tria sunt officia boni interpretis. 1. vt sit bonus Grammaticus. 2. vt sit bonus Dialecticus. 3. vt sit testis veræ sententiae. Grammatica enarrat vocabula & phrases. Dialectica ostendit ordinem in concionibus Propheticis & Apostolicis.

Quam necessaria sit notitia historiarum, declarabo uno exemplo. Non potest unum caput Danielis enarrari sine cognitione historiarum. Quid enim in 2. & 7. capite de quatuor Monarchiis? quid in octauo de Dario ultimo, & Alexandro Magno? quid in undecimo & duodecimo de bellis, quæ gesserunt reges Syriaci & Aegyptij dicet interpres sine lectione Herodoti, Xenophontis, Thucydidis, Polybij?

Chorographicæ descriptiones terræ sanctæ prosunt ad Moysen intelligendum. Nam Moses duxit populum per desertum à rubro mari usque ad montem Sinai, postea cum populo vagatus est 40. annos in deserto, tandem per Iordanem venit Iosua in terram sanctam. De his rebus parum intelligitur sine inspectione tabularum Geographicarum.

Phylica opus est propter plantarum & animalium historias, vt

Christus Matth. 13. vtitur parabola de margarita, seu vnione. De illa nihil concinnè dici poterit, nisi nota sit descriptio, quæ apud Theophrastum extat. Ethicæ disputationes multum lucis afferunt explicatiōni Decalogi, & epistolis Paulinis, in quibus crebræ sunt conciones de virtutibus.

Secunda admonitio. Psalmi Dauidis non tantum assidue legantur, & in memoria theſauro reponantur, sed etiam in quotidiana inuocatione & gratiarū actione recitentur. Nam ardens & attenta precatio magis conductit ad augēdam spiritualem sapientiam, quam multorum dierum lectio.

bulatorum solatia. Nam effectus psalmorum sunt, ut describuntur in Canticō:

In labore requies
In æstu temperies
In fletu solatium.

Hos Duces Mosen & Dauiden sequitur Esaias, qui splendidissimè concionatur de persona & beneficiis Messiae, de paſiōne & resurrectione, de vniuerſali vocatione gentium. Illi igitur ſciant ſe profeffiſe in Theologia, quibus valde placet Moses, Dauid, Esaias, Iohannes Apoſtolus, & Paulus.

Tertia admonitio. Ne autem lectio ſit puerilis, prudenter discernantur Lex & Euangelium, & singulae partes concionum Propheticarum & Apoſtolicarum ad hæc duo genera dextre accommodentur. Teneat etiam ſtudioſus ſummam doctrinæ Christianæ traditam in Catechesi, aut in aliis methodicis scriptis, & cogitet in lectione, ad quos articulos testimonia vel exempla referenda ſint.

Quarta admonitio. Postquam mens ex fontibus Israel hauiſit necessariam doctrinam de omnibus articulis fidei, & ſalutares cōſolationes, adiungat lectioni & doctrinæ exercitia poenitentiæ, fidei, inuocationis & tolerantia in ærumnis, in quibus vera lux sapien-

In nouo Testamento Euangeliū Iohannis & epiftola Pauli ad Romanos excellunt. Nam hæc duoscripta verè ſunt claves, quibus aperiuntur fores Scripturæ Propheticæ. In veteri Testamento excellunt quinque libri Moyſi, qui ſunt fôtes totius ſacræ Scripturæ. Deinde psalterium, quia psalmi ſunt parua quædam Biblia, & ut veteres dixerunt, tri-

sapientia spiritualis magis magisque acceditur. Quia regnum Dei non consistit in sermone, sed in virtute, hoc est, in verotimore Dei, vera fiducia, in uocatione, spe, gratiarum actione, laetitia in Deo, ardentis studio ve-
ræ obedientia, siue res sint secundæ siue aduersæ. Hæc & similia complexus est Paulus vocabulo virtutis, simul discernens à piis hypocritas, qui sunt arguti ci-
ues sine virtute tanquam præ-
ficiæ.

funere, quæ terendo oculos extorquet falsas lachrymas. Apud Ter-
ullianum comparantur tales hypocritæ statuis Mercurialibus, que
monstrant aliis viam, sed ipsæ non ambulant. Sic multi multa scri-
bunt a docent, sed nihil eorum faciunt.

Suprà etiam recitaui insigne dictum Epiphanij contra Apo-
stolicos, quod regulam cõtinet
gubernatricem totius studii
Theologici.

Diuinus sermo non indiget allegorica interpretatione, sed in
propria sententia intelligatur. Indiget autem speculatione & sen-
su, vt materiæ discernantur & rectè accipientur. Quid au-
tem sit speculatio & sensus, admonitiones quas posui,
satis declarant. Hactenus prolegomena re-
citata sunt. Nunc Deo iuuante
ad doctrinam de Deo
accedemus.



Cicero i. officiorum: Virtutis laus non in cognitione, sed in a-
ctione consistit. Aristot. i. Ethic.
cap. 7. inquit: Quædam principia
vt speculabilia declarantur per inductionem, vt totū est maius
sua parte. Sed principia practica
declarantur affuefactione. Non
intelligitur doctrina de tempe-
rantia, nisi te affuefeceris ad exer-
citia temperantiae. At principia
Theologica non aliter intelligū-
tur nisi affuefactione.

Præfica est muliercula condu-
cta mercede ad lamentandum in
Apostolici fuerunt similes En-
cratitis, abstinuerunt à certis ci-
bis. &c.

LOCVS DE DEO.



V I V S Locidecem capit a sunt. Caput primum est fundamen tum totius Theologiæ, videlicet patefactio diuinæ. Nam primum principium est: Ita de Deo loquendum & sentiendum, & sic Deus inuocandus & coles endus est, sicut se in certo verbo & non fallentibus testi moniis patefecit inde usque ab initio post conditum genus huma num & Ecclesiam. Patefactio igitur est basis, qua nititur totum ædificium doctrinæ Christianæ.

Secundum caput est de duplice inuocatione, vera & falsa. Non enim traditur hæc doctrina propter otias speculationes, sed propter exercitia pietatis.

III. Definitio Dei. In hoc capite collatio fit mancæ & mutilæ definitionis Platonicae & illius, quæ in Ecclesia visitata est.

III I. Exponit proprietates & virtutes Dei, ut sunt sapientia, iustitia, bonitas, &c.

V. Continet testimonia de unitate essentiæ diuinæ.

V I. Exponit duas regulas Augustini de operibus Dei internis & externis.

V II. Monstrat explicationem vocabulorum essentiæ & personæ, εντασθεντος στοιχεως.

V III. Recitat testimonia veteris Testamenti de articulo Trinitatis.

I X. Discernit tres personas Diuinitatis, & recitat duo discrimina, alterum arcanum à proprietatibus interioribus Dei sumptum, alterum à beneficiis erga Ecclesiam.

X. Complectitur discriminem inter nasci & procedere, seu inter generationem Filij & processionem Spiritus sancti.

C A P V T

C A P V T P R I M V M.

De patefactione Dei.

PATEFACTIO diuina est actio Dei externa, quæ Deus immensa bonitate & misericordia, ex illa sua arcana sede & luce ignota omnibus creaturis prodiens, allocutus est homines familiariter, & sua voce tradidit legem & promissionem de Mediatore, & addidit testimonia non fallentia sua doctrinæ, resuscitationem mortuorum & alia, ut testaretur, se cura salutis nostræ affici, & communicaret nobis suam sapientiam & bonitatem, & tra deret Ecclesiæ certam normam iudicij, cultuum & morum.

discrimen inter actiones Dei internas & externas: internæ fiunt in ipsa essentia Dei extra creaturem, sine principio & fine, & sine ullâ temporis circumscriptione, ut quod Pater gignit Filium, Filius gignitur, Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. Externæ actiones Dei sunt, quibus Deus se patefecit generi humano & Ecclesiæ, primum per creationem cœli, terræ, angelorum, hominū &c. Deinde per sustentationem & conseruationem, denique per alias actiones, quarum longa est enumeratio.

Clausula, prodiēs ex arcana sua luce, sumpta est ex Paulo qui eodem modo loquitur. Timoth. 6. Beatus & solus potens, rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem & lucem inhabitat inaccessibilem. Ceteræ particulæ definitionis paulo post explicabuntur in commemoratione causarum.

Etsi autem profani homines non cogitant, quanta res sit, quod Deus clara voce & illustribus testimoniosis suam essentiam & voluntatem inde usque

Definitio patefactionis est causalis. Nam recitat causas efficientem impulsuam & finales, quæ sunt præcipuae in cuiuslibet rei explicatione. Definitionis genus est actio Dei. Huic generi additur differentia, Externa, ut mostret

Tria ostendunt magnitudinem & dignitatem huius beneficij, videlicet patefactionis diuinæ.
1. Discrimen inter naturales notitias de Deo & de Lege Dei, &

ab initio Ecclesiaz patefecit: tamen pij amplitudinem huius beneficij vtcunque æstimare possunt ex collatione naturalium notitiarum, & huius ad mirandæ lucis: ex historia primorum parentum: & ex furoribus aliarum sectarum , quæ sunt ignaræ patefactionis diuinæ.

oculorum assuescunt animi , vt neque admirentur , neque requirant rationes earum rerum, quas semper vident , perinde quasi nouitas nos magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. 3. Turpitudo furorum Diabolicorum , qui in aliis impiis sectis dominantur, vt apud Turcos, Iudeos & Papistas pertinaces.

Indicit Deus menti humanæ aliquam lucem , quæ est agnitus Dei & Legis, & notitia de obediëtia Deo debita , & deiudicio Dei. Impresit etiam singulis naturæ partibus vestigia suæ sapientiæ, potentiæ & bonitatis, quorum consideratione naturalis notitia de Deo, quæ nunc est obscurior , excitatur, vt Rom. 1. Paulus inquit: Inuisibilia Dei, vide licet æterna ipsius potentia & diuinitas in opificio mundi , & in ordine operum conspicuntur.

Stiæ certè aspicientes cælum non possunt colligere esse Deum.

Etin Actis cap. 17. dicitur: a deo prope adesse Deum, penè vt manibus correctari possit. Sed hæc scintilla. quæ partim est lumen simplex, vt in scholis loquimur, partim ratiocinatio

inter hanc admirandam lucem, ad quam vocati sumus ex tenebris. Petri 2.

2. Historia primorum parentum post lapsum , cum adhuc nondum esset promulgata promissio. Nobis illa sunt vilia, quia quotidiana, sicut Augustinus recte dicit: Miracula assiduitate vescunt, quasi dicat: Assiduitate quotidiana & consuetudine o-

Hoc dictum Pauli intelligentium est, non tantum de ratione quærente vestigia in creaturis, sed etiam de lumine simplici. Sicut nos non numeraremus, nisi naturaliter sciremus, quid esset unum, quid multa: Ita non deprehendereimus vestigia Dei in creaturis, si non esset aliqua scintilla monstrans & regens viam in illa consideratione. Be-

Hanc sententiam expressit Stigelius: Cuius vestigia monstrat Autoris natura memor, qui solus & unus Omnia perpetua Dominus ratione gubernat.

quærens

quærens vestigia Dei in natura, non aliter concutitur dubitationum fluctibus & procellis, quam vnda & arenæ contrariis ventis in Syrtibus agitantur.

Magnæ enim & tristes dubitationes languefaciunt assensionem de Deo, de prouidentia, de iudicio Dei, de minis & promissionibus diuinis, de præsentia Dei in æruminis, vt ostendunt prodigiæ disputationes philosophorum, & querelæ in tragediis.

sunt conciones legales de pœnis atrocium scelerum, & summa omnium tragœdiarum hæc est: Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos. Hæ verò conciones legales ita ornantur & illustrantur thesibus ǣḡstis, & illo affectuum genere, quod dicitur ǣst̄o, vt nihil possit ad summam eloquentiam addi. Post Catechesin & Biblia proponendæ sunt tragœdiæ principibus, propter exempla pœnarum immodestiarum & tyrannidis.

Qualis extat in Hippolyto Senecæ:

Res humanas ordine nullo Fortuna regit, spargitq; manu Munera cæca, peiora fouens. tiones aduersus ipsum dixit, quarum executor fuit Neptunus.

Et Telamon pater Aiakis verso versu locum totum conficit, cur Dij homines negligent. Nā si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abeft.

Sed videmus in hac vitæ confusione contrarium fieri. Boni enim à malis opprimuntur.

Ergo nulla est prouidentia & iustitia.

D. Philippus dicere solebat: Post lectionem Bibliorum nulla lectio utilior est, quam Tragediarum AEschyli, Euripidis, Sophoclis & Senecæ: In tragœdiis

Hippolytus filius Thesei, accusatus fuit à nouerca Phœdra apud patrem, quasi tentasset pudicitiam nouerca. Pater cæca suspicione & falsis querelis coniugis adductus, diras & impreca-

Præcipuum argumentum Epicuri contra prouidentiam est: Iustitia & prouidentia Dei congruit benefacere bonis, & punire improbos.

RESPONDEO.

Duplex est solutio, vna legalis, altera Euangelica. Legaliter respondeo primū ad maiorem. Maior loquitur de iis quæ plerunque fiunt, non de raris exemplis, quæ videntur à regula dissentire. Est autem hoc regulare, ut atrocia delicta puniantur atrocibus pœnis etiam in hac vita, ac de Tyrannis adeo vera est hæc regula, ut iuuensis dicat:

Ad generum Cereris, sine cæde & sanguine pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Deinde & hoc ex lege responderi potest: Peccata atrocia puniuntur aut in proprio corpore, seu in ipsis personis delinquentibus, aut in semine & posteritate.

Ex Tyrannis tres possunt nominari, quorum mors fuit placida.

1. **Dionysius Maior**, sed postea filius **Dionysius minor** debita à Patre cōtracta persoluit. Is enim à Dione Principe Syracusano pulsus fuit in exilium, & ad tantam inopiam redactus, vt in vrbe Corintho lumen literarum aperuerit.
2. **Sylla**, qui cùm crudelissimè gubernasset, placidè fuit mortuus.
3. **Tyberius**, sub quo Christus passus est. Hic etiam placidè expirauit. Dignum est autem memoria dictū **Iſocratis**, qui in oratione *regi eplūns* inquit: Tutius est sequi regulam, quā sperare impunitatem propter pauca exempla, quæ sunt contraria. Non enim exemplis, sed legibus iudicandum est. In Euangelica solutione respondeo ad minorem: Ecclesia est iusta. Ergo illi debet bene esse. Ecclesia est iusta in hac vita primū imputatione propter Mediatorē, sicut psal. 2. dicitur: Beati omnes, qui confidunt in eo. Deinde est iusta incoatione, sed quia reliquum est peccatum in hac massa, necesse est corpus mortificari propter peccatum, spiritu viuente propter iustitiam. Deinde & hoc ex Euangelio addendum est: Præcipua pœna & præcipua præmia differuntur usque ad universale iudicium, in quo discernetur Ecclesia ab impiis. Piis dabit Christus æterna præmia propter promissionem, impiis æternas pœnas. Non enim vult Deus ornare Ecclesiam præmiis fugacibus & evanescentibus, sed durantibus & sempiternis.

Quare cum tanta mole dubitationum scintilla, de qua dixi, oppressa & penè extincta sit, perspicuum debet esse, quantum beneficium sit, quod Deus non tantum sua voce legem & Euagelium promulgauit, tanquam lucernam lucentem in loco caliginoso, sed

sed etiam per Prophetas & Apostolos literis mandauit testimonia de sua essentia & voluntate.

De hoc beneficio præclarè Tertullianus in Apologetico. Sed quò plenius & impressius tam ipsum, quàm dispositiones eius & voluntatem adiremus, instrumentum adiecit literaturæ. Si quis velit de Deo inquirere, & inquisitum inuenire, & inuento credere, & credito deferuire.

Deinde consideremus historiam primorum parentum, quæ e-
tudentissimè ostendit huius bo-
ni dignitatem atque amplitu-
dinem. Cùm enim lapsi essent,
nihil aliud cogitare poterant,
quàm se in æternum perituros
esse. Ita enim ex Lege ratiocina-
bantur:

Iustitia Dei immutabilis est,
vt inobedientes pereant.

Ergo immutabile est decre-
tum de nostro exitio.

D.Bernhartus in sermonibus
de festo annunciationis Mariæ,
vt nominant, hac illustri pictura
& prosopopœia historiam lapsus
& receptionis primorum paren-
tum describit.

Cùm primi parentes lapsi es-
sent, nec possent eripi ex morte
vlliis creaturæ confilio & auxi-
lio, duæ virtutes Dei, videlicet iu-
stitia & veritas, accusarunt pri-
mos parentes in hanc sententiā:

Omnis Lex obligat vel ad obedientiam integrum fine peccato,
vel ad æternam damnationem.

Primi parentes non præstiterunt obedientiam quam Deus po-
stulat.

Ergo congruit iustitiæ & veritati Dei, vt homo morte moriatur,
& perpetuò abiiciatur inter Diabulos.

Hæc fuit tristis accusatio primorum parentum, quam confirma-
uit testimonium propriæ conscientiæ ipsorum. Ex altera parte pa-
tronicata sunt duæ virtutes primis parentibus: misericordia & pax
seu placabilitas. Summa autem responsionis & apologiae hæc fuit: Fa-
temur veram esse orationem iustitiæ & veritatis, sed cùm Deus etiā
sit misericors & placabilis, congruit misericordiæ Dei, ne frustra aut
tantum ad æternas miserias sit homo conditus. Quare te Fili Dei
suplices oramus vt opem & salutem feras miseriis hominibus accu-
satis à iustitia & veritate, & lapsis ac impulsis à Diabolo. Filius Dei ad
apologiam respondit: Moriatur iustus pro peccatore, atque ita satis-
fiet ytrique virtuti in Deo, iustitiæ scilicet & misericordiæ. Audita

hac respōsione aliquam habebant spem melioris status, & discurrebant per cælum & terram ad omnes creaturas, misericordia & pax, sed nec inter Angelos potuerunt reperire talem iustum, qui posset redimere genus humanum. Redeunt igitur supplices ad Christum, & implorant rursus eius opem, & addunt in fine hanc conclusionē: Qui dedit consilium, ferat auxilium. Ibi Filius Dei obtulit se æternō Patri ad poenam, & promisit se soluturum esse λύτρα, assumpta carne nostra. Hæc est causa, inquit Bernhartus, cur Filius Dei missus sit ad Ecccliam.

Sed quorsum hæc? Ut ostendatur differentia Legis & Euangelij, Ita differunt Lex & Euangelium, sicut in iure sumnum ius, & æquitas seu δικαιεία. Lex est sumnum ius, & hæc non admittit dispensationem sine probabili ratione, sicut Iurisperiti dicunt: Dispensatio non fit dissipatio. Hæc dispensatio Legis est vox Euangelij. Probabilis ratio est obedientia Filij Dei, propter quam Deus dispensat de sua Lege.

Huic argumento cùm nulla creatura respondere posset, Filius Dei solutionem monstrauit, qui ideo λόγος dicitur, quia ex sinu æterni Patris hoc arcanum decretum protulit. Sic igitur minorem explicauit. Iustitia Dei est, ut inobedientes pereant, nisi satisfiat iustitia Dei, pœna deprecantis Filij pro genere humano, & in se se irā inenarrabili misericordia deriuantis.

In hac historia clarissime conspicitur, quantum bonum sit promulgatio promissionis de Mediatore ignotæ omnibus creaturis sine singulare reuelatione.

Sed quoniam homines carendo intelligunt quām cara sint bona, videamus quanti furores in genere humano graſſentur, extincta luce doctrinæ diuinitus traditæ. Narrat Herodotus lib. 7^a Athenienses, cùm Xerxes bellum

Græciæ intulisset, instituisse sacrificia Boreæ, quid esset ipsiſis amicus, quia olim ex Orithya genuiſſet filios.

Boreas ventus septentrionalis, dictus à ēis particula αὔξηπον valde, & p̄t̄r̄ fluere. vt in βελιμia, etiam ēs auget. Significat enim famem infatiabilem, seu caninam appetentiam. Cūm mortuos suos inuocant Papistæ, etiam sacrificiant ventis, sicut Athenienses Boreæ. Omnis idolatria est sacrificium Boreæ. Eſi enim ſep̄ fit, vt contingant eiusmodi euentus, quales

quales petuntur à creaturis: tamen hoc non sit, aut voluntate aut omnipotentia istarum rerum, quæ inuocantur, vt Atheniensibus respondit euentus. Nam Xerxes in fugam coniectus est: ita captiuū inuocantes sanctos in Papatu, sæpe fuerūt liberati permissione Dei, qui fuit passus, vt sic illuderet Diabolus hominibus.

Scribit Tertullianus in apologetico. In Aphrica vistatas fuisse mactationes infantium in sacrificiis Saturni usque ad Tyberium eius prouinciæ proconsulem, qui principes talis impietatis, crucibus quasi ex voto affixit in ipsis luci arboribus, quæ tantum scelus suis ramis contexerant.

Differunt proconsules, praetores & praefides. Quædam enim prouinciæ erant Senatoriæ, quædam populares, quædam imperatoriæ: Gubernatores prouinciarum missi à Senatu dicebantur proconsules: missi à populo, praetores: missi ab imperatoribus Romanis dicebantur praefides.

Verba Tertulliani adscribam, ne quis hæc fingi suspicetur. Infantes penes Aphricam Saturno immolabantur palam usque ad proconsulatum Tyberij, qui eosdem Sacerdotes in iisdem arboribus templi sui obumbratibus scelera votiuis crucibus exposuit, teste militia patriæ nostræ, quæ id ipsum munus illi procofili functa est. Et Eusebius lib. 5. præparationis Euangelicæ nominatim recenset gentes, apud quas nullus fuit finis talium furorum.

Hanc horrendam cæxitatem hominum, qui non reguntur vobis Euangelij, deploremus, & Deo gratias agamus, quod Ecclesiæ à talibus furoribus reuocauit ad veram agnitionem & inuocationem Filij Mediatoris, qui cum Patre & Spiritu sancto est Deus benedictus in secula.

Vt autem medici causa morbi inuenta curationem esse inuentam putant, ita hoc loco consideratis causis & circumstantiis patefactionis res tota fit illustrior.

Si quis igitur querat quæ causa Deum impulerit, vt se Ecclesiæ patefaceret, autore vtar Nazianzeno, qui in concione de nativitate Filij Dei ex virgine, sic inquit: Cum bonitati non suffi-

In primo capite de patefactione 4. partes sunt obseruandæ. 1. Ipsa definitio patefactionis di-

ciat se ipsam considerare, sed boni natura sit se se diffundere, & aliis communicare, quæ in ipso sunt optima: Deus, in quo est summa bonitas, condidit angelos & homines, & in hos, radios suæ sapientiæ, bonitatis & libertatis transfudit. Hæc ille.

Causæ vero, quæ finales appellantur, in definitione recitatae sunt. Non frustra toties tam illustrib. testimoniis Deus se patefecit. Ostendere voluit, se vere affici cura nostræ salutis. Voluit & suæ vocis ac doctrinæ testimonia nobis tradere, in qua cælestia munera & societatem suæ beatitudinis nobis impertit, nec magis Patres, Prophetas & Apostolos in illis ipsis familiaribus congressibus acquiescere voluit, quam in ipsa doctrina vult omnes omnium æstatum homines acquiescere,

municatione suæ bonitatis: econtra omne malum est dissipatiuum & destruciuum sui & aliorum. De his axiomatis sèpe dicitur in Dialecticis, ybi quidem recitantur tres proprietates boni, quarum maximè illustre exemplum est in Deo. Primum Deus cum sit optimus & fons omnis boni in tota rerum natura, libenter sua bona, quæ sunt in ipso optima, creature rationali communicat. Est ergo bonum communicatiuum: deinde non tantum condidit creature, sed conservat etiam & sustentat eas, ideo est bonum conservatiuum. Tertiù condidit genus humanum ad congregationem, quam conservat in scholis & in templis mira ratione. Est ergo bonum cōgregatiuum. Malum vero non est communicatiuum sui, nisi quatenus vult nocere, deinde est dissipatiuum, distrahit voluntates hominum & omnes honestos

uinæ. 2. Quantum sit bonum, quod Deus se patefecit non tantum in creatione mundi, angelorum & hominum, sed etiam promulgata Lege, & edita promissione de Mediatore. 3. Quæ sint causæ impulsuæ & finales, propter quas Deus se patefecerit. 4. Cōsideratio circūstantiarum, loci, temporis & modi, quæ valde illustrant doctrinam de patefactione.

De prima & secunda parte hanc tenus dictum est. Sequitur pars tertia, ex qua tria sunt discenda. 1. Quæ sint causæ impulsuæ patefactionis. 2. Quæ sint causæ finales. 3. Ad quem usum haec doctrina fit transferenda seu de applicatione.

De causis impulsuis.

Vt intelligatur quid impulsebit Deum ad se patefaciendum, cōsideretur natura boni. Omne bonum est κοινωνία, gaudet cō-

honestos cœtus: Tertiò est destructiuum, sicut Diabolus lætatur destructione humani generis, cùm ipse sit pessimus. Transferamus nunchas boni proprietates ad creaturam. Sol est optima creatura inter eas, quæ sunt irrationales. Non igitur tantum luce sua mundū illustrat, sed etiam hac suæ lucis communicatione gaudet, quemadmodum psalmi. 19. dicitur: Soli posuit tabernaculum in cælis eius. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut Gygas ad currēdam viam. Quid est in terra optimū? Fons. Nam fontis natura est se sc̄ diffundere, & quanquam s̄pē obstruitur inecto cœno aut lapidum mole, tamen luctatur contra oppositas moles, & si non potest recto cursu fluere in prata, tamen vbi cunque rimula datur, erumpit.

De causis finalibus.

1. Deus voluit testari ipso factō se affici cura nostræ salutis. Nisi enim nos paterno amore complecteretur, non tantum laborem nostrī causā suscepisset in creatione, in missione Filij, in donatione Spiritus sancti. Apud Clementem Alexandrinum hæc extat sententia: Diligitur homo à Deo? Quomodo non diligatur, propter quem Filius unigenitus & carissimus ex sinu æterni Patris ad nos demittitur. 2. Quia Deus suam voluit doctrinam obsignare certis testimoniis, resuscitatione mortuorum, & sui Filij, glorioso triumpho Christi in ascensione, manifesta effusione Spiritus sancti in Apostolos, vult nos acquiescere in hoc ipso genere doctrinæ, in inuocatione & omni cultu Dei. Hinc igitur sequitur usus & applicatio. Sicut infans sedet in materna alio, & nutritur non per os, sed alitur per vmbilicū, qui attrahit nutrimentum ex cotyledonibus seu acetalbulis, quæ sunt in vtero matris, ita Ecclesia est inclusa verbo Dei, & gestatur in alio Dei, donec edatur in lucem vitæ æternæ. Hæc similitudo sumpta est ex Esaia 46. Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à me in vtero, qui gestamini à me usque ad senectam, ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram, ego portabo & saluabo.

Quæ cùm ita sint, meminerimus Ecclesiam non aliter ad verbum alligatam esse, quām foetus in alio materna secundinæ, quæ Græcis χειρίς dicitur, alligatus est, & agnoscendum esse Deum, sicut se patefecit, & in omni cogitatione & inuocatione hunc Deū

intuendum esse, qui se patefecit, dato Euangelio, & misso Filio sicut Filius ipse dicit: Qui videt me, videt & Parrem.

Quod autem ad circumstantias tanti operis & muneris attinet, præclarè epistola ad Hebræos inquit: Multifariam multisque modis olim Deus locutus patribus per Prophetas, in nouissimis diebus hisce locutus est nobis per Filium, quem constituit hæredem omnium, per quæ etiam secula condidit. Non enim vno loco aut tempore aut modo se Deus patefecit, sed variis ac diuersis locis, reperibus & modis Deus de se & de sua doctrina testimonia edidit. dorum. Post hæc aduerbia sequitur collatio splendida, quæ in sequentibus capitibus 2. & 3. magis illustratur. Magnum omnino beneficium est, quod Deus misit Prophetas, per quos tradidit Legem & Euangelium. Sed quid fuerunt Prophetæ? Sancti homines agitati à Spiritu sancto, sed homines tantum & servi in domo Dei fideles. Filius autem in nouissimis diebus nos allocutus est, per quem condidit Deus secula, id est, omnes creaturas visibiles & inuisibiles, immo qui est fulgor lucis paternæ, & expressa ac solida imago substantiæ Patris. Ego haud scio, an post epistolas Pauli ad Romanos & Galatas extet alia eruditior & dignior lectione. Sed si quis querat, quæ sit summa illius? Respondeo. Statum huius epistolæ esse psalmum 110. cuius est enarratio hæc epistola: Dixit Dominus Domino meo. Nam in 1. 2. & 3. capite differit de persona Christi, quam discernit ab Angelis & Prophetis, & collocat eum ad dexteram Dei. In reliquis capitibus docet de sacerdotio Christi, & discernit hunc Sacerdotem & eius doctrinam, precationem & sacrificium à doctrina, precatione & sacrificio summi Pontificis Leuitici. Hæc tractat usque ad caput 11. in quo extat tractatio de fide, deinde in ceteris capitibus conciohatur de bonis operibus. Hæc omnia dicuntur splendidè & copiosè. Itaque vel propter exemplum eloquentiæ sçpe hæc epistola legenda est.

Valde illustria & significantia sunt verba, quibus vtitur epistola ad Hebr. πολυμερῶς inquit, significans hac voce duas circumstantias, primam loci, alteram temporis, quasi dicat, non semel atque iterum, sed multoties, nec vno in loco, sed in variis ac diuersis locis Deus sese Ecclesiam reuelavit. Deinde addit: πολυτρόπως. Quæ vox testatur, autorem illius epistolæ loqui non de vno modo, sed de magna varietate mo-

Prima & antiquissima, vt ita dicam, officina patefactionis diuinæ fuit regio vicina Damasco, in qua primos parentes esse cōditos non dubium est. Hanc sedem tenuerunt Patres vsque ad diluuium. Post diluuium Sem filius Noah, cuius & alterum nomen est Melchisedech, habitauit in Salem, quæ postea Ierosolyma appellata est. Abrahæ vero domiciliū fuit in Hebron, quæ distabat à Salē quinque miliaribus Germanicis. citur à societate, sicut Smalcaldia non est vnius Domini, sed partem tenet Landgrauius Hassiæ, partem Comites Hennebergenses.

Cum autem Ecclesia semper in mundo exulet, non tantum in Iudea Deus innescere voluit, sed etiam in aliis regnis, in quibus Ecclesia vagata est.

Fuerunt igitur propter migrationes Ecclesiarum officinarum patefactionis diuinæ tria florentissima regna, Aegyptium, Chaldaicū & Perisicum. Ut enim Ioseph in Aegypto propagauit veram doctrinam de Deo: sic Daniel quatuor reges ad agnitionem veri Dei vocauit, Nabogdonosor Chaldaeum, & filium eius Euilmerodach, Darium Medium & Cyrum Persam.

Post exhibitum vero Messiam, Euangelium per Apostolos & eorum discipulos propagatum est in toto genere humano, & Ecclesia collecta non tantum ex semine Abrahæ, sed etiam ex aliis gentibus. Hæc breuis commemoratio declarat, quibus temporibus & quibus in locis se Deus inde usque ab initio patefecerit.

Restat igitur, vt modos diuinæ patefactionis consideremus. Ac primus quidem modus est clarum & expressum verbum sine inuolucris propositum, vt cōcionis Esaiae de passione & resurrectione Domini nostri Iesu Christi tanta perspicuitas est, vt non

Damascus celebris est in Syria ciuitas ad hunc usque diem, & significat saccum sanguinis. Quia Cain, hypocrita crudelis, in agro Damasceno interfecit fratrem Abelum. Sack Græcum est, Latinum, Hebraicū & Germanicū.

Salem fuit domicilium Sem filij Nohæ, qui nominatur Melchisedech, id est, rex pacis & iustitiae, quia fuit imago & typus Christi, ut ad Hebr. 7. explicatur. Hebron domicilium Abrahæ di-

citur à societate, sicut Smalcaldia non est vnius Domini, sed partem tenet Landgrauius Hassiæ, partem Comites Hennebergenses.

Caput Esaiae 53. ad verbum eius descendum est, quia non tam est prophetia de futuris, quam hi-

storia de rebus præteritis. Pri-

tam futuros rerum euentus pre dicere, quām res gestas expone re videatur.

mūm enim in hoc capite extat, historia congruens cum narratiōne quatuor Euangelistarum, quōd scilicet Christus admirabilis & pene incredibili patientia sustinuerit in corpore & in anima dolores inenarrabiles, neque tamen manserit in morte, sed tertio die gloriōsē reuixerit, agens triumphum de hostibus, & colligens Ecclesiam ex Iudæis & gentibus. Deinde docet de causis passionis Domini. Non passus est, aut humano consilio Caiphæ & Iudæ, sed vt Petrus Act. 2. loquitur: ἀπογνώσει καὶ λύτρῳ. De hoc Dei consilio inquit Esaias: Et Dominus voluit eum conterere in infirmitate. Tertiō docet de causis finalibus. Non passus est vt fur & latro, sed vt innocens & immaculatus agnus. Nec passus est vt martyr sanctus propter doctrinam, sed vt poneret animam suam pro peccato. Nam passio Christi non est πυρπλα, nec μαρτυριον, nec δοκιμασια, sed λιτρον. Quartō docet de applicatione & vsu passionis. Sic enim inquit: In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos. Quinto proponit concionem vniuersalem poenitentiae & promissionis gratiæ. Omnes nos quasi oves errauimus, vnuquisq; in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniuriam omnium nostrum. Sexto de sacerdotio & regno Christi docet. Obtulit non sanguinem taurorum, sed suam vitam & sanguinem. Item: De angustia & iudicio sublatuſ est, generationem eius quis enarrabit?

- II Secundus modus complectitur miracula, quæ sunt testimonia de Deo, de Christo & de doctrina.
- III Tertius modus continet Sacraenta, quæ sunt signa gratiæ, seu verba visibilia, quibus nostra tanquam sigillis confirmatur. Rom. 4.
- IV Quartus est visio Prophetica, hoc est, imago, quæ vigilanti Prophetæ ostenditur. Tales visiones habuit Daniel de bellis Syriacis & AEgyptiis, quibus Ecclesia Dei duriter quaſſata est, ut dicitur: aliquid mali propter vicinum malum.
- V Quintus modus est somnium Propheticum seu imago, quæ dormienti diuinitus offertur. Sic Daniel cap. 7. vidi in imagine somni 4. Monarchias, & initia regni Mahometici.
- VI Sextus modus est typus significans aliquid de regno Christi, vt agnus mactatus in paſchate, significabat agnum Dei tollentem pec-

cata mundi: Serpens æneus in deserto erat pictura Christi pendētis in cruce.

Sic arca fœderis erat typus Ecclœsiæ, quæ est custos Decalogi, manna & virgæ Aaronis. Et si enim ministerium, cuius imago est virga Aaronis, à maxima parte hominum negligitur, aut contemnitur, tamē floret & gignit amygdalas, id est, fructus Ecclesiæ salutares. Sunt autem duæ partes huius ministerij, Lex & Manna, id est, Euangelium.

Agamus igitur gratias Deo, quantas angustia nostri pectoris concipere potest, quod non solus sua sapiëtia & virtute gaudet, sed immensa misericordia se patefecit, dedit Euangelium, instituit ministerium Euangelij: per quod est ita efficax, ut multos regeneret ad vitam æternam, in qua effundet in beatos suam mirandam lucem, sapientiam, iustitiam & lætitiam inenarrabilem.

In arca fœderis tria κειμένα erant deposita. 1. virga Aaronis, quæ cum fuisset arida, floruit & genuit amygdalas. 2. Duæ tabulae Decalogi, quæ erant scriptæ dicto Dei. 3. Mensura certa manna seu gomor, quæ facit quatuor sextarios *Ein halb Stübchen*, vel duos χοινικάς. Hæc fuisse in arca fœderis testatur epist. ad Heb. 9.

Est autem Arca fœderis image Ecclesiæ, quæ est populus Dei confœderatus, non solum edita Lege, sed etiam promulgata promissione gratiæ. Hæc arca tegitur propiciatorio, id est, à Mediatore, quemadmodum Paulus ad Roman. 3. explicat: Quem proposuit Deus ἵνα σήμερον διὰ τῆς πλευρᾶς. Virga Aaronis est pictura totius ministerij Euangelici. Sicut enim virga regimus greges ouium: ita gubernat Deus Ecclesiæ vocem ministerij. Christus de se ipso interpretatur Manna, Joh. 6. Ego sum panis vita, qui de cælo descendit.

Allegoria amygdalarum explicatur in quodam carmine Philippi 2.lib. Epigram. & in Declamat. tom. 4. de scala Iacob. Sunt enim partes amygdalæ tres. 1. Vna ambiens & circundans reliquas partes, quæ dicitur putamen tenera lanugine vestitum. 2. Secunda est ligneus calix. 3. Tertia est nucleus. Prima significat disciplinam paedagogicam, qua pueri assuefiunt ad precationes, ad catechesin, ad mores honestos. Ligneus calix est durior disciplina, qua castigantur vel à Deo vel à Magistratu contumaces & inobedientes. Nucleus est imago

Euangelij. Quām enim suavis sit, & quem vsum habeat in medicinis, omnes norunt.

De discrimine veræ & falsæ inuocationis.

C A P. II.

HO C aput monstrat vsum primi capitisi. Nam doctrina de patefactione transferenda est ad vsum, quoties de Deo cogitamus, aut eum inuocamus, aut ei gratias agimus. Et quia Deus vult discerni suam Ecclesiam ab aliis sectis, necesse est nos sejungere nostram inuocationem ab Ethnica, Turcica & Iudaica recenti, & omnium defendentium manifesta idola. De hoc discrimine concionatur Christus Iohan. 4. in colloquio mulieris Samaritanæ. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate.

Ingens discrimen est inter veram inuocationem Ecclesiæ & alias impias inuocations. Nam Ethnici, Mahometistæ, Iudæi pertinaces, & omnes idololatæ vagantur, ignorantes quid sit Deus, & quæ sit Dei voluntas, vt Hecuba apud Euripidem exclamat.

O Iuppiter quicquid es siue hoc cælum, siue mens in cælo, quanquam diu iam ignauos oportulatores inuoco. Aberrant igitur à vero Deo, cumque ignorant promissiones de Mediatore, manent in perpetua dubitatione, in qua clamores irriti dissipati in auras, & prorsus sunt,

Duo sunt magni errores in inuocatione Hecubæ apud Euripidem in Troadibus. Prior de essentia Dei, alter de voluntate Dei. De essentia inquit Hecuba: O Iuppiter, quicquid es, siue hoc cælū, siue mens cælo insidens. Affirmat igitur se dubitare, quid sit Deus, sitne hic mundus vel pars mundi, an alia verò natura distincta à creaturis. De voluntate

vt Seneca inquit, rumores vacui, verbaque inania & pars sollicito fabula somnio.

Dei inquit: Iam diu ignauos opitulatores inuoco, id est, Sentio meas preces non esse efficaces, & nullum eis euentum responderem. Ecclesia autem intuocat verum Deum creatorem celi, qui genuit ab eterno Filium, & qui vna cum Filio consubstantiali condidit & conseruat omnes creature visibiles & inuisibiles, & misit Filium admirabili temperamento iustitiae & misericordiae propter nos homines & propter nostram salutem, Qui in die Pentecostes effudit Spiritum sanctum manifesta luce in Apostolos, & cœtum ipsius coniunctum. Deinde non tantum de essentia Dei recte sentit, sed etiam de voluntate Dei certa est. Habet enim promissionem, quæ affirmat nos propter Mediatorum exaudiri, ac propter hunc scit Ecclesia se recipi, & impetrare vel liberationem vel mitigationem, iuxta voluntatem & consilium Dei.

Ecclesia verò alloquitur verum Deum, qui se patefecit tradito verbo per Prophetas & Apostolos, & misso Filio crucifixo pro nobis, & resuscitato, & effuso Spiritu sancto in Apostolos, & fiducia Mediatoris Filij statuit verè suos gemitus respicí, & suas preces exaudiri, & certò impetrare vel liberationes vel mitigationes.

Differit igitur duplum inuocatio ab aliis impiis inuocationibus: agnitione essentiæ & agnitione voluntatis Dei.

Discant autem studiosi visitati argumenti solutionem, quæ hæc discrimina valde illustrat:

Omnis inuocans Deum conditorem, verum Deum inuocat.

Turci inuocant Deum conditorem,

Ergo Turci verum Deum inuocant.

Neganda est in hoc argumēto Minor, quia Turci non inuocant Deum cōditorem, tametsi id iactitant, & valde gloriantur, se non adorare idola, sed mente intueri conditorem rerum. Negant enim hunc esse Deum conditorem, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, & cum Filio

Argumentum Turcorum speciosum est & populare: Maior vera est, quia & nos dicimus: Credo in Deum Patrem, creatorem celi & terræ. Sed Minor est reiicienda per inficationem. Non enim Turci inuocant conditorem celi & terræ, quia non tenent verâ huius conditoris definitionem. Non enim satis est credere Deum

& Spiritu sancto omnes res creauit, & se illustribus testimoniosis patefecit. Hanc definitionem cum aspernentur, singunt sibi ipsi aliud quiddam esse Deum sine Filio, contra regulas in Evangelio traditas. Iohan. 5. Qui non honorat Filium, non honoret Patrem. Iohan. 17. Haec est vita eterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum esse Christum. Iohan. 2. Omnis negans Filium, neque Patrem habet. Iohan. 14. Nemo venit ad Patrem nisi per Filium. Iohan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in unigenitum Filium Dei. Item: Qui non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. I. Cor. 3. Fundamentum aliud ponи non potest, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. His perspicuis & firmis testimoniosis muniti execremur Mahometistas, qui doctrinam de persona & beneficiis Christi delent, & sciungamus inuocacionem nostram a colluui Mahometica, & Deo gratias agamus, quod nos Ecclesiam suam inferuit.

esse conditorem, nisi & illud addas, quod in symbolo sequitur. Credo in Iesum Christum Filiu eius. Item nisi addas postremum caput symboli de Spiritu sancto, de Ecclesia, de remissione peccatorum, de resurrectione carnis, de vita eterna. Quicunque autem errat de definitione, errat etiam de definito. Quia definitio & definitum conuertuntur, id est, sunt termini conuertibiles. Quod de uno verum est, etiam verum est de altero. Cum igitur Iudei recentes non teneant, immo negent veram definitionem Dei, non intelligunt definitum, id est, ignorant verum Deum. Ac vniuersaliter error in definitione, fons est multorum errorum.

Quid

Quid sit Deus.

C A P. III.

SO C caput continet duas definitiones, vnam integrum, alteram mancam & mutilam. Prior descriptio traditur in vera Ecclesia, & extra Ecclesiam non est nota naturaliter sine patefactione. Altera Platonis, et si est erudita, nec simpliciter abiicienda: tamen si conferatur ad sapientiam Ecclesiae, erit similis Lunæ ad Solem collata, imò vix terræ similis erit collata ad cælum. Discernenda sunt igitur genera doctrinarum & consideranda metæ sapientiæ philosophicæ & mirandæ lucis, quam retinet & illustrat Ecclesia. Etsi autem hæc sunt quotidianæ: tamen verè possimus exclamare cum D. Hieronymo, qui commendans verbum Dei in prologo super Biblia, ita inquit: Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Cicero i. de natura Deorum, recitat narrationem de Simonide. Omnibus ferè in rebus, inquit, & maximè in Physicis, quid non sit, citius quām quid sit dixerim. Roges me quid aut qualis sit Deus. Autore utrū Simonide, de quo cùm quæsiuisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandi causa sibi vnum diem postulavit: Cùm idem ex eo postridie quæreret, biduum petiuit. Cùm saepius duplicaret numerum dierum, admiransq; Hiero quæreret, curita faceret, Quia quāto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. Idem mihi accidit, cùm ex iis locis ubi ante aī Papatu vixeram, videlicet ex Friburgo in Brisgoia primū in has Academias venissim, & D. Philippus quæreret ex paruo puerō, quid est Deus, quid significat λόγος apud Iohannem: mirabar me ea à pueris audire, quæ in Papatu magnis Doctoribus sunt ignota. Sed hoc tempore multi sunt Papistæ similes corniculæ AEsopicæ, ornantes se plumis Lutheranorum.

Deus est essentia spiritualis, increata, æterna, intelligens, verax, bona, iusta, benefica, casta, misericors, liberrima, immensa potentia & sapientia, irascens peccatis. Pater æternus, qui Filium ab æterno imaginem suam genuit, & Filius imago Patris coæterna, & Spiritus sanctus procedens à Patre & Filio, sicut Diuinitas pate-

facta est certo verbo & testimo-
niis diuinis, quod Pater æternus
cum Filio & Spiritu sancto con-
diderit cælum & terram, & o-
mnes creaturas, & adsit omni-
bus creaturis quoad conserua-
tionem, & colligat sibi in gene-
re humano Ecclesiam æternam
propter Filium, & per eum, &
fit iudex iustorum & iniustorū.
fix & de extremo iudicio. Hæc pars sumitur ex Symbolo.

Vt autem bonitas auri tum facillimè noscitur, cum alteri auro
comparatur: sic vtilis est collatio philosophiæ & Euangelij,
vt quoque progredi mens hu-
mana possit, & quæ non compre-
hendat, animaduertatur. Cùm-
que multas res non comprehen-
di ratione cernimus, cōuicti fa-
teamur alia doctrina à Deo pa-
tefacta opus esse. Etsi igitur Pla-
to aliquas proprietates diuinæ
naturæ eruditè & verè describit,
tradens hanc definitionē. Deus
est mens æterna, causa boni in
natura: tamē non discernit per-
sonas diuinitatis, æternum Pa-
trem, Filium & Spiritum san-
ctum, nec dicit de presentia Dei
in sustentatione & conserua-
tione rerum, aut de collectione Ec-
clesiæ, quæ sit propter Filium
& per eum. Ex quo perspicuum
est, philosophiam mutilam &
mancam esse sine collatione do-
ctrinæ diuinitus traditæ.

Hæc definitio tres habet par-
tes. 1. prima est recitatio proprie-
tatum Dei, quarum plerique su-
muntur ex Decalogo. 2. Secunda
monstrat discrimen trium per-
sonarum in vna essentia diuina.
Hoc discrimen traditur in ver-
bis baptismi. 3. Tertia loquitur
de operibus Dei præcipuis, vt de
creatione & sustentatione re-
rum. Item de collectione Eccle-
siae.

Collatio in disputationibus,
consiliis & deliberationibus est
res vtilis, quia plures oculi plura
vident, quam vnu. Saepè etiam
est olitor non importuna locu-
tus. Illa autē verba de auro sunt
sumpta ex oratione Artabani,
qui fuit patruus Xerxis, & dissua-
vit bellum aduersus Græciam.
Exstat locus apud Herodotum in
polymnia pag. 201.

D. Philippus saepè dicere sole-
bat in publicis lectionibus. Nulla
maior sapientia potest homini
contingere in hac vita, Dei con-
cessu & munere, quam erudita
& sobria collatio philosophiæ, Le-
gis & Euangelij. Ratio huius as-
seuerationis est: Quia prodest in
omnibus articulis fidei confide-
rare, quoque possit progredi
mens humana adiuta luce natu-
rali, & quæ non possint compre-
hendi.

hendi ab humana ratione. Nam hæc consideratio metarum cognitionis conuincit sanos homines, vt agnoscant & confiteantur philosophiam esse multilam & mancam, & alia perfectiore doctrina opus esse de multis maximis rebus. Nec quisquam cum fructu léget locos Theologicos sine collatione philosophiæ & Euangelij, vt in loco de cruce & calamitatibus tenendum est discrimen iudicij philosophici, & iudicij Spiritus sancti, de generibus calamitatum, de causis impulsuis & finalibus, de fontibus consolationum & de differentia inter philosophicam & Christianam patientiam. De his omnibus aliter iudicat ratio, aliter verbū Dei. Sic hoc loco conferuntur duæ definitiones Platonis cum Christiana. Sed quomodo illa congruit cum descriptione Ecclesiæ? nata n̄ aliquo modo. Definitio Platonis est ex lege sumpta, seu est particula legis, seu est definitio legalis: altera Ecclesiæ est partim legalis, partim Euangelica, quia prima pars sumitur ex lege, reliquæ tres ex Symbolo & forma baptismi. Verba Platonis extant in definitionibus. pag. 666. Θεὸς ἐστὶ ζῶον ἀδάνατον, αὐτῷ πᾶς τὸ δικαιονός εἰσιν αὐτῷ δίκη, τῆς τὸν ἀγάθον φύσεως αἵτια.

De proprietatibus Dei.

C A P . I I I I .

 VM prima pars definitionis Dei, quæ in Ecclesia traditur, recitet proprietates Dei, colligantur de singulis testimonia, vt harum proprietatum mentione verum Deum non solum à creaturis, sed etiam à commentitiis numinibus discerne-re possimus.

Aliæ proprietates discernunt naturam diuinam à creaturis omnibus, aliæ monstrant discrimen inter Deum & Diabolos, & eorum organa.

Deus est Spiritus]

ad differentiam omnium corporum, cæli, terræ & maris.

Est increata]

ad differentiam angelorū, qui etiam sunt Spiritus, sed creati à Deo.

Aeterna]

Intelligens]

Verax, bona, iusta, misericors.

cidæ, gaudent destructione operū Dei: Deus est verax, Diabolus est mendax, & pater mendacij, teste Christo Iohan.8.

Deus est castus.

Diaboli sunt Spiritus impurissimi. Etsi enim non possunt se polluere libidinibus: tamen impellunt homines ad illicitos concubitus, & voluptatem capiūt ex adulteriis & scortationibus aliorum.

Quòd enim Deus sit essentia spiritualis, non moles ex cæli aut elementorum materia conflata, affirmat Christus inquiens: Deus est Spiritus: deinde quòd sit essentia increata, seu alia à creaturis omnibus, Eusebius lib.3. præpar. Euangeli. his testimoniiis confirmat: psal.8. Quoniam video cælos tuos, opera digitorum tuorū, Lunam & stellas, quæ tu fundasti. Psalm. 102. Initio tu terram fundasti, & opera manuum tuarū sunt cæli. Ipsí peribūt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut indumentum mutabis eos, & mutantur, Tu autem idem ipse es, anni tui non deficiēt. Esaiæ 66. Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorū. psal. 104. Qui facis angelos spiritus tuos, & ministros tuos ignem ardenter. Est igitur Deus essentia distincta non solùm à mundi corporibus, sed etiam ab angelis.

Luna similis sit splendori Solis, sicut dicitur in Esaiæ & Apocalypsi.
Quòd

ad differētiām creaturarum,
distincta à brutis naturis, faxis, lapidibus.Hæc dicuntur ad differētiām
Dei & Diabolorum. Deus est iustus, Diaboli sunt iniusti, homi-

Diaboli sunt Spiritus impurissimi. Etsi enim non possunt se

polluere libidinibus: tamen impellunt homines ad illicitos concubitus, & voluptatem capiūt ex adulteriis & scortationibus aliorum.

In hoc psalmo venustissimè comparatur hic mundus, quem nunc cernimus, vestimento mutorio, vt Hebræi loquuntur, id est, vesti quotidiana. Formam mundi post hanc vitam comparat idem psalmus vesti nuptiali, quainduimur & ornamur accessu vel ad nuptias, vel ad celebri tatem diei statu ac solennis. Mundus igitur quem nunc cernimus est vestis quotidiana, qua Deus non semper erit indutus, sed nouam sibi vestem comparabit, id est, mutabit hunc mundum ita, vt Sol septuplo plus lucis habeat.

Quòd autem Deus sit essentia intelligens, testatur hæc verba de creatione: Dixit Deus. Dicere autem non est brutæ naturæ, sed substantiæ intelligentis.

Differunt λαλεῖν καὶ λέγειν. λαλεῖν est more aiuum garrire. Iassen, λέγειν est dicere certa ratione & consilio. Hoc discrimen exprimitur in versu Græco: λαλεῖν ἀεισθε, ἀδυνάτωτος λέγειν.

Garriendo valens, minimè ad dicendum accommodatus est. Pictus etiam sonat suum χαῖρε, sed non intellectum. Dicere est summum opus naturæ intelligentis. Dixit Deus, id est, iuxta decretum sapientissimum & optimum condidit has creaturas, lucem, firmamentum, lucida corpora cælestia, & homines per λόγον, hoc est, Filium Dei.

Quòd sit omnipotens, confirmatur eadem narratione in Genesi. In principio creauit Deus cælum & terram. Cum enim omnia considerit, & quidem non ex priori materia, sed dicendo, declarauit ipsa creatione omnipotētiam. Et Esaiæ 44. dicitur: Ego sum Dominus conditor omnium, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nemo aliud est, qui mecum id faciat.

De sapientia Paulus inquit
1. Timoth. 1. Soli sapienti Deo
honos.

Cum mercatores Milesij à pectoribus eiusdem loci emissent quendam iactum, & pescatores extraxissent tripodem aureum, res fuit adducta in iudicium. Nam pescatores affirmabant se pisces vendidisse, non munus à fortuna oblatum. Contrà mercatores contendeant, se fuissent emptores omnium rerum sine exceptione, quæ essent captæ illo iactu. Cum autem iudices Milesij non possent extriare contentionem, delata fuit res ad iudicium Apollinis. Is iussit dari tripodem aureum sapientissimo. Huius oraculi sententiam ad Thaleten accommodarunt propterea, quod eum iudicarent sapientissimum. Sed ea fuit modestia Thaletis, ut hoc munus iusterit consecrari Apollini, cum hac inscriptione: SOLI SAPIENTI DEO. Hæc narratio, qua extat apud Laërtium in vita Diogenis, primùm testatur, soli Deo tribuendam esse gloriam sapientiæ, deinde ostendit, quanta fuerit modestia omnium sapientum, agnoscentium se non esse verè sapientes, sed vix aliquam ymbram veræ sapientiæ possidere.

Et psalm. 147. Dauid exclamat: Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnes suis nominibus vocat.

Psalmus 147. conuenit ferè cū psalmo 145. In utroque eadem verbare repetuntur. In primis autē hoc obseruandum est, quod faciat Deum duplicem medicum Dauid, Pharmacēticum & chirurgum, iuxta principales Medicinæ partes. Medici enim aut sanant morbos ex discrasia ortos, vnde ea pars dicitur φαρμακικὴ, aut sanant solutiones continui, id est, ossium vel carnis, quæ sunt aut vulneratione aut luxatione, quæ pars dicitur χειρουργικὴ. Talem medicū facit Deum Dauid psalm. 145. Alleuat Dominus omnes, qui corrunt, & erigit omnes elisos. Item psalm. 147. Qui sanat contritos corde, & alligat cōtritiones eorum. Est igitur φαρμακικὸς, quia sanat morbos animi, & est chirurgus, quia alligat contritiones. Duo requiruntur etiam in medico: scientia artis, & felicitas in medicando. Vtrumque est in Deo iuxta psalmum 147. Summa enim est Sapientia Dei, qua intelligit & causas & remedia morborum. Deinde est summa potentia, qua efficacia reddit remedia adhibita. Non enim tantum vult Deus, sed etiam potest sanare morbos. Ne quis au tem dubitet de sapientia Dei, addit Dauid probationem à signis. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnes suis nominibus vocat.

Multa sunt vestigia sapientiæ diuinæ in hominum natura quamvis depravata, sed nullum est expressius aut evidentius, quam numerorum notitia, quæ est fons ordinis & ratiocinationis. Miræ enim sunt & variaz numerorum proprietates & ἀναλογίæ inter se, series non fortuita, sed aptissimè distributa, discrimina varia, eaquæ non inutilia, sed visibus penè infinitis accomodata. Summæ porro sapientiæ Pythagoræ visum est, omnibus rebus imponere nomina, non quidem fortuita, sed natu ræ rerum conuenientia. Cùm igitur Deus non tantum condi-

Prima actio mentis humanæ est numeratio, & eadem actio est fons actionum reliquarum mentis humanæ. Si non esset in nobis naturalis notitia numerorum, quomodo ratiocinaremur, aut de argumentis iudicaremus? nec distaret homo à brutis. Si vis distinguere, scire te oportet, quid sit vnum, quid plura. Gallinæ nō intelligunt ordinem, nec possunt ratiocinari quot oua genuerint, derit

derit stellas, sed etiam easdem numeret, & singulis conuenientia nomina attribuat, nihil potest esse tam apertum, tamque perspicuum, quam Deum esse sapientem.

Delibertate psalm. 115. dicitur: Deus noster in celis, omnia quæcunq; voluit, fecit. Et psal. 125. Omnia quæcunque voluit, fecit Deus in celo & terra, in mari & in omnibus abyssis.

liter, & tamē est trinus personaliter. Cūm Deus intra se describitur, necessarium est discrimē personarum. Sed cūm opponitur creaturis, seu cōfertur cum creaturis, fit mentio vnius æternæ essentiæ.

Quòd autem Deus sit bonus & beneficus, verax, iustus, misericors, castus, partim lex Dei ostendit, partim hominis creatione non obſcurè declarat.

bonorum cum aliis. Potest aliquis esse bonus, qui non est beneficus. Deus est bonus respectu suæ essentiæ: Beneficus respectu humani generis. Sic Deus est misericors natura, miserator effectu.

Talis est enim Deus, qualis in Lege describitur, videlicet approbans iustitiam, veritatem, castitatem, beneficentiam, & damnans initias cædes, mendaciam, & tetras libidinū confusiones. Ipso etiam facto se declarauit talem esse, quia in homines sparsit radios suæ sapientiæ, iustitiae & libertatis, ut testatur dictum de creatione hominis: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

& vno relicto in nidulo, putant nihil desiderari. In numeris multæ sunt significationes de Deo. Vnitas non est numerus, sed fons numerorum: quia numerus est multitudo ex vnitatibus collecta. Ita Deus non est creatura, sed est fons, causa, principiū omniū creaturarum. Etsi autem non est numerus vnitatis: tamen est cubicus numerus, & est quadratum, & est radix triusq; cubi & quadrati: Ita Deus est unus essentia-

Bonus & beneficus differunt. Bonus intelligitur de absoluta bonitate. Beneficus de communicatione bonitatis. Nam beneficentia est vocabulum relatiū, & significat communicationem

De legibus politicis dicitur: Lex est anima & mens legislatoris, id est, est voluntas legislatoris. Vnde Cicero de lege lib. 2. inquit: Magistratus est lex loquens, ipsa vero lex est mutus Magistratus. Sic verum est de Lege Dei, quod ipsa sit æterna atque immutabilis Dei voluntas.

Has proprietates s^ep^e multumq^{ue} consideremus, quia nec Deum, nec hostes Dei Diabolos cernimus oculis corporis, sed m^{er}ite facienda est distinctio consideratis proprietatibus. Ut enim Deus verax est & beneficus, iustus item & castus, & vult casta mente inuocari: sic hostes Dei Diaboli sunt Spiritus mendaces, malefici, iniusti, immundi, & latentur destructione operum Dei, non vt ipsi melius sit, sed vt Filius Dei contumelia afficiatur. De hoc discrimine quotidie cogitare pios necesse est.

Secunda vtilitas huius considerationis est, vt in animis suo ordine existant timor Dei, & fides seu fiducia & spes venia. Fieri enim non potest, quin timor in animis excitetur, quoties de M^aiestate Dei seria cogitatio suscipitur, quam psalmus 33. describens inquit: Verbo Domini cæli facti sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum, congregans sicut in vtre aquas maris, & ponens in thesauris abyssos. Timeat ergo Dominum omnis terra, ab eo autem metuant omnes inhabitantes orbem, quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Cùm autem legimus atq^{ue} audimus Deum esse blandum patrem, tractantem nos tanquam tenellos filios, vt psalm. 103. dicitur: Sicut pater misereretur filiorum: ita Dominus misereretur timentium se: concipimus fidem & spem venia, & statuimus gratiam esse v^{er}itatem peccati.

Tertia vtilitas est, quia haec proprietates sunt specula monstrantia imaginem Dei & peccatum, quod est discrepantia a his proprietatibus.

tem condita, est quædam similitudo sapientiae, iustitiae, libertatis. Sicut enim sapientia, iustitia, libertas in Deo, sunt ipsa Dei essentia: ita in primis parentibus fuerunt dona similia creata. Nam homo est creata

Doctrina Ecclesiæ non est otiosa speculatio, sed relinquit aculeos timoris ac fidei in pectore auditorum. Quando enim describit maiestatem Dei, excitat timorem. Rursus ne timor sit servilis, accedit ad hunc alias effectus, videlicet fides, quæ excitat agnitione misericordia in Deo.

Imago Dei & peccatum habet se, sicut habitus & priuatio. Habit^{us} est imago Dei in nobis condita ante lapsum, de qua dicit Scriptura. Faciamus hominem ad imaginem nostram. Imago autem condita, est quædam similitudo sapientiae, iustitiae, libertatis. Sicut enim sapientia, iustitia, libertas in Deo, sunt ipsa Dei essentia: ita in primis parentibus fuerunt dona similia creata. Nam homo est creata

creata imago, non essentialis, sicut Filius Dei: Quādō igitur vis scire qualis fuerit ante lapsum Adā, propone tibi definitionē Dei, in qua dicitur: Deus est essentia sapiēs, iusta, casta, verax, benefica, liberimā. Sed hæc intellige sine calumnia. In Deo. n. hæc ipsa sunt essentialiter, in hominibus accidentaliter & mutabiliter. Priuatio imaginis Dei est peccatum, id est, pro luce in mente est caligo, pro iustitia & sanctitate in corde & voluntate est contumacia contra Legem Dei, quæ complectitur securitatem carnalem, fugam Dei & fremitum aduersus Deum in ærumnis, diffidentiam quærentem in concessa remedia dolorum, denique infinitam confusionem errantium affectuum. Libertas etiam valde est impedita, imò ferè nulla est sine gratia.

Postrema utilitas huius considerationis est, ut his proprietatibus commonefacti, petamus in nobis restitui cōformitatem cum Deo seu cum Lege Dei, & initia renouationis magna cura & solitudine conseruemus, iuxta dictum I.ohan. 3. Qui habet hanc spem, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

Dictum Iohānis cōgruit cum dicto Pauli: Milita bonam militem, retinens fidem & bonam conscientiam. Deus autem acqui-

escit in nostra obedientia, & ita eam approbat, ac si nullus esset næ-
sus, nulla labes aut macula in nostra persona, aut obedientia, teste
Paulo Roman. 8. Nulla est condemnatio his, qui sunt in Christo Ie-
su. Et Rom. 3. per fidem stabilimus Legem, id est, implemus partim
imputatione propter Christum, partim incoatione, quæ est imper-
fecta & mutila, & tamen Deo placet propter eundem Dominum,
quem proposuit Deus humano generi propiciatorem.

De vnitate essentiæ diuinæ.

C A P. V.



V M de omnibus articulis aliqua perspicua te-
stimonia semper meminisse necesse sit, recitabo
vnum atque alterum testimonium de vnitate
essentiæ diuinæ. Deuter. 6. Audi Israël, Domi-
nus Deus noster, Dominus vñus est. Hoc dictū
de essentia loquitur, & excludit à diuinitate

G

voluntate, & sequitur cognitionem. Sic Filius, qui dicitur λόγος & imago æterni Patris, à mente paterna gignitur. Spiritus sanctus à voluntate Patris & Filii procedit, vt agitator & lætificator. Hæc discrimina ex appellationibus ὁ λόγος ἡ πνεῦμα τὸ θεῖον sumuntur, vt infra prolixè dicetur.

creatio rerum. Altera est perpetua prouidentia, postea sequuntur aliae innumerabiles, miracula, miranda liberationes in Ecclesia. De his actionibus externis traditur alia regula, scilicet opera Dei externa, esse indistincta, seu communia. Nam quando Deus opponitur creaturis, seu cōfertur cum creaturis, describitur vñica essentia Dei. Sed quando illa vñica essentia intra se describitur extra creaturas, necesse est Deum trinum in personis considerari. Exempli causa: Homo habet duplices actiones, Internas in mente & voluntate, Externas, quæ oculis cernuntur. Homo tacitè aliiquid cogitat, meditatur aliiquid, quod nondū scripsit aut pronuntiavit. Postea, quando vult, scribit & pronunciat rem, de qua cogitauit. Possunt ergo etiam in natura rationali corporea esse internæ actiones sine externis. Sic Deus ab æterno ante conditionem mundi non fuit otiosus, sed habuit æternas & arcanas actiones. Postquam verò diuinæ bonitati visum est, processit ex arcanaluce, & se se patefecit per creationem rerum. Internæ actiones sunt naturales, externæ sunt liberæ. Deus naturaliter gignit Filium, Filius nascitur naturaliter, sed actiones ad extra sunt liberæ, iuxta dictum Omnia quæcumque voluit, fecit.

Altera verò regula diligenter consideranda monet: opera Trinitatis externa esse communia. Hanc regulam multa dicta confirmant, vt psalm. 33. Verbo Domini cœli facti sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Et Iohan. 5. Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Vera est autem hæc regula seruato ordine personarum, & cuiusque personæ proprietate, vt pater vult creationem & totum ordinem rerum, & exprimit hanc voluntatem per verbum, quo dicente res fiunt & distinguuntur, vt in Genesi scriptum

internis traditur regula prior, distincta scilicet esse opera Dei interna, id est, quæ fiunt extra & ante creaturas, & sine creaturis in arcano diuinitatis finu.

Actiones externæ sunt, in quibus se Deus patefecit creaturis, quæ non sunt de essentia Dei, sed liberrimæ actiones, quas Deus potest intermittere, aut suspendere, vt prima externa actio est,

scriptum est: Dixit Dominus, Faciamus hominem: & Spiritu sancto simul creante fouentur res, iuxta illud Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, vel fouebat aquas. Sic et si tota Diuinitas conterit caput serpentis: tamen id immediate fit per Mediatorem, & meritum est proprium Mediato-
ris, quo satisfiat iustitia Dei. Deinde & ipsa actio, qua colligitur Ecclesia per ministerium, & sanctificatur dato Spiritu sancto, & eripiuntur sancti ex aeterna morte, est immediate opus Filij, sicut expresse dicitur Io-
hann. 17. Dediti ei potestatem omnis carnis, ut omnibus quod
quod dediti ei, deteis vitam aeternam. Et 1. Corinth. 15. Deo autem sit gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum no-
strum Iesum Christum.

Græci Theologi hoc breuius explicant hoc modo: Pater est causa creationis *πρωτηγένεν*, antecedens & primaria, seu fons non modò creatarum rerum, sed etiam diuinitatis. Filius est causa *δημιουργικῆς* fabricatrix. Spiritus sanctus est causa *τελειωπηκῆς*, perficiens, ornans, perpoliens condita à Patre & Filio: non quod opera Patris & Filii sunt imperfecta, sed quod necesse fit nos in mysteriis tantarum rerum verbis humanis vti. Sic Pater facit decretum de saluatione generis humani, Filius est huius decreti executor, quia assumpsit humanam naturam, & sua obedientia satisfecit iustitia Dei.

Quod autem de collectione Ecclesiæ dictum est, hoc eodem modo de resuscitatione mortuorum, & de uniuersali iudicio potest dici. Etsi enim resuscitatio simul fit à Patre, Filio & Spiritu sancto;

Euripides definit mundum, quod sit *καλὸν ποίημα τέκτονος*, id est, varium & pulcrum opus sapientis artificis. Καλὸν autem teste Aristotele in lib. de poëtic. consistit in duabus rebus: in *εὐταξίᾳ καὶ μεγέθει*. Nihil paruum dicitur *καλόν*, & nihil inordinatum. *ποίημα* dicitur opus varium seu magna varietate distinctum. Hæc vero varietas in mundi partibus tanta est, ut nemo summas operum diuinorum possit recitare, nedū singula opera.

In Symbolo dicitur: Credo in Deum Patrem creatorēm cæli & terræ: non quod solus Pater sit conditor. Pater dicitur creator, quia vult creationem & totum ordinem rerum. Filius est creator, quia est Verbum, quo dicente & iubente omnia fiunt. Spiritus sanctus est creator, simul creans cum Patre & Filio, & formans creatureas cū Patre & Filio.

voluntate , & sequitur cognitionem. Sic Filius , qui dicitur λόγος & imago æterni Patris, à mente paterna gignitur. Spiritus sanctus à voluntate Patris & Filii procedit, vt agitator & lætificator. Hæc discrimina ex appellationibus οὐ τὸν πνεῦματος sumuntur, vt infra prolixè dicetur.

creatio rerum. Altera est perpetua prouidentia, postea sequuntur aliae innumerabiles, miracula, miranda liberationes in Ecclesia. De his actionibus externis traditur alia regula, scilicet opera Dei externa, esse indistincta, seu communia. Nam quando Deus opponitur creaturis, seu cōfertur cum creaturis, describitur vñica essentia Dei. Sed quando illa vñica essentia intra se describitur extra creaturas, necesse est Deum trinum in personis considerari. Exempli causa: Homo habet duplices actiones, Internas in mente & voluntate, Externas, quæ oculis cernuntur. Homo tacitè aliquid cogitat, meditatur aliquid, quod nondū scripsit aut pronuntiauit. Postea, quando vult, scribit & pronunciat rem, de qua cogitauit. Possunt ergo etiam in natura rationali corporea esse internæ actiones sine externis. Sic Deus ab æterno ante conditionem mundi non fuit otiosus, sed habuit æternas & arcanas actiones. Postquam verò diuinæ bonitati visum est, processit ex arcana luce, & se se patefecit per creationem rerum. Internæ actiones sunt naturales, externæ sunt liberæ. Deus naturaliter gignit Filium, Filius nascitur naturaliter, sed actiones ad extra sunt liberæ, iuxta dictum Omnia quæcumque voluit, fecit.

Altera verò regula diligenter consideranda monet: opera Trinitatis externa esse communia. Hanc regulam multa dicta confirmant, vt psalm. 33. Verbo Domini cœli facti sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum. Et Iohan. 5. Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Vera est autem hæc regula seruato ordine personarum, & cuiusque personæ proprietate, vt pater vult creationem & totum ordinem rerum, & exprimit hanc voluntatem per verbum, quo dicente res sunt & distinguuntur, vt in Genesi scripum

internis traditur regula prior, distincta scilicet esse opera Dei interna, id est, quæ sunt extra & ante creaturas, & sine creaturis in arcano diuinitatis finu.

Actiones externæ sunt, in quibus se Deus patefecit creaturis, quæ non sunt de essentia Dei, sed liberrimæ actiones, quas Deus potest intermittere, aut suspendere, vt prima externa actio est,

scriptum est: Dixit Dominus, Faciamus hominem: & Spiritu sancto simul creante fouentur res, iuxta illud Genes. i. Spiritus Domini ferebatur super aquas, vel fouebat aquas. Sic et si tota Diuinitas conterit caput serpentis: tamen id immediate fit per Mediatorem, & meritum est proprium Mediato-
ris, quo satisfiat iustitiae Dei. Deinde & ipsa actio, qua colligitur Ecclesia per ministerium, & sanctificatur dato Spiritu sancto, & eripiuntur sancti ex æterna morte, est immediate opus Filij, sicut expressè dicitur Io-
hann. 17. Dediti ei potestatem omnis carnis, ut omnibus quod quot dediti ei, deteis vitam æternam. Et 1. Corinth. 15. Deo autem sit gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Græci Theologi hoc breuius explicant hoc modo: Pater est causa creationis *περιγραμμήν*, antecedens & primaria, seu fons non modò creatarum rerum, sed etiam diuinitatis. Filius est causa *δημιουργίας*, fabricatrix. Spiritus sanctus est causa *τελείωπης*, perficiens, ornans, perpoliens condita à Patre & Filio: non quod opera Patris & Filij sint imperfecta, sed quod necesse sit nos in mysteriis tantarum rerum verbis humanis vti. Sic Pater facit decretum de saluatione generis humani, Filius est huius decreti executor, quia assumpsit humanam naturam, & sua obedientia satisfecit iustitiae Dei.

Quod autem de collectione Ecclesiæ dictum est, hoc eodem modo de resuscitatione mortuorum, & de vniuersali iudicio potest dici. Etsi enim resuscitatio simul fit à Patre, Filio & Spiritu sancto:

Euripides definit mundum, quod sit *καλὸν ποίημα τέκτονος*, id est, varium & pulcrum opus sapientis artificis. Καλόν autem teste Aristotele in lib. de poëtic. consistit in duabus rebus: in *εὐταξίᾳ καὶ μεγέθει*. Nihil paruum dicitur *καλὸν*, & nihil inordinatum. *ποίημα* dicitur opus varium seu magna varietate distin-
ctum. Hæc vero varietas in mun-
di partibus tanta est, ut nemo summas operum diuinorum pos-
fit rrcitare, nedū singula opera.

In Symbolo dicitur: Credo in
Deum Patrem creatorē cœli &
terræ: non quod solus Pater sit
conditor. Pater dicitur creator,
quia vult creationem & totum
ordinem rerum. Filius est crea-
tor, quia est Verbum, quo dicen-
te & iubente omnia fiunt. Spir-
itus sanctus est creator, simul
creans cum Patre & Filio, & fo-
uens creatureas cū Patre & Filio.

tamen fit immediatè per Filium, & per Filium exercetur visibile iudicium. Impij enim non videbunt diuinitatem, sed Filium hominis videbunt. vt Matthæi 24.

& Zachar. 12. dicitur. Et de hoc visibili iudicio dicitur: Pater de dit omne iudicium Filio, quia Filius hominis est. Quod dictū luculētè ab Augustino enarratur tractatu 19. in Iohannem. & sententia 337. à Prospero citata. Quāvis nunquam à Filio recedat Pa ter, ad iudicandos tamen viuos & mortuos, non ipse dicitur, sed Filius affuturus. Quia ibi nec Patris, nec Filii deitas, sed illa forma videbitur Filij, quam sibi per Sacramentum incarnationis vniuit. Ipsa ergo erit iudex, quæ sub iudice stetit. Ipsa iudicabit, quæ iudicata est, vt videant impij eius gloriam, in cuius mansuetudinem fremuerunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videri possit, & ab eis, quos coronatus est, & ab eis, quos damnatus. Pater autem non apparebit, quia forma serui non est indutus, sed Filio, qui etiam homo factus est, dedit iudicij potestatem.

Matth. 24. Filius hominis ven turus est in nubibus. Zachar. 12. Aspicient, quem pupugerunt.

Prosper fuit discipulus Augu stini γνήσιος, qui sententiam à Magistro acceptā, bona fide, tan quam præclarum depositum custodiuit, illustrauit, propagauit.

Declaratio vocabulorum essentiæ & personæ.

C A P. VII.



O N possimus explicare mysterium Trinitatis sine adminiculis duorum vocabulorum essentiæ & personæ. Clarè enim confitemur contra omnes portas inferorum. i. contra Diabolos & eorum organa, vnicam essentiam diuinitatis esse, nō plures, & tamen in hac vna & indiuidea essentia discernerendas esse tres personas, quæ sunt distinctæ, non ratione

ratione seu cogitatione tātūm, sed realiter sine cōfusionē & cōmixtionē. Nām reuera ὄντως alia Persona est Pater, alia Filius, alia Spiritus sanctus. Hoc discrimen ostendit in forma baptismi, vbi hæc verba continentur, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et in Symbolis, Apostolico, Niceno, & Athanasiano dicitur: Credo in patrem &c. Et in eius Filium &c. &: Credo in Spiritum sanctum &c. Hæc cūm vel in Symbolo, vel in forma baptismi explicamus, neceſſe est nos vti duobus vocabulis Essentiæ & Personæ. Nihil enim profunt verba non intellecta. Garriunt etiam pſittaci ſuum χαῖρε, ſed ſine intellectu, ſine iudicio. Nos verò in Ecclesia debemus verbum Dei explicare sapienter, cum actu reflexo, id est, cum iudicio intelligentे & discernente suas actiones. Deus vult nos eſſe non bruta, ſed homines, quorum mentes ſint illustratæ Spiritu sancto. Vnde Paulus Coloff.3. inquit: Habitent verbum Dei inter vos abundè cūm omni sapientia. Sapientia opponit ignoratiæ, ſophistiæ, & crassæ ignorantia, qua non inquirit & cognoscit ea, ad qua sumus obligati ipſa baptismi stipulatione.

Basilius Græcius Theologus inter alias epistolas plenas eloquentiæ & ſapientiæ, ſcripsit bene lögam (qua extat fol. 535.) ad fratre Gregorium de diſcrimine inter ἥιον & ὑπόστασιν. Summa autem illius epistolæ, qua inter reliquias velut gemma eminet, hæc eſt: Vtrumque vocabulum essentiæ & personæ eſt in prædicamento ſubſtantia, quia hæc duo non ſignificant accidentia, id eſt, res fugaces & euanescentes, ſed ἀφισάμενα, res ſubſistentes & permanentes. Etsi autem utrumque vocabulum eſt ſubſtantia individua: tamen in hoc diſerunt: Essentia eſt communicabilis, id eſt, potest communicari, persona eſt incommunicabilis.

Quemadmodum imperiti Arithmetices facile in computando decipiuntur: ita ignoratio vocabulorum eſſentiæ & personæ, ſiue vt Græci dicunt, ἕστιας ἡ ἵποσάσεως, aut errores, aut diſidia patrit. Utigitur λογομαχία, quas Galenus appellat coruorum contenções, vitentur, vis & natura horum vocabulorum diligenter explicantia eſt.

Vocabulum eſſentiæ, vt in hoc articulo Ecclesia loquitur, ſignificat id quod reuera [ὄντως] eſt, etiam ſi eſt communicatum.

Personæ eſt ſubſtens, viuum, incommunicabile, non ſustentatum ab alio. In hac deſcriptione ſubſtēs opponit cogitationi

vel voci vel motui accidentali & euanescenti. Incommunicabile discernit personam ab essentia.

reticos, qui impugnant personam Spiritus sancti.

Nam essentia est communicabilis, & pluribus personis coenit. Personarum vero proprietates non possunt comunicari, quia solus Pater gignit, solus Filius nascitur, solus Spiritus sanctus procedit.

tus sancti, hanc particulam recitari in definitione essentiae. Persona autem est incommunicabilis, quia tales habet proprietates, talia idiomata, quae non possunt, nec debent communicari cum aliis personis. Solus Pater est ingenitus, & tamen gignit. Solus Filius nascitur, non gignit. Solus Spiritus sanctus procedit, & neque gignitur, neque gignit.

Sed cur additur: Non sustentatum ab alio? Hec particula vt cunque declarari potest proposito ex exemplo hominis. Solum corpus humanum non est persona, & quia non est res intelligens, & quia est quiddam ab altero sustentatum. Nam donec anima adest, viuit corpus, discidente anima corpus dissoluitur: Ita in Christo nato ex virginie eti sunt naturae intelligentes: tamen non sunt in eo duae personae, quia natura diuina est sustentatrix & conservatrix humanae. Etenim natura humana mirando fædere copu-

Cogitationis & vocis fit mentio propter haereticos, qui impugnant personam Filij, ut Arius. Motus accidentalis propter haereticos, qui impugnant personam Spiritus sancti.

Essentia eti est individua, tamen est communicabilis, quia si talis non esset, tantum una esset persona diuinitatis. Pater non posset gignere Filium, Spiritus sanctus non posset procedere. Ergo necesse est propter generationem Filij & processionem Spiritus

Additur propter articulum de unione duarum naturarum in Christo. Eti enim sunt duas naturae intelligentes in Christo: tamen non sunt duas personae, sed Christus est una persona: Filius Dei & filius Mariæ. Hoc declaratur in Symbolo Athanasij, & ab Augustino tractatu 19. in Iohannem. Item a Iustino hoc ferem simili. In homine duas sunt res, anima & corpus, & haec duas res non sunt duas personae, sed unus homo. Nam corpus non est persona sine anima, quia corpus sustentatur ab anima: ita in Christo sunt duas naturae intelligentes, λόγος, quae natura est intelligens, lata

Iata est ῥῆρα, ac prorsus natura humana in nihilum redigetur, si non sustentaretur à diuina. In hac consideratione amplissima doctrina continetur. Totum genus humanum extinctum esset, nisi Filius Dei coæternus æterno Patri, massam huius naturæ assumpsisset. Seruat igitur propter assumptionem massam nos quoque tanquam suæ naturæ membra, sicut dicitur, os ex ossibus eius.

id est, corporis & animæ. Intelligatur autem sustentatio illa de ratione Εἰσαγένει, hoc est, vt illa caro sit propria Λόγος, & vt caro sic dependeat à λόγῳ, vt prorsus non esset, nisi sic esset assumpta.

Ephes. 5. Quia sumus membra corporis eius, de carne eius & de ossibus eius.

Cum autem apud Græcos varius sit usus vocabuli ὑποσάσεως, Grammatica admonitio de hac varietate addenda est. Interdum generaliter significat quiddam verè subsistens ἐφυσάμενον, non evanescens, vt nubes est ὑπόσασις, arcus in nubibus est ἐμφασις, id est, vt Seneca interpretatur, fallax sine resimilitudo. Sic speculum est ὑπόσασις, sed imago in speculo est ἐμφασις.

qui suterit faciem suam, intuēs in speculum, & rursus à speculo discesserit, omnis illa imago evanescit: Ita si quis tātūm auditor est verbī, & nihil facit congruens cum verbo, tanquam ἐμφασις est in speculo evanescens. Ipsum speculum est ὑπόσασις, sed imago repreſentata in speculo est quiddam fugax & evanescens. Sic nubes est subiectum Iridis, sed ipse arcus non est ὑπόσασις sed ἐμφασις. Sic in baptismo Christi apparet Spiritus sanctus specie columbae. Hęc species non est ὑπόσασις, quia Spiritus sanctus non assumpſit columbam ὑπόσασιν, sed intelligitur de ἐμφασι.

quia est potentia & sapientia Patris, 1. Corinth 1. Deinde caro, quæ non tantum corpus significat, sed animam quoque intelligentem, habentem omnes vires & proprietates, sed ordinatas sine peccato. λόγος in Christo habet suum intellectum & voluntatem, etiam anima suo intellectu & voluntate est prædicta, sed non propterea duæ sunt personæ, quia sicut anima mea corpus meum sustentat: ita λόγος est sustentator & cōseruator carnis,

Iacobus in epistola cap. 1. Utitur similitudine de speculo & imaginibus, quæ cernuntur in speculo. Si, inquit, contemplatu-

Alias significat fiduciam certò aliquid expectantem, vt in descriptione fidei Ebr. ii. Fides est ἴπτσασις rerum sperandarum. Et cap. 3 eiusdem epist. Participes facti sumus Christi, si modò initium ἴπτσάσεως, id est, fiducię vsque ad finem firmiter retinuerimus. Sic & à Polybio usurpatur in descriptione Horatij Cöclitis, qui unus cōtra omnes hostium copias in ponte stetit, à tergoque pontem interscindi iussit. Hostes, inquit, magis metuebant rūm ἴπτσασιν, id est, fiduciam ipsius, quām robur. Non est dubitatio seu ludus opinionum. Sed in mente certa notitia rerum non apparentium, deinde in voluntate & corde fiducia expectans bona à Deo. Nam alia accipit fides in hac præsenti vita, vt remissionem peccatorum, alia expectat, vt resurrectionem carnis.

Confirmatio articuli de tribus personis Diuinitatis.

C A P . V I I I .



V M testimonia Apostolorum de hoc articulo omnibus piis nota sint, colligam dicta Prophetarum ad huius articuli confirmationem, ne quis in eam opinionem discedat, nos amplecti & profiteri dogma ignotum primæ & antiquissimæ Ecclesiæ.

Nullus articulus nouus traditur in Nouo Testamento, quia vetus Testamentum est fons noui, sicut nouum est lux veteris. Credimus nos saluari, sicut & patres saluati sunt. In hoc discernimur ab illis, quod illi expectarunt venturum Messiam, nos credimus in exhibitum & crucifixum.

Genes.

Genes.1. In principio creauit Deus cælum & terram, & dixit Deus: Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Hoc dictum e-narrás Dauid psal.33. Verbo Do mini cæli facti sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eo- rum.

Exercitus de stellis loquitur, quarum imperator est Sol, cuius satellites sunt planetæ.

Etsi autem Iudæi & hæretici variis cauillationibus hæc dicta e-ludunt: tamen nos conuicti verborum proprietate & perspicuitate, fateamur alium esse Patrem, alium Filium, qui dicitur ἀλλος, alium Spiritum sanctum, etiam si sunt οὐαὶ σοι.

Etenim eodem capite de creatione hominis scribitur: Dixit Dominus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Genes.19. Pluit Dominus super Sodomam & Gomorram sulphure & igne à Domino. Extant decreta in Socrate scholastico lib. 5. tripartita historiæ, cap. 7. quæ ostendunt, vetustatè hæc dicta in Moysè de Filio intellexisse. Si quis affirmat, hoc: Faciamus hominem, non Patrem ad Filium dixisse, sed ipsum ad se Deum dixisse, anathema sit. Item si quis hoc: Pluit Dominus à Domino, non de Patre & Filio accipit, sed ipsum à se ipso pluisse dixerit, anathema sit. Pluit enim Filius Dominus à Patre Domino.

Hæc decreta digna sunt accu-rata consideratione. Haud dubiè enim ingēs ira est, cùm ipse Filius Dei minister est huius pœnae. Non igitur casu rem tantam factam esse vniuersa post-ritas cogitet, sed singulari deli-beratione diuina, & exemplo moneri omnes homines & omnes gentes sciamus.

Tripartita historia ex tribus scriptoribus collecta est, ex Theodo-reto, Socrate scholastico, & Sozomeno.

Augustinus venustè discernit Filium à Patre, inquiens: Pater agit à se, Filius per se. Illæ phrases Augustini sumptæ sunt ex hoc loco Genes.19. Pluit Dominus, id est, Filius, à Domino, id est, ab æterno Patre. Pater à se agit tanquam fons diuinitatis & omniū operum diuinorum. Filius non à se, sed per se, id est, vñā cum Patre & Spiritu sancto. Sic de Filio dicitur Iohann.1. Omnia per ipsum facta sunt, & Paulus in-

quit: A quo, per quem, & in quo sunt omnia. Basilius in lib. de Spiritu sancto, de his & similibus phrasibus copiosè differit. Hoc etiam loco obseruandum est, ingens peccatum esse, vagarum libidinum confusione. Nam Filius Dei aliás non est minister iræ, sed misericordia, vt Matth. 9. Veni vocare peccatores ad pœnitentiam: sed in hac tragœdia ipse est executor pœnæ, quam meriti erant ciues Sodomita. Deus duo peccata præcipua odit, idolatriam & libidinem. Irrascitur omnibus peccatis sine exceptione, sed tamen sunt gradus delictorum. In istis duobus Deus simpliciter non dispensat.

Genes. 48. Benedic at his pueris
Deus, qui pauit me ad hunc
vsque diem, & angelus, qui me
eripuit ex omnibus malis. In hoc dicto Filius Dei nominatur an-
gelus, quia Euangelium immediate profert ex sinu æterni Patris,
& semper fuit & est custos suæ Ecclesiæ. Sunt autem proprietates
diuinæ naturæ, liberare à cunctis malis, à peccato & morte, & à fu-
roribus Diabolorum, & restituere iustitiam & vitam æternam.

Exodi 15. Dominus est fortis
bellator. Iehoua est nomen eius,
dextera tua Iehoua percussit ini-
micum, & per Spiritum faciei tuæ congregatæ sunt aquæ. Horum
verborum optimus interpres est
qui eduxit eos de mari cum pa-
store gregis sui: ubi est, qui po-
suit in eo Spiritum sanctum
suum? qui eduxit dextera Moy-
sen brachio maiestatis suæ? quis
scidit aquas ante eos? Et deinde
addit: Spiritus Domini ductor
eius fuit. Hæc dicta perspicue
discernunt æternum Patrem, &
Filiū, qui appellatur brachiū
maiestatis diuinæ, quia per i-
psum omnia facta sunt, & Spi-
ritum sanctum.

Loquitur de filiis Ioseph, Ma-
ris Deus, qui pauit me ad hunc
nasce & Ephraim.

In his exemplis videmus ope-
ra Trinitatis esse communia.

Esaias cap. 63. inquiens: Vbi est,
qui congregatæ sunt aquæ. Horum

Mare rubrum est sinus Arabi-
cus, cuius aquas diuisit Deus, nō
ad aliquot passus aut stadia, sed
per aliquot dies & millaria Ger-
manica. Nam exierunt ex Aegy-
pto sexies centena millia virorū,
exceptis mulieribus, filiis, ancil-
lis, seruis. Non igitur uno die aut
paucis horis potuit traduci tan-
ta multitudo.

Quemadmodū manus est or-
ganū organorū, ita per Filium in
Ecclesia omnia salutaria opera
funt à Patre.

2. Reg.

2, Reg. 23. Spiritus Domini locutus est per me, & verbum eius factum est per linguam meam. Deus Israëlis dixit ad me, defensor Israëlis locutus est, qui est iustus gubernator inter homines, & sic dominatur, ut Deus timeatur. Diserte affirmat Dauid, se fuisse organum Spiritus sancti, qui est tertia persona diuinitatis, & semper locutus est per Prophetas: & Mediatorem Filium, qui ludic in orbe terræ, & cuius deliciæ sunt versari inter filios hominum, distinguit à Deo Israëlis, non quidem essentialiter, sed respectu personæ.

Psalm. 2. Dixit Dominus ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui. Hic psalmus discernit Messiam à filiis adoptionis, eiq; tribuit societatem regni & nominis diuini: præcipit etiam ut vero timore & fide omnes hunc Deum colant. Quare confitendum est hunc Messiam esse natura Deum, & de substantia Patris genitum.
cit apud Esaiam: Gloriam meam alteri non dabo.

Tertium sumitur à pondere verbī: Seruite Domino in timore. Scribitur autem in Mose: Dominum Deum adorabis, & illi soli seruies.

Quartum sumitur ex epiphonemate psalmi: Beati omnes, qui confidunt in eum. In Esaiā autem dicitur: Maledictus, qui ponit carnem brachium suum.

Psalm. 67. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Hæc repetitio appellationis Dei non est otiosa, sed sine ulla dubitatione monstrat ordinem & discrimina personarum. Ideo enim Mediatorem Deum & homi-

In psalmo secundo 4. sunt testimonia, quod Christus sit natura Filius Dei.

1. primum sumitur à discriminatione Filij vngeniti & filiorum adoptionis. Ita enim inquit Christus: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Secundum sumitur à societate eiusdem regni & potentiae. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. At Deus di-

cit apud Esaiam: Gloriam meam alteri non dabo.

Christus Esaiæ 7. dicitur Immanuel, & hoc in loco Deus noster, propter duas causas: 1. Quia est caro de carne nostra, & os ex ossibus nostris. Ephes. 5. 2. Quia habitat in nobis per fidem.

nem nominat Deum nostrum, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre, qui est plenus gratia & veritate. Neque verò tantum est Immanuel, id est, Deus nobiscum, propter societatem eiusdem naturæ, sed etiam in cordibus nostris habitat per fidem, ut Ephes.3. dulcissimè dicitur.

Psalms.110. Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Appellat Messiam Dominum suum, respectu personæ & officij. Et si enim Messias natus est ex semine Dauidis secundum carnem: tamen est Dominus Dauidis, & quia supra omnes creaturas exaltatus est, & quia Dauid & omnes sancti tanquam vasalli ab hoc Domino accipiunt feudum vitæ æternæ.

Daniel 9. Domine Deus exaudi nos propter Dominum, id est, propter promissum liberatorem.

Osee 1. Sic dicit Iehoua: Ego miserebor domus Iuda, & saluabo eam per Iehouam Dominum eorum, non saluabo eos per arcum & gladium. Intelligit præsidia humana, quæ sunt incerta & imbecilla.

Hæc verba necesse est intelligi de discrimine diuinitatis mittitis & personæ missæ ad Ecclesiam, quæ est Deus & homo. Quid est igitur, cur dubitandum sit, quin Ecclesia inde usque ab initio collecta, hoc mysterium Trinitatis non modo agnoverit, sed etiam pie & reuerenter adorauerit.

Vna & eadem est fides patrū, Prophetarum ac Apostolorum. Hoc declarari potest ex psalmo

68. qui est panegyricus scriptus ornatè & copiosè de gloriose triumpho Christi in ascensione. Solebat enim dux vixit, ut exépli causa AEmilius Paulus, vehicurru, quæ alij antecedebant, alij sequebantur: Ita cogitemus patres & Prophetas, qui ante Christi aduentum fuerunt, antecessisse currum Christi triumphalem: Apostolos & eorum auditores usque ad finem mundi sequi eundem currum. Est igitur eadem fides patrum & Prophetarum & nostra, nec quicquam interest, nisi hoc temporis discrimen. Illi crediderunt in venturum iuxta diuinæ promissiones, nos in exhibitum.

De discrimine personarum Diuinitatis.

C A P. IX.

DISCRIMINÆ æterni Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ostendunt ipsæ definitiones. Describamus igitur personas, & præcipua discrimina consideremus.

Galenus laudat methodum δειπνικῶν, quam dicit ἀντεcellere συνθέσει & ἀναλύσει propter duas causas. 1. Quia vera definitio continet summam totius rei propositæ. 2. Quia vera definitio est præcipuum memoriarum adminiculum. Nam memoria non debet onerari multis imaginibus, sed quod breviores & pauciores sunt imagines, eò illas retinet fidelius.

Pater æternus est prima persona diuinitatis, non nata, nec aliunde procedens, sed quæ ab æterno genuit Filium imaginé suam, & à qua procedit Spiritus sanctus, & quæ cum Filio & Spiritu sancto omnes alias res creauit & conseruat.

Descriptio Patris est sumpta ex symbolo Athanasij, in quo dicitur: Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus, nec procedens, & vt loquitur Epiphanius, est fons diuinitatis. Pater nō mititur, sed mittit Filium & Spiritum sanctum ad Ecclesiam. Ideo in definitione Filij & Spiritus sancti duo sunt obseruanda. 1. Qualis sit persona respectu Patris. 2. Quod sit eius officium erga Ecclesiam. Paulus i. Timoth. 2. inquit, Vnus est Deus, vonus etiam Mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. Colloca ergo Filium inter Deum & Ecclesiam. Quid est Filius respectu Patris? Est imago essentialis & integra æterni Patris, vt Ebr. 1. & ad Colos. 1. dicitur: Nominatur autem essentialis & integra imago ad differentiam imaginis, quæ est impressa homini, quæ est creata. Nos sumus moneta Dei, cui impressa est imago Dei per similitudinem.

Quid est Filius respectu nostrí quoad officium? Est persona missa à tota diuinitate ad Ecclesiam, vt fiat homo & victimæ, & resuscita ta à morte, teneat æternum sacerdotium & regnum. De hoc officio

inquit Paulus: Qui est donatus nobis, ut sit nostra sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Sapientia, quia patefecit nobis Euangeliū, quod est summa sapientia: Iustitia, quia nobis imputatur eius meritum & passio: Sanctificatio, quia per eum datur Spiritus sanctus. Denique Christus est nostra redemptio dupliciter. 1. Quia soluit λύτρον Patri pro peccatis generis humani. 2. Quia in vniuersali iudicio liberabit Ecclesiam ab omnibus malis.

Teneamus igitur definitiones in Ecclesia sobriè traditas, nec delectemur nouitate. Apud Quintilianum lib. i. leguntur haec verba: Filius discit linguam à matre, & sollicitè custodit amictum, quem mater circumdedit. Quæ est nostra mater, à qua discimus linguam? Ecclesia orthodoxa. Ergo cùm de Deo loquimur, loquamur cum Ecclesia, quæ vtitur verbis Euangelij.

Filius æternus est secunda persona diuinitatis, quæ est substantialis & integra imago æterni Patris, quā Pater ab æterno gignit, quæ nobis sic manifestata est, quod sit persona, per quā Pater dicit decretum & totum ordinem creationis & reparationis hominū, & mittitur, ut patefaciat Euangeliū, & sit Mediator, Redemptor, Iustificator & Saluator.

Spiritus sanctus est tertia persona diuinitatis, procedens à Patre & Filio, & est substantialis amor & lætitia coæterna inter Patrem & Filium, & nobis sic manifestata est, quodmittatur in corda credentium, ut tales motus amorem & lætitiam acquiscentem in Deo in eis accendat, qualis est ipse.

& omnes virtutes primæ & secundæ tabulæ. Ita à Paulo 2. Timoth. i. dicitur: Spiritus fortitudinis, dilectionis & modestiæ. Fortitudinis, quia confirmat nos contra dubitationes nobiscum natas & contra metum in periculis. Dilectionis, quia Spiritus sanctus non tantum est amor substantialis inter Patrem & Filium, sed etiam est vinculum amoris inter Deum & Ecclesiam, & inter ipsa Ecclesiæ membra. Modestiæ, quia flectit homines non ad superbiam & arrogantiæ, sed ad humilitatem. Oportet enim nos conformes fieri Filio Dei, qui inquit: Discite à me, quia mitis sum, & humili corde.

Quare mittitur Spiritus sanctus ad Ecclesiam? ut sit Spiritus gratiæ & precum. Gratiæ, testificans de gratia & misericordia Dei. Precum, quia accedit in nobis veram inuocationem,

Ex his descriptionibus intelligi potest, duplicitia esse discrimina personarum diuinitatis. Alia sunt interiora, ut gignere, nasci, procedere. Alia sunt à beneficiis erga Ecclesiam sumpta, ut Filius pro nobis factus est victima. Spiritus sanctus mittitur in corda, ut in eis accendat nouam lucem, iustitiam & lætitiam.

Etsi auté vtraque discrimina aliquo modo cognosci necesse est, tamen hæc quæ ab officiis sumuntur, magis conspicua sunt, quorum cogitatio pias mentes consolatur & confirmat. Quare prodest ea in inuocatione considerare & sacerdotes recipere.

Quærat aliquis, cùm fide per Filium simus iusti, quomodo in nobis efficiat iustitiam Spiritus sanctus? Respondeo. Differunt iustitia imputativa, & iustitia per Spiritum sanctum in nobis accensa. Iustitia imputativa est relatio, id est, est remissio peccatorum & reconciliatio cum Deo, & acceptatio ad vitam æternam, quæ fide accipitur. Iustitia à Spiritu sancto incoata, quæ consummabitur post hanc vitam, est quædam conformitas nostrarum virium cum Deo. Et hæc iustitia est qualitas aliquo modo congruens cum Lege Dei. Sic igitur hæc concilianda sunt. Relativa iustitia, qua acceptamur à Deo, est beneficium proprium Filij. Rom. 4. Iustitia, quæ est qualitas nostris cordibus infusa, est beneficium & effectus Spiritus sancti.

Quid intersit inter nasci & procedere.

C A P. X.

IS CRIMEN inter nasci & procedere à veteribus scriptoribus traditum, piè, reuerenter, & sine cauillatione retineatur. Sumitur autem declaratio huius discriminis ab anima hominis, in qua sunt mens, cogitatio, quæ est imago rei cogitata, & motus, qui est impulsio spirituum.

In anima hominis tria sunt præcipua, 1. Ipsa mens, 2. Cogita-

tio mentis, quæ format imagines rerum, quamvis euanescentes. 3. Motus, qui non sit sine spiritu. Mens est principiū cogitationis & omniū motuū in anima. Ita Pater æternus est qualiter in diuinitate & fōs diuinitatis, πνεύμα θεότητος, iuxta Epiphanium. Filius est λόγος, id est, verbum Patris. Ut autem in nobis formatur verbum cogitatione: ita λόγος Filius Dei gignitur à Patre sese intuente & perfectissimè considerante, quod quomodo fiat, descendum est in vita æterna. Tertiò est in anima Spiritus seu motus, qui sequitur cogitationem. Omnem enim affectum & motum antecedit cogitatio: ita Spiritus sanctus non nascitur, sicuti Filius, sed procedit tanquam agitator à Patre & Filio.

Æternus Pater est veluti mens. Hic sese intuens, & perfectè cognoscens, cogitatione illa gignit imaginem suam. Nos formamus imagines euancescentes, sed ipse gignit imaginem non euancescentem, sed subsistente, & ut in Symbolo dicitur, lumen de lumine, in qua imagine lucent Patris sapientia & bonitas. Huius declarationis testes sunt Tertullianus, Basilius, Nazianzenus, Augustinus & Lutherus, quorum dicta paulò post in loco de Filio Dei recitabo. At procedere est à voluntate, quia Spiritus sanctus est agitator & lātificator.

S C H O L I A O B I T E R A D D I T A I N explicatione textus Locorum Theologorum Philippi Melanthonis.



Deo est conditum]

Propositio de fine hominis, id est, de fine creationis, redemptionis & sanctificationis naturæ humanae.

Imago Dei]

Imago Dei in homine tria complectitur, sapiētiam, iustitiam & libertatem voluntatis. Sapientia est notitia Legis & totius naturæ rerum, quas Deus vult aspici. Obiecta præcipua sapientiae sunt: Deus ipse, natura rerum, virtus seu lex. Agnouit igitur Adam antelapsum perfectè Deū sine errore & dubitatione. Deinde fuit

fuit optimus philosophus, considerauit totam rerum naturam, non foris, sed intus. Tertiò intellectus Legem Dei & omnia officia virtutum. Altera pars imaginis est iustitia & sanctitas. Iustitia est obedientia congruens cum Lege Dei. Sanctitas est obedientia relata ad celebrationem Dei. Potest enim aliquis esse iustus, etiam si non sit sanctus. Tertia pars imaginis est libertas voluntatis, non impedita intus aut foris.

Templum Dei]

Quærat alius: Cùm Deus sit ubique, quomodo habitet in Ecclesia? Respondeo. Alia est præsentia generalis, quæ dicitur prouidetia, sustentatio & conseruatio omnium rerum: alia est specialis, quæ ad solam Ecclesiam pertinet, & nihil aliud est nisi sanctificatio, qua Deus Ecclesiam per Spiritum sanctum regenerat & renouat ad vitam æternam, & simul in ea verè habitat, & est efficax iuxta dictum, Venientius ad eum. Omnis igitur credens in Filium, & habens Spiritum sanctum, est templum & domicilium Dei. Augustinus in epistola 57. ad Dardanum. Deus est ubique per diuinitatis præsentiam, sed non ubique est per habitationis gratiam, sed in solis tantummodo fidelibus.

Vult enim Deus agnoscî]

Ratio propositionis. Vult Deus à nobis agnoscî & celebrari. Non ut ipsi sit melius, sed ut possit se nobis communicare. Non enim sit communicatio Dei sine mutua agnitione.

Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini]

Tres sunt causæ, cur longior vita à Deo petenda sit. Prima est agnitus Dei. Secunda exercitium huius agnitionis, in magna varietate negotiorum & periculorum. Tertia causa est propagatio doctrinæ ad posteritatem.

Sit prima & præcipua cura]

Duæ sunt præcipuae curæ hominis. una de studio doctrinæ, altera de adiunctione ad veram Ecclesiam. De prima cura inquit Christus: Hæc est vita æterna, ut agnoscat te solum verum Deum, & quæ misisti Iesum Christum. De altera in psalmo 27. dicitur: Vnam petij à Domino, & hanc requiram, ut habeam in domo Domini.

Sed humanæ mentes]

Aduersatiua, continens querelam de caligine mentis humanæ post lapsum.

Et quanquam esse Deum]	Occupatio.
Quanquam vtcunque mēs]	Alia occupatio.
Tamen nihil nouit]	Quia vt Iohan. i. dicitur, Deū nemo vidit vnquam, id est, volū tatem Dei de nostra salute nemo sciuit.
De remissione peccati]	Neque etiam de causa tantarum calamitatum, quicquam sciunt homines, vnde Brutus, cùm necem sibi consicseret, teste Plutarcho, in vita Bruti, exclamauit: O Iuppiter, quæ est causa tantorum malorum?
Pestem Atticam]	Anno 2. belli Peloponesiaci, quod durauit annos 28. tanta pestis grassata est Athenis, vt multis membra putrefacta vi morbi à reliquo corpore deciderint. Deinde aliqui, qui cōualuerunt, ex eo morbo amiserint facultatem memoriae, & proprij nominis sunt obliti.
Pestilentiam]	Atticam describit Thucydes lib. 2. & Lucretius lib. 6.
Oedipus]	Qui interfecit Patrem, & ignorans duxit matrem Iocastam, ex qua procreauit filios & filias. Tandem re patefacta pulsus est à suis ciuibus in exilium, & ictus fulmine absorptus est hiatu terræ. Filij duo Eteocles & Polynices de regno dimicantes mutuis vulneribus conciderunt.
Cùm igitur]	Conclusio.
Quod est Sol in mundo]	hoc est, patefactio in Ecclesia.
His illustribus testimoniiis]	Vsus patefactionis diuinæ.
Non nosset persipientiam]	Hinc aliqui inferunt: Ergo nulla est notitia naturalis de Deo. Respondeo. Mundus Deum non cognouit integrè per notitiam naturalem, aut ex creatione rerum. Non enim hoc Pauli dicto tollitur notitia naturalis, nec tollitur ratiocinatio de Deo, sed discernitur Euangelica notitia Dei, quæ est integra, à philosophica, quæ est multa & manca.
Stultam prædicationem]	non quòd talis sit, sed quia impiis & hypocritis ita videtur.
Cùm peteret Philippus]	Cap. 14. Iohannis: Omnes homines ardent desiderio videndi ipsam diuinitatem, quæ est in hac vitâ inuisibilis. Hoc desideri⁹ impulsus Philippus Apostolus ad Christum

ftum dixit: Domine ostende nobis Patrem, id est, ostende & ipsam diuinitatem & arcana Dei consilia in gubernatione. Ad hanc quæstionem intempestiuam respondet Christus: Tanto tempore vobis sum, & non cognouisti me. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Hoc dictum ita declarat Basilius, enarrans caput primum Iohannis: Mens illustrata luce Spiritus sancti ad Filium respicit, & in eo veluti in imagine Patrem cernit. Et Augustinus tractat. i. in Iohan. A Christo incarnato nemo recedat, donec perueniat ad Christum ab æterno patre natum. Hæc congruunt cum Pauli dicto: Nos omnes reæcta facie gloriam Domini in speculo intuentes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu, id est, per verbum Euangelij Spiritus sanctus est efficax, & nos renouat ad imaginem Filij, in qua cernimus Patrem. Quæramus autem Christum in hac vita inuolutum fasciolis maternis, id est, scriptis Propheticis & Apostolicis.

Verbum & testimonium]

Cùm Deus non possit cerni oculis corporis in hac vita, trædit duo media, per quæ rectè agnoscit, & ab omnibus aliis naturis, quæ non sunt Deus, discerni potest. Primum auribus percipitur, quod est verbum, vt in primo præcepto dicitur: Ego sum Dominus Deus tuus. Alterum incurrens in oculos, & quasi visibile verbum, est testimonium seu miraculum, id est, opus naturæ omnipotëtis, quod nulla creatura efficere potest, vt eductio populi per mare rubrum, & miranda defensio in deserto. Sed de hac sententia infrà plura dicentur, in enarratione primi præcepti.

Sic in primo præcepto]

Exemplum regulae de modo cognoscendi Deum.

Præcipue duabus rebus]

Secundū caput dediscrimine verae & falsæ inuocationis Dei.

Ruunt vel in contemptum
Dei, vel æternas desperationes.

Effectus dubitationis aut est
contemptus Dei Epicureus, aut
desperatio. 1. Corinth. 10. dicit

Paulus. Non apprehendit vos tentatio nisi humana. Hinc colligimus duplices esse tentationes. Alias humanas, ortas ab humana imbecillitate, id est, à stultis opinionibus aut affectibus. Alias Diabolicas, quales sunt istæ duæ extremæ, contemptus Dei & desperatio. Contra has tentationes petimus: Et ne nos inducas in tentationem. i. ne finas nos impulsoſ ruere vel in profanitatē, vel in desperationem.

E contra verò Ecclesia Dei affirmat]

cet cōminationum & promissionum, obedientiæ & contumaciæ.

Mirabili & inenarrabili con-

filio]

lans parem compensationem pro peccato. Deinde misericordia, quæ non voluit perire totum genus humanum. Tertia est sapientia, quæ mirabiliter temperauit iustitiam & misericordiam.

Deus est essentia spiritualis]

Quatuor sunt partes huius definitionis, sicut illa initio traxita est à Domino Philippo. 1. Prima recitat proprietates Dei. De his proprietatibus Dei duæ res commonefaciunt. Lex Dei & creatio hominis. Nam Deus talis est, qualem se in Lege expressit. Deinde brutares non est causa naturæ intelligentis, iuxta regulam Dialecticam: Impossibile est causam esse deteriorem effectu toto genere. Secunda monstrat discrimen personarum. Tertia loquitur de actione generali, id est, de creatione & prouidētia. Postrema de actione speciali, id est, de collectione Ecclesiæ. Ista paululum mutata sunt in recenti editione Examinis Theologici.

Omnipotens]

Deus ita est liber & omnipotens, vt tamen non discedat à sua rectitudine & à cæteris proprietatibus. In hanc sententiam Augustinus præclarè dixit lib. 5. de ciuitate Dei cap. 10. Rectè omnipotens dicitur, quitamen mori & falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non faciendo quod non vult. Quod si accideret, nequaquam esset omnipotens. Et Tertullianus aduersus Praxeum: Plane Deo nihil difficile est, sed si tam prærupte (audacter, petulanter) in præsumptionibus nostris hac sententia vtamur, quid uis de Deo cōfingere poterimus, quasi fecerit quod facere potuerit.

Rhetores in statu conjecturali tradunt duos locos, voluntatem & facultatem. Nam ad actionem naturæ rationalis requiruntur illa duo. Sic in sacris literis cùm aliquid probare volumus, prius de voluntate Dei dicendum est, & ea probanda expresso verbo, antequam disputeremus de omnipotentia. Ut de resurrectione mortuorum expressa

Altera pars ἀνθερωπος. Maxima pars cōcionum Prophetarum est perpetua ἀνθερωπη, scilicet

pressa est voluntas Dei. Iohan. 6. & alibi. De hac quia constat, tunc nos conuertimus ad omnipotentiam Dei. Contrà verò cùm multis argumentantur.

Deus est omnipotens.

Ergo hoc vel illud potest facere.

Respondeo. A possibiliate & omnipotentia Dei ad voluntatem sine reuelatione, non valet consequētia. valet autem à voluntate reuelata ad possibilitem & omnipotentiam Dei. A posse ad velle nihil sequitur. Deus enim ita moderatur suam omnipotentiam, vt nō incurrat in cæteras proprietates, seu vt non turbetur illarum harmonia.

Specie columba]

Coruus aspernatur doctrinā Ecclesie, & est odiosus clamator,

ferens λογιμαχίας, quas Galenus coruorum contentiones nominat: Columba non deserit arcum, id est, Ecclesiam, nec clamat, sed gemit, & gestat ramum oleæ virentis, id est, puræ & salutaris doctrinæ. De hac allegoria Augustinus tractatu 6. in Iohannem, & D. Lutherus in cap. 8. Genes.

Felle columba caret, rostro non lædit, & vngues

Possidet innocuos, granaq; pura legit.

In hanc patefactionem]

Athanasius: Ito ad Iordanem,

& videbis, scilicet patefactionē

diuinitatis maximè illustrem, & discrimen personarum. Dicat aliquis, Quomodo possum ire ad Iordanem?

Et quò non possum corpore, mente feror.

Sic de Deo sentiendum]

ἀξιωμα Theologicum, princi-

piū fide dignum sine villa proba-
tione. Breuis est aphorismus, sed sustinet velut fundamentum totius ædificij, vniuersam doctrinam Ecclesiæ.

Percurre vtcunque]

Epilogus tertij capit. s.

Has virtutes non esse acci-
dentialia.

In Deo non est accidentis ab-
solutum, vt quantitas & qualita-
tas. Sunt autem in Deo relatio-

nies, quæ non differunt realiter ab essentia. Hanc sententiam confir-
mat Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei cap. 10. In Deo non aliud est
qualitas, aliud substantia, & tamen relatiuè quæque persona ad alte-
ram dicitur. Pater habet relationem ad Filium, Filius mutuam re-

lationem ad Patrem. Pater & Filius ad Spiritum sanctum , & vicissim Spiritus sanctus habet relationem ad Patrem & Filium. Filius est Patris Filius, Spiritus sanctus est Spiritus non tantum Patris , sed etiam Filii. Hoc testatur Paulus Galat. 4. Quoniam autem estis Filii Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem Abba Pater.

Prima & notissima ceremonia] Primam ceremoniam appellat baptismum , quia est clavis, qua aperiuntur fores Ecclesiae & regni cælorum. Ut autem per baptismum renascimur & inserimur Christo & Ecclesiæ: ita in Cœna Domini accipimus alimenta convenientia huic spirituali regenerationi.

Quem Dœum agnosces] Baptismus est mutua obligatio inter Deum & baptizatum, ut 1. Petri 3. scribitur: Baptismus est stipulatio bonæ conscientiæ erga Deum per resurrectionem Christi. Nam Deus obligatus est ad communicationem suorum bonorum , nos vicissim obligamus ad reddenda àvrilæ, id est, ad veram agnitionem & celebrationem Dei. Stipulatio est verborum obligatio. Omnis obligatio contrahitur aut consensu, aut re, aut verbis, aut literis. Ad verbalem obligacionem pertinet stipulatio, quæ plus habet momenti, quam nuda promissio.

De gubernatione miranda sanctorum] Psalm. 4. dicitur: Dominus misericordia sanctum suum, id est, mirabiliter regit, defendit, seruat a litera quam humana ratio iudicat. Bella non procedunt iuxta dicta, inquit Thucydides: ita Ecclesia non regitur humanis consiliois.

Oues meæ vocem meam audiunt] Quinque sunt officia pastoris Christi. 1. pascere, id est, docere & consolari. 2. Regere Ecclesiam & singula membra. 3. defendere aduersus vim & fraudem hostium. 4. Mederi vulneribus Ecclesiæ. 5. Gestare imbecillas ouiculas. Esaiæ 40. Sicut pastor agnos recés editos in campo, collocat in gremium, donec in ouile ventum est. Gremium est ministerium. Ouile, vita æterna.

Intra se se]

Extra creaturas. Sicut vnitatis habet singulare priuilegiū, quod nullus

nullus numerus habet. Primum enim non est numerus, cùm non sit ex multitudine collectus, & tamen est diuersa collocatione, seu diuerso respectu & consideratione, quadratum & cubus, & est radix vtriusque, tam quadrati, quam cubi: ita Deus est unus in essentia, & est trinus in personis. Nec unitas mutat trinitatem, nec trinitas tollit unitatem, sed ista dicuntur diuerso respectu. Cùm enim Deus intra se desribitur, personæ discernuntur. Cùm opponitur creaturis, fit mentio unius æternæ essentiaz.

Dominus unus est]

scilicet essentialiter.

Iehoua]

Fons omnis essentiaz, qui semper est, semper fuit, & semper erit. In Deo non est discriminem præteriti, futuri & præsentis.

Formans lucem & creans te- nebras]

nebras]

id est, corpora lucida & opaca. Opacum corpus est terra. Lucida aut actu sunt talia, ut corpora cœlestia & ignis, aut sunt potentialia lucida, ut aér & aqua, quia sunt cœlia lucis. vel simpliciter creans bona & ordinans pœnas, quæ significantur appellatione tenebrarum. ut Micheæl 3. Cùm federo in tenebris, Dominus lux mea est.

In tenebris]

id est, in morte, morbis, calamitatibus.

Lux]

id est, consolator, viuificator meus.

Vnus est Deus]

Vnus est Deus]

Exclusiva opponitur commentitiis numinibus, non personis diuinitatis. Non enim excluditur à diuinitate Filius & Spiritus sanctus.

Ex quo, per quem]

Ex quo, scilicet Patre, tanquam à fonte diuinitatis & diuinorum operum. per quem, scilicet Filium, tanquam causam δημιουργίας fabricatricem, architectricem. In quo, scilicet Spiritu sancto, tanquam in causa τελειωπᾶν, perficiente opera Trinitatis.

A quo, scilicet Patre, tanquam à fonte diuinitatis & diuinorum operum. per quem, scilicet Filium, tanquam causam δημιουργίας fabricatricem, architectricem. In quo, scilicet Spiritu sancto, tanquam in causa τελειωπᾶν, perficiente opera Trinitatis.

De tribus personis Diuinitatis.

Intelligens]

Intelligens]

Ad differentiam brutæ naturæ. Afinus et si sit individuum: item non est persona, quia non est singulare intelligens.

Incommunicabilis] propter proprietatem personalem, quæ non potest cum aliis individuis communicari, vt Pater est persona incommunicabilis, quia solus Pater est persona signans, non genita aut procedens.

Tres verè subsistentes, non communitios] Statim subiicit àrtifex, quæ est optima docendi ratio. Iurisperiti dicunt: Ferro viam aperit, qui per contraria currit.

Cesserunt] Thucydides lib.4. Non turpe est cedere amicos amicis, nec ducentes oportet stulta contentio amore. Cedunt inter se corpora cælestia miris anfractibus, vt hoc veluti obsequio sine contumacia harmonia retineatur. Omnes planetæ se accommodant ad motum Solis, & cedunt primo mobili, quod est rapidissimum. Huic rapiditati cedunt planetæ in obliquo circulo, qui dicitur Zodiacus.

Verbis in Ecclesia iam visitatis utramur] Quia mutatio phrasium, aut errores aut dissidia parit.

Seruetus] qui fuit Hispanus, & per Africam vagatus in scholis Mahometicis, tandem venit Venetias, & ibi edidit scripta blasphemæ in Filium Dei. Postea Genevæ in Sabaudia supplicio affectus est, vide Schleidanum lib.25.

Cicero inquit: Magnum est in Repub.] Vbi addūtūr hæc verba: Quia non tantum seruit auribus, sed etiam oculis. Idem 3. officiorum.

Ponit personam amici, cùm induit Iudicis, quia iustitia debet anteferrī priuatis coniunctionibus.

Ad sanctificandas mentes] Sanctū significat ipsum Deū & res, quibus se Deus communiceat, vt homo conuersus ad Deum, verè templum Dei sanctum dicitur, quia Deus in eo habitat, & ei communicat sua bona, sapientiam, iustitiam, lætitiam.

Etsi autem omnes angelicæ] Concludit per occupationem vel præcisionem, qualis est illa Rom.1. O altitudo diuinarum. Iustinus

Iustinius Martyr in lib. de Trinitate, pagina 177. Etsi penitus diuinitas perspici non potest, tamen discendi cupiditas non est abiicienda, quia hac ipsa inquisitione Dei nos cum eo copulamur.

Quanquam hæc arcana] Duæ sunt Academæ. Vna in
hac vita, & altera in futura, cœlestis, cuius nemo erit ciuis, nisi prius sit diligens discipulus in schola
huius vitæ, vt dicitur 2. Corinth. 5. Superinduemur, si tamen non
nudi reperiemur.

Fœtus in aluo] Esaias cap. 46. vtitur hac similitudine Anatomica, comparans Ecclesiam fœtui, qui gestatur in aluo materna, & nutritur non per os, sed per vmbilicum. κοτύλη appellatio mensuræ, acetabulum. Cotyledones sunt orificia venarum & arteriarum desinentium in matricem.

Ad declarationem quid sit persona, solutiones horum argumentorum prosunt:

Hæc essentia diuina est Pater.

Hæc essentia diuina est Filius.

Ergo Filius est Pater.

R E S P O N D E O .

Nego consequentiam. Quia in syllogismo expositorio oportet medium esse singulare propriissimè dictum, hoc est, incomunicabile. Essentia autem diuina etsi individua (id est, simplex & vna) est, tamen communicabilis est.

Aliud argumentum.

Idem non gignit seipsum.

Essentia est eadem.

Ergo essentia non gignit essentiam.

Respondeo ad maiorem: Idem, quatenus est incomunicabile, non gignit sese. Sed idem quod est communicabile, communicatur genito. Est autem essentia comunicabilis. Ergo comunicatur genito.

Summa hæc est: Essentia quatumuis est substantia, intelligens, individualis: tamen est communicabilis Patri, Filio & Spiritui sancto. Alias Paternon posset gignere Filium, Filius non posset gigni, Spiritus sanctus non posset procedere. Sed persona est substantia, individualis, intelligens, incomunicabilis.

Studioſis in Academia Lipsica

S. D.



A E P E in Ethicis hæc commonefaſtio prōponitur, quæ cōtinet doctrinam in oīni vita necessariam, de fine & de mediis. Qui finem expetit, non fugiat media ad finem ducentia. Non enim cæco impetu currēdum est sine cogitatione finis, & sine prudentia eligēte media salutaria, sed & mens iustum finem intueri, & voluntas quadam excelsa constantia eligere & tueri legitima media debet. Iohannes autem Apostolus & Euangelista vno versu locum totum conficit de fine & mediis studij Theologici cap. 20. inquiens : Hæc scripta sunt, vt credatis, quod Iesus sit Christus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Nam finis, ad quem ſtudia doctrinæ Christianæ referuntur, non eſt vanus honor, nec voluptas fugax & euaneſcens, ſed ſalus animarum, vt Petrus inquit: τὸ τέλος τῆς πίστεως ἡ μῶν σωτηρία φυχῶν. Media verò ad hanc metam ducentia ſunt duo articuli, vnius de persona, alter de officio Christi. De persona firmissimè ſtatuendum eſt iuxta diuinās patefactio-nes recitatas in Propheticis & Apostolicis ſcriptis: In hoc Filio Dei, Domino noſtro Iesu Christo, nato ex virgine, cruciſxo pro nobis & reſuſcitato, duas eſſe naturas, diuinam & humanam ſic vniitas, vt ſit vna persona. Nomen officij eſt Christus, id eſt, rex & Sacerdos Ecclesiæ, vñctus ab æterno Patre non quidem balsamo, ſed Spiritu sancto. Agnoscamus igitur hunc Christum Deum & hominem, & gratias agamus Deo pro hoc immenso beneficio, quod Filium voluit affumere humanam naturam, & hunc Fi- lium, Deum & hominem voluit eſſe redemptorem & Sal-

Saluatorē & caput Ecclesiæ, quod merito & efficacia sua omnia perficit. Huius sapientiæ ad salutem animarum necessariæ, bona & magna pars piis auditoribus proponitur in loco de Filio Dei, cuius explicationem Dco adiutorie inchoabo die 2. Iulij, in auditorio Collegij Paulini, hora visitata, & iunioribus sum hortator, vt eadem diligentia hanc partem doctrinæ Christianæ cognoscant, quam haec tenus præstiterunt in percipiendo primo articulo de essentia diuina & de tribus personis diuinitatis. Deum precor, vt regat studia docentium & discentium doctrinam Ecclesiæ propriam, & alias artes necessarias huic vita mortali. Bene ac feliciter valete. Die Pentecostes qua celebratur memoria admirandæ patefactionis Spiritus sancti, quem æternus Pater & Filius eius, Dominus noster Iesus Christus in Apostolos, & in cœtum ipsis coniunctum, liberalissima bonitate effuderunt.

M. V. S.

K 3



P R A E F A T I O I N L O C V M
D E F I L I O · D E I
obiter excepta.



V E M A D M O D V M i j , quorum nauis in mari versatur, vel ad paruam cynosuram, vt Phœnices, vel ad clarissimos Septentriones, vt Græci, respiciunt, vt directius gubernent nauigationis sua cursum : ita nos versantes in studiis doctrinæ Christianæ, de duabus rebus cogitemus. Primum de fine nostræ diligentia.

Deinde de mediis, per quæ recto cursu contendere possumus ad metam optatam. De fine studiorum concionatur Petrus i. cap. breui aphorismo. Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestiarum. Et nos in symbolo Apostolico omnes articulos referimus ad spem resurrectionis & vitæ æternæ. Ideo enim credimus Euangelio, vi in hac vita habeamus remissionem peccatorum, & post hanc vitam resuscitati ex morte, fruamur possessione & hereditate vitæ æternæ. De mediis ducentibus ad hanc metam optatam & desiderabilem, semper meminerimus duo insignia dicta, quorum alterum ipsius est Christi, Iohann. 17. alterum est Euangelistæ Iohan. 20. Ita enim Christus in ardentiissima precatione ante postremum agonem inquit: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum esse Christum. Hic disertè coniungit duos articulos necessarios ad salutem. Prior est vera agnitiō essentiæ Dei mittentis hunc Mediatorem ad Ecclesiam, alter est vera agnitiō personæ missæ, id est, ipsius Mediatoris ad Ecclesiam. Iohannes verò cap. 20. sic inquit, monstrans scopum non modò sui Euangelij, sed totius sacræ Scripturæ. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Cum igitur hactenus de priori articulo necessario ad salutem animarum, videlicet de essentiā Dei dictum sit: sequitur locus de persona ad Ecclesiam missa, in quo decem capita sunt obseruanda:

Primum continet præcipuas appellations Filij Dei apud Iohannem & Paulum. Cur vocetur virginitus, quare ab eo respectu Patris & Ecclesie, cur imago.

Galenus in explicatione Aphorismorum: Non est docentis omnia simul dicere, sed singula sunt suis locis designanda.

Secundum

Secundum continet testimonia de diuinitate Messiae, de qua nobis cum Iudeis & Turcis, & omnibus blasphemis acerrima est contentio.

Tertium est historicum, repetens principiarum Synodorum iudicia contra blasphemos, qui post Apóstolos sparserunt venenata dogmata, contumeliosa aduersus Filium Dei, & pestifera Ecclesiae.

Quartum continet refutationem blasphemiae Samosateni.

Quintum continet refutationem blasphemiae Arij.


Sextum continet solutiones argumentorum quorundam Arij.

Septimum est doctrina de unione duarum naturarum in Christo, id est, de propositione Iohannis. Verbum caro factum est.

Octauum continet refutationem Nestorij & Eutychis, quorum alter fuit Episcopus, alter Monachus. Et ut Nestorius distraxit ἀεγονακ carnem: sic Eutyches contrariam hyperboleū defendit, de confusione naturarum in Christo.

Nonum complectitur doctrinam de communicatione Idiomatum.

Decimum habet explicationem questionis de fuga mortis in Christo, an fuerit yitiosa.



LOCVS SECUNDVS
DE FILIO DEI.

De præcipuis Filij Dei appellatio-
nibus.

C A P. I.



AGNA varietas est appellationum, quas Prophetæ & Apostoli Filio Dei tribuunt, sed maximè illustres sunt, quæ apud Iohannem & Paulum extant. Nam Iohannes nominat hunc Filium vnigenitum & λόγον. Paulus εἰκόνα seu imaginem. Filius vnigenitus dicitur, vt discernantur à Christo filij adoptionis. Vnicus est enim Filius vnigenitus, qui est de essentia Patris, Deus de Deo, lumen de lumine. Sed homines renati non minantur filij adoptionis, quia propter vnigenitum diliguntur, qui factus est frater noster, assumpta humana natura, vt nos vicissim efficeremur fratres ipsius naturæ, & tamen alia est essentia creatæ hominis, & alia est diuinitatis, quæ separabiliter est in renatis, qui sunt tépla Dei. Hæc declaratio apud Nazianzenum extat in fine 2. orationis ἀπὸ λόγου.

Adoptio est actus legitimus, quo is, qui filius natura non est, pro filio suscipitur & habetur, vt Paulus Aemylius ex familia Scipionum adoptauit Scipionem Aemylianum. Nos sumus natura filii iræ, sed propter Christum filij adoptionis & gratiæ.

Deus non communicat nobis suam essentiam, ita vt nos dij efficiamur. Semper enim manet discrimen inter Creatorem & creaturam: sed sic efficiimur particeps naturæ diuinæ, quia Filius assumpit naturam humanam, est caro de carne nostra, & os ex ossibus nostris, & nos vicissim inserimus carni Christi velut membra, & alimur ac viuiscamur eodem Spiritu, quo viuiscatur caro Christi. Propter hanc insertio-

nem

nem in carnem Christi, & propter mansionem in Christo dicimus
participes naturæ diuinæ.

Idem Filius dicitur ἀρχὴ, & respectu Patris, & respectu nostri.
Respectu Patris, quia sicut in hominibus verbum cogitatione for-
matur, quod est imago rei cogitatæ, ut cum homo cogitat de ami-
co, illa cogitatione mox format imaginem eius. Ita Pater se se per-
fectè intuens & intelligens, gi-
gnit imaginem suam seu elo-
quitur verbum, quod est ipsius
integra & substancialis imago.
Differunt enim imagines in crea-
turis ab hac imagine in diui-

nitate. Quia imagines in creaturis sunt umbras euanescentes, sed
Filius æterni Patris est imago subsistens, viua, & manens ὁμόστοιχος
Patri, id est, de essentia Patris.

Huius declarationis, quæ rectè sumitur ex vocabulo imaginis,
locupletes testes sunt Tertullianus, Basilius, Nazianzenus, Augu-
stinus & Lutherus. Sic enim Tertullianus in lib. aduersus Præcepta
scribit: Et si Deus nondum sermonem suum miserat, tamen eum,
cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacitè cogi-
tando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat dictu-
rus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem
eam efficiebat, quam sermone tractabat, idque quod facilius intel-
ligas, ex te ipso recognosce, ut ex imagine & similitudine Dei. Vi-
de cum tacitè tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra
te, occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui mo-
tum. Hic sermo est Filius Dei primogenitus, ut ante omnia geni-
tus & unigenitus, & solus ex Deo genitus.

Basilius enarrans exordium Euangelij Iohannis: Quare, inquit,
dicitur ἀρχὴ? Ut ostendatur, quod ex mente prodierit, & sine pas-
sione mentis genitus sit, imago Patris totum in se ostendens Pa-
trem, & perfectus existens per se, sicut & noster sermo totius co-
gitationis est effigies.

Gregorius Nazianzenus in 2. orat. περὶ ἀρχῆς. Dicitur ἀρχὴ,
quia se habet ad Patrem, sicut verbum ad mentem, non tantum
quia mens pariens verbum, nihil patitur, sed etiam quia perpetuò

Mens est quasi pictor. Cogita-
tio est quasi pictura imaginum,
quæ sunt in homine non essen-
tiales, sed actus euanescentes.

coniunctum est Patri, & quia annunciat nobis Euangelium.

Augustinus lib. 9. de Trinitate cap. 12. In homine est quædam imago Trinitatis. Ipsa mens & notitia mentis, tanquam proles eius, & amor, & hæc tria unum, atque una substantia, nec minor proles, dum tantam se nouit mens, quanta est, nec minor amor, dum tantum se diligit, quantam nouit & quâta est. Idem tractat. 14. in Iohannem prolixè hanc sententiam declarat.

Lutherus enarrans caput 1. Genes. Verbum duplex est, creatum & increatum. Verbum increatum est diuina cogitatio manens in Deo, & idem cum Deo, & tamen distincta persona, sic Deus se nobis reuelat, quod sit dictor, habens apud se verbum increatum, per quod mundum & omnia creauit. Huiusmodi cognitionibus boni Patres, Augustinus & Hilarius se oblectarunt. Sed huius arcani consideratio erit sapientia, quam in vita æterna integrè discemus.

Ceterum respectu nostri dicitur λόγος, quia est persona, quam æternus Pater mittit ad Ecclesiam, quæ profert Euangeliū ex sinu æterni Patris, & nos alloquitur, seruat ministerium Euangelij, colligit Ecclesiam immediatè, & mentibus nostris ostendit voluntatem æterni Patris, ac dicit consolationem, quam sonat vox Euangelij, & affectionem per Spiritum sanctum confirmat. Hæc declaratio nominis λόγος simplicior & dulcior est, quam altera de modo generationis.

Congruunt autem ad hanc declarationem plurima dicta, ut quod Elalias cap. 9. nomineum consiliarium, videlicet preferentem hoc mirandum consilium de redemptione & saluatione ex sinu æterni Patris, & postea cap. 41. nominat eum Euangelistam. Et Dominus ipse respondet interrogantibus quis sit: τιλλ ἀρχέτυπον ἡ λαλῶ ἐμίν, id est, prorsus hoc sum, quod loquor vobis,

Sicut prior respectus τοῦ λόγου ad Patrem, arcuus est, nec penitus in hac vita perspicivit vel exhausti potest: sic alter, videlicet ad Ecclesiam, magis accommodatus est ad captum nostræ imbecillitatis, & asserti piis mentibus gratam & salutarem cōsolationem.

Sinus Patris non intelligatur de parte corporis, sed de arcana deliberatione & consilio diuinitatis, cuius non sunt participes angeli aut alia creaturæ.

Vetus translatio habet: prin-
Sum

Sum hic λόγος, qui ab initio cipium quod & loquor vobis. cum Ecclesia loquitur, & eam Hæc versio est obscura, & præ colligit. buit interpretibus occasionem currendi extra viam, ut dicitur.

Nam proverbiū est: Bene quidem currit, sed extra viam, cùm sci-
licet de eo fit sermo qui multa bona dicit, sed non pertinentia ad in-
stitutum. Sic enim & interpres illi disputarunt, cur Filius vocetur
principium, cùm hæc appellatio Patri magis conueniat, qui est fons
diuinitatis & diuinorum operum. Sed non est opus hac disputatio-
ne. Nam τὸν ἀρχὴν apud Græcos usurpat aduerbialiter, ut Latinè
dicitur, principiō, prorsus, omnino. Exemplum huius significatio-
nis apud Sophoclem in Antigone:

Ἄρχει τὸ θηρῶν & πρέπει τὸ μήχανα.

Omnino venari non decet impossibilitas.

Congruit hoc dictum Sophoclis cum illa sententia Aristotelis li.
6. Ethic. Nulla est liberatio de re impossibili, id est, non sunt ter-
tanda impossibilitas.

Ex psalm. 35. de Filio Dei inquit David: Dic animæ meæ, salus
tuæ ego sum. Nam λόγος illustrat mentem agnitione misericor-
diaz, bonitatis & præsentiaz Dei, scilicet qui illuminatur. Quasi
iuxta hæc dicta lohan. 1. Illumi- dicat: Omnes quotquot accipiunt
nat omnem hominem. Matth. lumen, non aliunde accipiunt
11. & cui voluerit Filius reuelare nisi à solo Christo.

Sic Irenæus lib. 3. cap. 20. dulcissimè inquit: Filium propterea
dici λόγον, quia sit persona loquens cum Patribus, & semper adsit
suæ Ecclesiæ. Ipse enim, ut ait Tertullianus aduersus Præxeam pag.
417. ad humana semper colloquia descendit ab Adam usque ad Pa-
triarchas & Prophetas, in visio-
ne, in somnio, in ænigmate, in
speculo, ordinem suum præ-
struens [preparans] ab initio sem-
per.

Suprà dictum est de sex mo-
dis patefactionis diuinæ. Inter al-
lios autem etiam hi recensentur:
visio prophetica & somniū. AE-

nigma & speculum sunt verba

Pauli, quibus vtitur 1. Corinth. 13. vbi discernit sapientiam huius vi-
tæ à sapientia æternæ Academiæ. videmus, inquit, in speculo, in æ-
nigmate, tunc autem facie ad faciem, id est, postea fruemur clarissi-
mo conspectu Dei. Non tantum essentiam & voluntatem Dei vide-

bimus, sed etiam causas & consilia omnium mirandorum operum Dei, ut creationis, conseruationis & reparationis hominum, & incarnationis Christi &c.

In scholis ita dicitur: Duplex est notitia. Una abstractiuia, altera intuitiuia. Abstractiuia est, qua cōcipimus imaginem rei absens aut inuisibilis, vt quando cogitas de Patre absente, aut de Deo, qui non conspicitur visibiliter: hæc notitia multò est obscurior, quām intuitiuia, quæ est præsentis rei & in oculos incurrentis contemplatio, unde dicitur: Omnis intuitua notitia est optima definitio rei. Cùm coram vides absynthium aut mel, nō est opus definitione. Cùm igitur Paulus has duas species notitiae confert, loquitur de abstractiuia, inquiens, In ænigmate, per speculum &c. Per ænigma intelligit verbū, quod ænigma appellat, non quod per se & simpliciter sit obscurum & incertum, sicut sunt ænigmata inuoluta, sed relatiuæ. Cùm enim confertur verbum cum sapientia vitæ æternæ, tunc verè vocatur ænigma, id est, quiddam tectum & aliud significans. Speculum est spiritualis experientia pauorum & consolationum fidei eluctantis ex pauoribus, quæ experientia maximè illustrat doctrinam de iustificatione, vt quod à Paulo dicitur: Credidit Abraham Deo, & impunitum est ei ad iustitiam. Hoc longè aliter intellexit Paulus, quām Origenes.

Primum igitur in paradiſo promissionem edidit de futuro semine & futura liberatione à peccato & morte.

Primū in paradiso promissionem edidit de futuro semine & futura liberatione à peccato & morte. Verba primæ promissionis sunt: Semen mulieris conteret caput serpentis. Brevis est aphorismus: Semen mulieris est Filius Dei natus ex semine Abraham & David iuxta carnem. Rom. 1. Caput serpentis est regnum Diaboli, cuius præcipui nerui sunt peccatum & mors. Hebr. 2. Diabolus habet imperium mortis. Est autem sumpta metaphora à natura serpentis. Nam serpens in dimicione tantum defendit caput, quo saluo, facile reliqua membra dissecta potest conglutinare, succo herbae, quæ dicitur serpentaria. Christus igitur Saluator non tantum caudam & ventrem serpentis Diaboli contrivit, sed in arcem inuasit, id est, in caput, quod destruxit & comminuit, id est, peccatum & mortem sustulit.

Postea cùm Noah collocutus est, mādans ei, vt arcam extre-

Verba primæ promissionis sunt: Semen mulieris conteret caput serpentis. Brevis est aphorismus: Semen mulieris est Filius Dei natus ex semine Abraham & David iuxta carnem. Rom. 1. Caput serpentis est regnum Diaboli, cuius præcipui nerui sunt peccatum & mors. Hebr. 2. Diabolus habet imperium mortis. Est autem sumpta metaphora à natura serpentis. Nam serpens in dimicione tantum defendit caput, quo salwo, facile reliqua membra dissecta potest conglutinare, succo herbae, quæ dicitur serpentaria. Christus igitur Saluator non tantum caudam & ventrem serpentis Diaboli contrivit, sed in arcem inuasit, id est, in caput, quod destruxit & comminuit, id est, peccatum & mortem sustulit.

Noah ex mandato Dei ædificavit arcam, & singulas rimulas ret.

ret. Nec dubium est, Mosen de Filio Dei loqui, cùm inquit Genes.7. Clausitem Dominus deforis. [forinsecus]

obstruxit bitumine, præter illam partem, per quā & ipse ingressus fuit, & animalia. Ne igitur per ianuam posset vis aquæ se intinuare in arcam, & obruere velani-

malia vel familiam Nohæ, Filius Dei non dubitauit hunc laborem in se suscipere, & claudere deforis arcam. Dicat aliquis, Vnde scis Mosen loqui de Filio Dei? Respondeo. Probo ex 1.cap.Iohannis: Omnia per ipsum facta sunt. Hoc dictum non tantum referendum est ad generalem Dei actionem, creationem scilicet & conseruationem rerum, sed etiam ad omnes mirandas liberationes, quibus Deus ornauit, seruauit ac defendit suam Ecclesiam. Est autem non postrema Ecclesiæ liberatio, conseruatio Noah & familia eius.

Ludit enim in orbe terræ & delectatur hominum conuersatione, vt proverb. 8. dulcissime dicitur.

Quomodo ludit? non tantum in creatione, sed etiam in collectione Ecclesiæ. Quām miranda spectacula sunt, formatio corporis Adæ ex limo terræ, & inspiratio animæ in hoc corpus. Quām mirandum spectaculum est ædificatio Euæ ex costa Adæ: sed non minus mirandum spectaculum, seu Iusus Filius Dei est conseruatio Noah in diluvio, eductio populi ex Aegypto, conseruatio Ionæ in ventre Ceti, Danielis inter leones, trium virorum in flammis ardentibus. Paulus 1. Corinth. 10. aperte docet, Christum fuisse comitem populi educti ex Aegypto. Bibebat autem de Spirituali comitante eos petra, petra autem erat Christus. Et in eodem cap. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus interempti sunt.

Rectè etiam de Filio Dei intelligitur congressus Genes. 18. Cùm apparuit Deus Abrahæ in valle Mamre, vbi tres viros hospitio excipit, & unum adorat, videlicet inter angelos euntem Filium Dei.

Gens.32. hic Dominus luctatur cum Jacob, & sua promissione in eo accedit ingentem luctitiam. Ait enim Jacob post ardorem & difficultatem luctam: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Et postea vocatus ad vitæ exitum, his

Lutherus: Filius Dei sapientiam arctè aliquæ amplectitur, vt excutiat ei lacrymas. Lucta Jacob est ager mortis, Deus det ut simus Israël, id est, victores.

verbis benedictionem filii Ioseph pronunciat, Genes. 48. Benedicat his pueris angelus, qui me eripuit ex omnibus malis. Hic nō dubium est, nominari angelum Filium missum ad Ecclesiā, quia semperfuit, & est custos suæ Ecclesiæ: & proprietates sunt diuinæ naturæ, liberare à cunctis malis, à peccato & morte, & à furoribus Diabolorum, & restituere iustitiam & vitam æternam.

Serpentis. Nec sunt iam actiones Christi extra essentiam humanæ naturæ, imò & ante incarnationem Filius fuit efficax in Ecclesia propter promissionem traditam de semine mulieris.

Sic & cum Mose loquitur in rubo, Exodi 3. Ego ero, qui ero, id est, Ego ille promissus liberator vobis adero, qui aliquantò post, ero frater vester, assumpta humana natura, & vos liberabo à peccato & à morte, & inter vos resurgens ex morte, regnum æternum incoabo. Sed longiores hoc loco sumus, quam necesse est.

Dicamus igitur confirmati tot testimonii, Filium Dei λόγον adfuisse Ecclesiæ inde usque ab initio, & statuamus nunc quoque eum adesse Ecclesiæ, opitulari piis, depellere Diabolum: & sicut in epistola Iohannis dicitur, destruere opera Diaboli,

Dicat aliquis: Ergo tu exclusis humanam naturam. Respondeo. Non. Etsi enim hæc sunt propria diuinæ naturæ: tamen fiunt in carne assumpta, sicut dicitur: Semen mulieris conteret caput

August. sermon. 174. de tempore. Quis non incurrit in dentes leonis huius, nisi vicisset leo de tribu Iuda, ut Apocalyp. 5. scribitur, imò agnus vicit lupum.

De



De diuina natura in Christo.

C A P . I I .



OLIGENDAE sunt confirmationes præcipue maximeq; illustres de natura diuina in Messia, non tantum ad refutandos Iudæos recentes & alios, qui Christo diuinitatem detrahunt, sed ad nos ipsos confirmandos, ut in omni inuocatione statuamus Christum non tantum esse Mediatorem pro nobis interpellantem, sed etiam esse datorem bonorum corporis & animi. Propter has duas causas, propter refutationem blasphemiarum & inuocationem nostram, duo sunt argumenta tenenda, quibus probatur diuinitas Filij Dei, quorum alterum à proprio cultu diuinæ naturæ, alterum ab omnipotenti sumitur.

Certissima & maximè illustris confirmatio de diuina natura in Christo sumi potest ex duabus proprietatibus diuinis, videlicet ex inuocatione, & omnipotentia, quas vniuersa Scriptura Prophetica & Apostolica Christo tribuit. Nam inuocatio, qua petimus liberationem à peccatis, & à morte, & donationem iustitiae & vitæ æternæ, & conseruationem naturæ & vitæ corporalis soli Deo, qui est omnipotens, tribuenda est, quia solus Deus hęc bona dare potest, & solus videt corda peccatorum, & discernit veram inuocationem à simulata.

Spondeo. Duæ sunt causæ: 1. Quia solus Deus est dator bonorum corporis & animi. Sicut enim solus est cōditor rerū ex nihilo, & conservator, ita etiā solus & vult & potest dare bona corporalia & spiritualia. 2. Quia solus Deus est ἀρχὴν, inspecto cordium, solus perspicit latebras humani peccoris, quid quisque in se admittat,

Multis argumentis refutari potest Ethnica consuetudo inuocandi homines mortuos, sed hoc est maximè reale, quod inuocatio soli Deo tribuenda est, iuxta dictum: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies. Item psalm. 50. dicitur: Inuoca me, id est, non alios, in die tribulationis, & ego eripiam te, & tu glorificabis me. Sed queritur: Cur solus Deus sit inuocandus? Re-

qua mente, qua pietate religionem colat, piorum & impiorum rationem habet.

Extant autem clara & perspicua testimonia, quæ & præcipiunt inuocationem Christi, & hoc modo in uocantibus exauditionem promittunt, vt psalmo 45. Et cōcupiscet rex decorem tuum, quoniā ipse est Dominus tuus, & adorabis eum.

Totus psalmus 45. est epithalamium & carmē nuptiale Christi sponsi, & sponsæ Ecclesiæ. Sunt autem duas partes huius psalmi.

Prima continet encomium sponsi, qui laudatur à formæ dignitate, ab eloquentia, à sapientia, à glorioſis victoriis & triumphis, denique nihil omittitur, quod pertineat ad exaggerationem & amplificationem laudum Messiæ. In altera parte Spiritus sanctus per apostrophé alloquitur Ecclesiam, & est conciliator nuptiarum inter Christum & Ecclesiam. Audi, inquit, filia, & vide, & inclina aurétu, & obuiuscere populu tuū, & domū patris, atq; ita cōcupiscet rex decorem tuum. Ecclesia in hac vita valde deformata est. Deformatur enim tribus rebus. 1. peccato, quod adhuc circumfert in carne. 2. cruce & ingentibus miseriis, quia nullus cœtus hominum tam est ærumnosus quam Ecclesia. 3. Scandalis multiplicibus, quia doctores excitat dissidia dogmatum ſæpe non necessaria, & lacerant unitatem Ecclesiæ. Quanquam autem Ecclesia talis est, imbecillis, ærumnosa & scandalis deformata: tamen sponsus Mefsias pronuntiat eam esse formosam, quia amplectitur Euangeliū, vtitur Sacramentis, rectè inuocat Deum, & præstat reliquos cultus placentes Deo, iuxta ḍīmērā Euangeliū. Nunquam fuit squalidior Ecclesia, quam nunc est in hac senecta, & tamen hanc etiam nunc amat Christus, iuxta dictum: Quæ minimè sunt pulcra, ea videntur pulcra amanti.

Et psalm. 72. Et adorabūt ipsū ſemper. Iohan. 14. Quicquid petieritis à Patre in nomine meo, faciam. Matth. 18. Vbi duo aut tres congregati fuerint, in medio eorum ſum.

Quanquam omnes psalmi & singuli versus psalmorum ad verbum ediscendi ſunt: tamen in toto opere velut hesperus inter nocturnos ignes eminent psalmi Propheticide Mefsiæ & Ecclesiæ.

Iohan. 14. inquit Christus: Quid-

quid petieritis à Patre in nomine meo, hoc faciam. Iohan. 16. dicit: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hæc dicta

ita inter se congruunt: Iohan. 14. loquitur Christus de se, tanquam de vero Deo, fonte & datore omnium bonorum cum Patre & Spiritu sancto. Iohan. 16. dicit de se, tanquam Mediatore, propter quem Deus nobis est propitius, & sua bona communicat. Et igitur Christus inuocandus, non tantum ut Mediator, sed etiam ut persona, quæ natura est Deus.

Meminimus etiam Reuerendum patrem D. Lutherum sæpe dicere: In veteri Testamento illustre testimonium esse diuinitatis Messiae, quod iubet eum inuocari, & hac proprietate Messiam à ceteris Prophetis discerni. Id grauissimum testimoniū quereretur obscuratum & labefactatum esse translatum in uocatione ad alios homines, ac propter hanc solam causam dicebat, consuetudinem alios inuocādi improbandam esse.

In hoc dicto est pictura Christi Medici, & Ecclesiæ grauibus morbis oppressæ. Secundum est cap. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Quod est intelligendum de honestis congregationibus publicis & priuatis Ecclesiæ & scholarum. Tertium est in capite ultimo: Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Hoc etiam est plenum consolationis de perpetua præsentia & auxilio Christi; quo adest toti corpori & singulis Ecclesiæ membris.

De omnipotentia manifestissima sunt dicta in Scriptura Prophetica & Apostolica, quod Messias redditurus sit iustitiam & vitam æternam. Propria est autem diuinæ naturæ omnipotentia. Iohan. 10. Ego vitam æternam do illis.

Integra sententia valde est cōsolatoria. Oues meæ vocem meā audiunt, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas ex manib⁹ meis, quia ego & Pater unum sumus. In hoc dicto est pulchra descriptio Ecclesiæ, quæ est grec ouium sequentium ductum & auspicia pastoris boni Iesu Christi, à quo hic grec accipit non modò vitam æternam, sed etiam defensionem certam aduersus infidatores & graffatores Diabolos.

Iohan.15. Ego sum vitis, vos palmites, sine me nihil potestis facere. Iohan. 20. Christus dat Spiritum sanctum, quod solius diuinæ naturæ proprium est.

Iohan.15.additur: Sine me nihil potestis facere. Nihil, scilicet Deo placens & salutare cùm vobis tum aliis. In parabola autem de vite hæc consideranda sunt:
 1. Quæ sit vitis. 2. Qui sint palmites. 3. Quis sit: initior seu cultor vineæ. 4. Quæ sint opera huius vinitoris. 5. Quæ sint instrumenta seu organa, quibus vtitur in cultura vineæ. 6. Qui sint fructus. Vitis est Christus. Nos sumus palmites. Pater est vinitoris, qui purgat omnem palmitem ferentem fructus. Præcipuus autem labor est vinitoris, luxuriam rescindere, ne succus desit partibus frugiferis. Instrumenta sunt variæ calamitates, quæ diuinitus immittuntur piis. Fructus autem sunt æterni, tam docentium quam dissentientium. Sic enim sequitur in parabola. In hoc glorificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

Talia dicta multa sint in conspectu, quia non solum de dogmate nos confirmant, sed etiam dulcissimas promissiones & consolationes tradunt, quibus est verè efficax ipse Filius Dei, & nos alloquitur.

Summa secundi capituli comprehendendi potest his duobus argumentis.

I.

Scriptura iubet Christum inuocari.

Solus Deus est inuocandus.

Ergo Christus est Deus.

Argumentum sumitur ex proprio, & valet consequentia. Quia cuicunque tribuitur proprietas perpetua essentiæ, eidem tribuitur ipsa essentia, ut cui tribuitur rationale inter creaturas visibiles, huic necessariò tribuitur humana natura. Cùm igitur solus Deus sit inuocandus, & Christus sit inuocandus iuxta mandatum & promissiones Scripturæ, Christum natura Deum esse, necesse est.

I I.

Omnipotentia est proprietas diuinæ naturæ.

Christus est omnipotens.

Ergo est Deus.

Sumitur & hoc arguméntum ex loco proprij, & valet consequentia ex superiori regula.

Historica commemoratio de hæresibus aduersus Filium Dei sparvis, & de Synodis, quarum iudiciis il- læ condemnatæ sunt.

C A P. III.



PA L D E prodest extare veras historias certamini-
num Ecclesiæ, ut sciamus omnibus temporibus
horribiliter Diabolo turbare Ecclesiam, & mu-
niamus nos aduersus Diabolorum infidias, ve-
ra cognitione doctrinæ, precatione & iudiciis
veræ Ecclesiæ, quæ manifestos furores hominū
fanaticorum refutauit.

Tria sunt arma Ecclesiæ aduersus Diabolo & eorum organa. Primum est cognitio veræ doctrinæ. Alterum est precatio. Non enim tantum disputando vincuntur aduersarij, sed multo magis precan-
do, ut de Ario legimus, contra quem cum Episcopus Alexander totam noctem fuisset precatus, mane conspecta est vis prectionis. Nam cum Arius vellet ire in templum inuitò Episcopo, fretus factione au-
lica, inter eundum secessit, ibi instar Iudei profudit sua viscera. Ita Lutherus etiam super psalmum 120. inquit: Non tantum verbis &
disputationibus congregendum est cum hostibus & hæreticis, sed multò magis prectione. Perpetua confessio & consensus Ecclesiæ,
qui secundum verbum Dei maximi faciendus est, modò consentiat
cum fundamento.

Quemadmodum igitur medici venena accuratè describūt, ut à
salutaribus remediis discerni,
& maiori cura vitari possint: ita Dioscorides duos libros scri-
nos Deo iuuante pauca ex mo- psit de venenatis bestiis. 6. & 7.
numentis historiæ Ecclesiastice
de hæresibus & iudiciis Synodorum repetemus, qnò facilius si-
milia certamina iudicari pos- Thucyd.li.3.pag.39. Multa ac-
cant. Nam eadem fabula semper ciderunt in ciuitatibus atrocias

in mundo agitur mutatis dum-
taxat $\chi\eta\mu\alpha\sigma\iota$, hoc est, personis &
appellationibus.

quæ & fieri solent, & sicut sem-
per, donec eadem erit hominum
natura seu crudeliora, seu mitio-
ra, seu specie non nihil mutata,
vt causæ motuum & temporaferent.

Primum autem de Samosateno, & de Synodo Antiochena di-
cam:

Hæresis ab electione nomen habet, ab $\alpha i p \acute{e} \omega$ eligo. Est autem hæ-
resis, vt definit Augustinus & Lutherus, pertinax error pugnás cum
Scriptura diuinitus tradita, id est, cum fundamento. Differunt enim
error & pertinacia. Humanum est labi, errare, hallucinari. Diabolí-
cum est in errore perseuerare, nec se subiicere iudicio Ecclesiæ veræ.
Iam querat aliquis, quæ sint causæ tantæ pestis, quia nulla nocen-
tior Stygiis sese extulit vndis : vt 3. Aeneid. Virgilius de Harpyis in-
quit? Respondeo. Due sunt causæ efficients hæreseos. 1. Odiū Dia-
boli aduersus Filiū Dei & Ecclesiam. 2. Leuitas humanorum inge-
niorum incitata vel ambitione, vel curiositate, vel studio contradic-
cendi. Ab his duabus causis omnes hæreses ortæ sunt, & orientur
deinceps.

Causæ finales, quas Diabolus prospicit, sunt. 1. vt Filium Dei af-
ficiat contumelia. 2. vt dissipet Ecclesiam, & multi homines errori-
bus fascinati ruant in æternas poenas. Hæresis enim recensetur inter
opera carnis, propter quæ ira Dei venit super impios. Sed alios fines
Deus prospicit, permittens Diabolum sic grassari, videlicet vt explo-
ret fidem credentium, & hac $\delta\alpha\kappa\mu.\alpha\sigma\iota\zeta$ discernat constantes &
synceros à leuibus & fucatis doctoribus & auditoribus. Imò & do-
ctrina sit illustrior, & explicatur dexterius motis certaminibus. De
hac causa Deuter.13. Non audies verba Prophetæ illius, aut somnia-
toris, quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vt rūm di-
ligatis eum, an non. Et Paulus 1. Cor.11. Necesse est hæreses esse, id est,
necessitate consequētiæ, vt manifesti inter vos fiant $\delta\alpha\kappa\mu\omega\iota$, id est,
synceri, & probati. Nam, vt inquit Prosper: Sicut tyranni exercent
patientiam Ecclesiæ, sic hæretici aciunt sapientiam Ecclesiæ: Tolle,
inquit Seneca, imperia dura, quid virtus erit? Altera causa, quam
Deus prospicit, est, vt confusio opinionum & cultuum sit pena im-
piorum, qui propter contemptum ministerij & veritatis, omni ven-
to doctrinæ circunferuntur. Sic psalm.81. querelam instituit Deus.

Et

Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israël nō voluit me. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibant in adiumentibus suis. 2. Thessal. 2. tristis cōcio est de Antichristo: eò quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illic Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt, sed consenserunt iniquitati.

SAMOSATENS.

Cū Zenobia mulier Arabica, quæ Antiochiam & Syriam tenebat, doctrinam Iudaicam didicisset, & huic reginæ familiaris esset Paulus Samosatenus Antiochenus Episcopus, vt eam ad Christianos infleteret, doctrinam de Messia transformauit in Iudaicas opiniones, quas hoc ipsum est τὸ κανὸν κακὸν ἡτοῖ, malum malo sanare. post Apostolos Ebion & Cerinthus sparserant. Negauit enim λόγον in narratione Iohannis intelligi oportere de persona, & astutè corrupti sententiam Iohannis, cū contendere λόγον intelligi posse decretum seu sonum euangelicem promissionis. Hæc in illo Gynæco Zenobia, & inter alios homines curiosos, magnos plausus ciebant. Estque defensus Samosatenus à Zenobia circiter decennium. Cū igitur Samosatenus hoc incendium excitasset, ad id extinguendum aliquoties vicinarum prouinciarum Episcopi conuenerunt. Inter quos præcipuus fuit Gregorius Neocæsariensis, cuius vera laudatio extat apud Basiliū in libro de Spiritu sancto cap. 29.

Summa autem confessionis in Synodo Antiochena recitatæ hæc fuit, videlicet à Patre æternō natum esse Filium coæternum & consubstantialem, & hunc dici λόγον, & aliam esse Patris, aliam Filij personam, & hunc Filium cum Patre & Spiritu sancto condidisse creaturas, & missum esse ad Ecclesiam ab initio, & allocutum esse Patres, & custodem fuisse Ecclesiaz, sicut Paulus inquit 1. Cor. 10. adfuisse Christum Patribus in deserto.

Hanc sententiam de Filio Dei perpetuam esse in scriptis Propheticis, eademq; ex ipsorum Synodi non gignunt noua dogmata, aut nouos articulos

Apostolorum recenti sermone acceptam esse Synodus affirma uit. Conuictus igitur impietas Samosatenus, Episcopi dignitate priuatus, & ab Ecclesia Synodi iudicio pertinaciter repugnaret, edicto Aureliani Imperatoris, qui Zenobiam vicit, in exilium pulsus est.

fidei, sed tantum sunt testes vera sententiae acceptae à Prophetis & Apostolis.

Catholica exclusus est, cumque Aurelianus Imperator fuit filius hominis obscuri in Pannonia, videlicet aeditui, & tamen fauore Dei electus est ad fastigium Romani imperij. Fuit autem custos diligentissimus & seuerissimus veteris disciplinae militaris. Iussit aliquando militem stupratorem suæ hospitæ alligari duabus arboribus incuruatis, vt his assurgentibus laceraretur. Hic Imperator, quanquam Ethnicus, tamen Episcopis petetibus opem tulit, & in exilium abire iussit Samosatenum, nolentem cedere de possessione Episcopatus.

A R I V S.

Cum pax, heroica virtute & felicitate Constantini, imperio reddita esset, & ab eodem Eccle-

Nicephorus lib. 7. & §.
Theodoretus libro 1.

sia Christi benignè foueretur, presbyter quidam Alexandrinus Arius à Diabolo impulsus est, vt sereret impium dogma cōtra diuinitatem Christi, cuius hæc summa erat: Non esse coæternum Patri λόγον, sed creaturam ex nihilo conditam (ἐν τῶν μὴ ὄντων) & fuisse aliquando Patrem, cum nondum esset Filius. Scribunt autem φιλαρχίας οἰςρρ πυρέμενον, id est, dominandi cupiditate flagrantem, & dolore repulsa motum esse Arium, cum non factus esset Episcopus, vt aduersaretur Alexádro Episcopo. Verissimum est enim Iustini Martyris dictum de causis omnium hæresium: Ex ambitione & hostilis animi odio, omnes hæreses quasi ex equo Troiano prodierunt.

Iustinus Martyr quæstione 4. ad orthodoxos, ἐκ φιλοδοξίας ή ἀνπαθίας τῶν αἱρεσιαρχῶν, πᾶσαι αἱρέσεις τὰς αἱρεψίδας ἐχήκαστης συστάσεως αὐτῶν. Nicephorus

lib. 14. cap. 53. inquit: Fauoris quidem affectio acutum non vidit, hostilis vero animi qdium nihil prorsus cernit παχύτερα υπὸξέν δέρκεται.

ἀνητάθεα ὅλως τὸ ὄφελον, hoc est, ut Aristoteles 2. de anima inquit: In-
tus existens prohibet extraneum. Et Ptolemæus in centiloquio, A-
mor & odium impediunt vera iudicia. Augent enim minima, & mi-
nuunt maxima.

Cum igitur Arius traxisset in suam sententiam aliquot Episco-
pos, & iam non obscura discordia esset, Synodus Nicena à Con-
stantino Imperatore coacta est, quæ durauit triennium, & aliquā-
to diutius. Huius Synodi summus gubernator fuit Eustathius An-
tiochenus Episcopus. Nam doctrina de Filio Dei etiam antea gra-
uissimis testimoniosis Antiochiae illustrata fuerat in refutatione
Pauli Samosateni. Neque verò solus sententiam dixit, tanquam
Balæna præsidens ouibus, sed
eisdem Synodo interfuerūt mul-
ti senes, qui sub Diocletiano in
suppliciis constantiam suam
ostenderant, & ornati erant à
Deo testimoniosis miraculorum.
In hac Synodo rursus damna-
tum est impium dogma Samo-
sateni, deinde & Arianum.

πραιτόλος βλασφημος, non potuit R pronuntiare, dixit præconem esse
κόλαρχον, cum deberet dicere κόραχον. Hæc pictura est imago concilij
Tridentini. Papa est Balæna armatus satellitio multorum regum,
& dicit se esse collocatum extra aleam iudiciorum, se esse ἀναμέ-
τυπτον ἡ αὐτη πειθηνον. Oues, quibus præsidet, sunt miseri homines,
quos vel fraude decipit, vel vi cogit. Præcones Papæ sunt Staphylus,
Canifius, qui habent colla coruorum, vel iuxta Alcibiadem sunt
corui Ecclesiæ, & adulatores Papæ. κόραχες Ecclesiæ & κόλαρχες Papæ.

Postea Nouati & Meletij er-
ror damnatus est, qui docuerūt
lapsos redeuntes ad pœnitен-
tiam non recipiendos esse.
Phanius. Fuit autem hæc hæresis arrogantisima, quia superbè alios
peccatores infra se collocatos ex alto despexit.

Apud Aristophanem (in tra-
gœdia, quæ dicitur σφῆκες, sta-
tim in exordio) Leon turbulen-
tus ciuis in Repub. Attica cele-
bratus, à Thucydide lib. 3. com-
paratur Balæna præsidenti ou-
ibus. Habet autem hæc Balæna
præconem coruum. De hac pi-
cturaloquēs Alcibiades, qui fuit

Nouatus fuit presbyter Eccle-
siæ Romanæ, contra quem scri-
psit Cyrillus. Meletius fuit Epi-
scopus Aegyptiæ, vir magnæ au-
toritatis, quem refutauit Epi-
phanius.

In Synodis discernenda sunt ἔργα à parergis, vt exempli causa. ἔργα in Synodo Nicena fuerunt explicatio & diiudicatio dogmatum. Nam sententiis huius Synodi non modò Samosatenus & Arius sunt damnati, sed etiam Nouatiani, qui à Nouato Romanæ Ecclesiæ presbytero sic dicti, non rectè senserunt de pœnitentia eorum, qui lapsi sunt post baptismum. Πάσηα autem huius Synodi partim fuerunt ceremonialia, partim politica. Ceremonialia fuerunt, vt constitutio de celebratione paschatis. Decretum est enim, vt in toto orbe uno & eodem die quotannis celebraretur pascha. Hæc ceremonia non est necessaria ad salutem & unitatem Ecclesiæ, sed tantum prodest ad εὐταξίαν. Politica constitutio fuit, vt Episcopus Alexandrinus esset inspector Ecclesiarum in Oriente, Romanus esset inspector Ecclesiarum in Occidente. Hæc fuerunt semina pontificiæ poststatis.

Exitus autem Arij congruit ad regulam: Discite iustitiam moniti, & nō temnere Diuos. Cùm enim post Synodum Nicenam, Ariana factio perfecisset, vt Arius ab exilio reuocatus templū Constantinopolitanum occuparet, pulso Alexandro eius Ecclesiæ Episcopo, in eo itinere Arius deflectens de via, & subita consternatione oppressus effudit intestina, & extinctus est. Hoc exemplum docet vtrunq; & veritatis defensionem petendam & expectādam esse à Deo, & puniri insignibus exemplis hostes veritatis.

Hic versus est optimus in toto poëmate Virgiliano, & est status omnium Tragediarum & historiarum Ethnitarum, quæ nihil aliud sunt quam luculentæ conciones de ira Dei aduersus atrocias delicta.

Apud Herodotum lib. 2. de rege Assyriæ Sennacherib extat huius versiculi exemplum, qui cinxit obsidione Hierosolymam. Huic post mortem erecta est statua, cum hac inscriptione, τις ἐμὲ τίς ὁρέων, εὐσεβὴς ἐσώ. Huius regis, non tantum exercitus est trucidatus ab angelo, sed ipse etiam interfectus est à filii in templo.

In Synodo Nicena Arius multatus fuit exilio, sed postea fuit reuocatus à Constantino Magno, qui fuit præstans & heroicus vir, de cuius laudibus extant libri ab Eusebio scripti. Sed verissimum est dictum Ecclesiastæ. Non est iustus in terra, qui faciat bonum &

non

non peccet. Indixerat Synodum Nicenam Constantinus, & sua au-
toritate & præsentia perfecerat, vt legitimo ordine controuersia Arij cognosceretur & diiudicaretur. Sed vt res humanæ sunt muta-
bles, ab Eusebio Nicomediensi Episcopo, qui valebat autoritate &
gratia apud Imperatorem, effectum est, vt Arius damnatus ab exi-
lio reuocaretur in urbem regiam Constantinopolim. Cumq; cona-
retur factio Eusebiana pellere sanctum virum Alexandru, & Arium
in locum eius substituere: Alexander ad preces se conuertit, & peti-
uit defensionem veritatis, & repressionem Arianæ & Eusebianæ fa-
ctionis. Haec preces non fuerunt irritæ. Nam interitus Arij opus &
effectus fuit non morbi, sed precationis, vt loquitur Nazianzenus:
εὐχῆς ἐργον, & νόσος.

N E S T O R I V S.

Non tantum ambitio, & huic affinis impatientia multos im-
pellunt, vt falsa dogmata spargant, sed etiam ignoratio veræ do-
ctrinæ, de qua inquit Paulus Rom 10. Habent zelum Dei, sed non
secundum scientiam. Nam ho-
mines non rectè instituti in Eu-
angelio, sequuntur humanas
imaginationes, vt cùm Nesto-
rius Episcopus in urbe Constan-
tinopoli esset indoctus, & super
bè contemneret probata veter-
rum scripta, sparsit hoc plausi-
bile dogma: τὸν λόγον affuisse
homini Christo per assitatem
seu societatem, sicut affuit Eliæ
& aliis Prophetis, nec fuisse duas
naturas in Christo, vniione hy-
poftatica vnitas. Ideo solitus est
dicere: Noli gloriari Iudeæ, non
enim Deum crucifixisti, sed ho-
minem. Haec controuersia, quæ
non fuit λογομαχία, d. indicata
est in Synodo Ephesina, anno
Christi 435. anno Theodosi posterioris 24. Fuitque præcipuus

Ζῆλον ἀζηλον. zelum sine sciē-
tia. Alibi dicitur: Quod iustum
est, iustè persequaris. Et 2. Petri 1.
Præstate in fide virtutem, in vir-
tute scientiam, id est, fides vestra
non sit otiosa sed efficax, luceat
in bonis operibus, & manete in-
tra metas, nō erumpite quodam
ardore cæco & stolido. Aristophan-
es inquit: Sæpe bona causa de-
formatur agendo. Horatius de
vitandis contrariis hyperbolis:

In vitium ducit culpæ fuga, si
caret arte,

Dum vitant stulti vitia, in con-
traria currunt.

Paulus 1. Cor. 10. contrarium
docet, vbi ait, Iudeos Domînum
gloriæ crucifixisse.

Synodi gubernator Cyrus E-piscopus Alexandrinus, qui re-ctissimè docuit, aliter ἀλλον in Christo esse, aliter in Elia &алиis Prophetis.

Post hanc Synodum, in qua patres ducenti congregati veras sententias contra Nestorium dixerunt, autor praui dogmatis in loca barbarica, infra Thebas Ægyptias relegatus est, ubi in exilio scribitur mortuus esse, lingua consumpta à vermisbus. Alij scribunt hiatu terræ absorptum esse.

Præsentia, qua Deus sanctis adeat, est societas separabilis. Inhabitatio διάτησις in carne est personalis & inseparabilis unio.

quæ habuerunt centum portas.

Per quæ quis peccat, per illa punitur. Plerunque modus pœna congruit cum modo peccati.

E V T Y C H E S.

Quemadmodum plantator imperitus, cupiens incuruum tenuellæ arboris statum corrigere, interdum immodica inflexione peccat: ita Eutyches Monachus, dum acrius impietati Nestorij restituit nimio contentio-nis studio, in contrarium malū incurrit, & à doctrina recta aberrauit.

Multa scripsit Nicephorus libris quindecim utilia, sed optima sunt, quæ reliquit in lib. 14. & 15. de actis Synodicis Synodi Ephesinæ contra Nestorium, & Chalcedonensis cōtra Eutychē. Hæc enim in Eusebio non reperiuntur.

Basilius in epistola ad Maximum Philosophum vtitur similitudine de plantatore imperito. In articulo de Filio Dei sunt duo extrema, velut scopuli in mari. Vnum est diuulsio seu distractio diuarum naturarum, quæ sunt unitæ vniōne hypostatica. In hunc scopulum incurrit Nestorius, qui dixit, virginem Mariam non esse Deiparam. Alterum est confusio naturarum & proprietatum cuiusque. In hunc scopulum incurrit Eutyches. Ante annos non multos quidam ausus est defendere hanc hyperbolēn, quod Christus sit passus secundum vtranque naturam. Hoc portentum simile est blasphemiae Eutychianæ.

Dixit enim naturam humanam conuersam esse in ἀλλον, nec tribuit

tribuit proprietates suas cuique naturæ, sed cōtendit $\neq \lambda\delta\gamma\sigma\nu$ mortuum esse, & naturam humanam esse ipsam $\neq \lambda\delta\gamma\sigma\nu$ naturam: denique yniuersam doctrinam de communicatione Idiomatum deleuit.

Hoc exemplum docet, qua moderatione falsa dogmata refutanda sint, ne ad contrarias hypotheses delabamur, & malū, $\kappa\alpha\delta\sigma\tau\gamma\kappa\omega\pi\alpha\theta\mu$. prouerbium vt dicitur, malo sanemus, Herodoti.

Anno igitur secundo Martiani Imperatoris, non longè ante expugnationem Romæ Vandalicam, Synodus conuenit in vrbe Chalcedone, quæ è re-

gione Bizantij sita est, in qua sexcenti & triginta Episcopi fuerunt edicto Imperatoris conuocati, qui primùm omnes testati sunt, se amplecti Nicenæ

Synodi symbolum: deinde cōmuni consensu damnauerunt dogmata Nestorij & Eutychis. Necesse est autem piis vetera cer-

tamina & veræ Ecclesiæ iudicia nota esse, vt de nostræ ætatis controversiis rectius iudicare possumus. Adiuuatur enim Ecclesia pri- mæ & incorruptæ antiquitatis Confessione, quæ commonefacit nos de nativa sententia Prophetarum & Apostolorum.

Roma ter fuit expugnata, ab Hunnis, Vandalis, & Gothis.

Bizantium domus meretricis. Ibi Arius profudit sua visceria, vt significaretur, colluuiem Mahometicam occupataram es- feillam amoenissimam sedem Thraciæ.

Refutatio Samosateni.

C A P . I I I I .



VM Seruetus Hispanus, qui diu fuit in Academiis Mahometricis in Numidia, nostra ætate renouarit blasphemiam Samosateni, qui contendit, $\lambda\delta\gamma\sigma\nu$ in narratione Iohannis Apostoli non significare personam, subsistētem, viuam, intelligentem, incomunicabilem, ac distin-

Etiam à Patre & Spiritu sancto, sed euanescentem cogitationem, seu vocem transeuntem, aut propositum non viuum, neque subsistens: necesse est Ecclesiam veris & firmis testimentiis contra Serueticum furem præmunitam esse, ut Filio Dei debitus homines tribuatur.

discrimen inter Filiū vnigenitū & Filios adoptionis. Tertium ab inuocatione Filij. Quartum à perpetuā huius Domini præsentia in Ecclesia, quia Christus affuit Ecclesiæ etiam ante assumptionem naturæ humanæ.

Ac primum quidem testimonium opponendum huic furori, rectissimè sumitur ex ipsa serie narrationis apud Iohannem, qui de Christo inquit: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Hęc perspicua asseueratio de humana natura assumpta ex virgine propriè accipi non potest. Necesse est igitur in Christo esse & manere naturam diuinam conditricem cum Patre & Spiritu sancto. Et in eadem narratione addit Iohannes: Verbum caro factum est. Nulla autem cogitatio aut vox euanescens aliam sibi naturam adiungere potest.

sona: Homo intelligit, numerat, ratiocinatur: ita, quamquam solius diuinæ naturæ opus est fabricatio ex nihilo, & sustentatio vniuersitatis rerum: tamen propter arctissimam copulationem seu hypostaticam vniōne carnis & λόγου, ea, quæ sunt naturæ diuinæ propria, tribuuntur toti personæ, non in abstracto sed in concreto. Mundus fuit factus diu ante Christum ex virgine natum, sed non ante λόγον, quia causa vniuersaliter antecedit effectum vel tempore vel ordine naturæ. Cùm igitur per humanam naturam non sit conditus mundus, necesse est in Christo alteram esse naturam, scilicet diuinam.

Quatuor firmissima testimonia sunt opponenda Samosateño & Michaëli Serueto Hispano. Primum est ipsa series dictorum in i. cap. Iohannis. Secundum est

uinam. Hæc consequentia non potest ne quidem à Diabolis, quamquam impudentissimis spiritibus negari.

Alterum testimonium est, quod toties Scriptura hunc vniigenitum Filium à filiis adoptionis discernit, vt doceat ipsam Christi *ὑπόσατην* esse diuinam, & integrum ac substantialem imaginem Patris.

Sic inuocatio Filij Dei, de qua Prophetæ & Apostoli expressè concionantur, est firmum & illustre testimonium, quod *λέγεται* sit *ὑπόσαμενος*, & omnipotens, vt psalm. 2. dicitur: *Osculamini Filiū. Beati omnes, qui confidunt in eo.*

*Omnes psalmi quoad formā orationis, aut sunt epigramma-ta, aut elegiæ. Epigrammata au-tem semper ferè concluduntur epiphonemate aut exclamatione, quæ totum negotium breuiter comprehendit. Tale epiphonema etiam est in psalm. 2. Beati omnes qui confidunt in eo. Pulcrum est autem quod in eodem psalmo dici-tur, paulò ante hoc epiphonema: *Osculamini Filium. Est enim oscu-lum non simulatum, certissima nota, signum, & indicium veri a-moris, quia cum osculo casto & ardenti, spiritus quidam ex nostris cordibus in rem amatam transfunditur. Venit igitur Filius Dei, vt nos dulcissimo osculo complectetur, & postulat à nobis, ne defu-giamus hunc complexum. Quia hoc osculum Christi est certissimū pignus amoris, quo Filius Dei Ecclesiam complectitur. Deinde si-mile est trans fusio Spiritus sancti in nostra pectora. Sed multi impii & hypocritæ pro osculo Christo dant colaphos, aut osculum Iudæ.**

Et psalm. 45. Et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est Deus tuus, & adorabis eum. *Ornatus Ecclesiæ triplex est. Primù ornata est remissione peccatorum, & imputatione iu-stitiæ propter Filium Dei. Dein-de ornata est donatione Spiritus sancti, & renouatione ad vitam æternam. Tertiò ardet vero amore sponsi Christi, vt in Canticis Salomonis dicitur. Huic enim vni sponso addicta est, nec est polluta vi lis idolis. Talem sponsam Messias formosam esse pronuntiat, etiam si in hac vita sit imbecillis, & cruce ac scandalis deformetur. Verum est enim illud Theocriti, *τῷ δέξιω πάτερ μὴ κυλά, κυλά πέφανται.**

Huc adiungantur certissima testimonia de perpetua præsentia

Filij Dei in Ecclesia, vt Paulus affirmat eum adfuisse patribus in deserto. 1. Corinth. 10. Bibebant

ex spirituali comitante eos petra, petra autem erat Christus.

In declamationibus Philippi extat oratio de Mose feriente petram in deserto. Et eadem de re

extat Epigramma lib. 1. epigram. Philip. Summa autem hæc est: Moses iussus erat voce diuina percutere petram, ea virgaseu baculo, quem manu tenebat in gubernatione populi Dei. Et si autem Moses ad mare rubrum fuerat præsenti & infracto animo, & mandatis Dei sine tergiuersatione ἀπεραίσως obtemperauerat: tamen iussus percutere petram, trepidat, & multain animo agitat, nec semel, sed bis impingit baculum petræ. Quid hæc constringatio & trepidatio Moyse ferientis petram significat? Moses repræsentat Legem & politiam populi Iudaici. Nam & Lex Dei inflixit vulnera Christo, & hec politia à Mose constituta, ausa est cruentas manus iniicere Christo. Hæc futura Moses plenus Spiritu sancto velut gubernator in specula prospiciens, toto pectore contremiscit, nec potest sine singulari motu animi ferire petram. Sed vt petra percussa à Mose largum flu men effundit, quo & homines & iumenta recreantur, ita petra Christus à Lege & politia Mosaica percussus, effundit Spiritum sanctum, & cum eo omnia bona cælestia. De hoc mysterio loquitur Paulus 1. Cor. 10. Bibebant ex spirituali comitante eos petra. Hæc verba in hæc sententiam enarrat Augustinus tractatu in Iohan. 45. Videte ergo fidem manente, signa variata, ibi petra Christus, nobis Christus, quod in altari Dei ponitur, & illi pro magno Sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profuentem de petra: nos quid bibamus, norunt fideles. Si speciem visibilem intendas, aliud est: si intelligibilem significationem, eundem potum spiritalem biberunt.

Differunt igitur tantum signa & ratio temporis, sed eadem est fides, vt Paulus Ephes. 4. ostendit. Sic Petrus in Actis cap. 15. Per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Illorum signa significabant venturum, nostra repræsentant exhibitum Dominum. Homo quidam ἄπειρος, qui sibi valde placebat, in suo theatro, audebat contendere: nostrum Pater noster clementius audiri à Diuinitate, quam preces Abrahæ. Interrogatus cur sic sentiret, respondit, Quia Christus nobis est exhibitus, illi expectabant venturum. Nihil potest dici stultius. Nam excipe distinctionem temporis & signa, nihil differt fides ipsorum à nostra. Ideo Christus ait,

Lazarum

Lazarum in sinum Abrahæ deportatum fuisse, ut testetur, Abraham esse patrem omnium credentium. Roman.4. Et omnes saluandos saluari eodem modo, quo saluatus est Abraham.

Et Ireneus auditor Polycarpi dulcissimè inquit lib.3. cap.20. semper adfuisse Ecclesiæ Filium Dei λόγον, qui deinde assumpsit naturam humanam. Non igitur λόγος sermo euangelicus intelligatur, sed viua & intelligens-imago Dei, sicut & symbola testimoniatur, & Ignatius auditor Iohannis Apostoli, nominat Christum λόγον εστιάθη.

Extant paucae epistolæ Ignatij. Iohannes Apostolus vixit post resurrectionem Christi annos 68. teste Sophronio & Nicephoro. Reliqui Apostoli omnes inter-

feciti sunt ante excidium postremum Hierosolymæ. Vixit igitur annos ferè centum usque ad tempora Traiani, nec tantum fuit Episcopus, sed habuit scholam in urbe Epheso, ex qua prodierunt Ignatius martyr, Polycarpus Martyr, & Papias Episcopus, qui omnes celebrantur ab Eusebio & Nicephoro. Ductus autem est Ignatius Romanum ex urbe Antiochia, & obiectus est bestiis in circo: cumq; bestie vellet ei parcere diuinitus repressæ, incitauit eas contra se, & iussit a lictoribus irritari, ac dixit: Cupio fieri panis Deo gratius. Non autem potest coqui panis, nisi prius comminuto frumento à lapide molari. De Polycarpo vide Eusebium lib.4.

Refutatio Arij.

C A P. V.



V V M Arius fateatur λόγον esse personam, familiarior est blasphemix Arianæ, quam Samosate-nicæ refutatio. Quod enim λόγος non sit creatura, testatur narratio Iohannis: In principio erat λόγος, id est, ante omnes res conditas. Item: Omnia per ipsum facta sunt. Hæc vniuersalis sententia comprehendit omnia, quæ ab æterno non fuerunt, sed ortus sui principium habent.

In verbis Iohannis est sedes huius materiæ: In principio erat.

λόγος, id est, tunc, cùm omnes creaturæ inciperent esse, λόγος erat. Ergo λόγος fuit ab æterno ante creationem rerum. Nihil enim fuit ante hunc mundum, nisi solus Deus. Et hic λόγος erat apud Deum, id est, erat persona distincta à Patre. Et ille λόγος erat Deus. Ne quis autem eludat appellationem Dei, sequitur confirmatio sumpta ab effectu. Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est. Hæc vniuersalis comprehendit omnes res positivas, id est, conditas à Deo, quasi dicat, Quidquid conditum est à Patre, per Filium est conditum. Peccatum verò & mors cùm sint priuationes & destructiones ordinis, non sunt res conditæ, sed aliam habent causam efficientem & autorem, scilicet Diabolum & genus humanum.

Quid? quòd inter Creatore & creaturam nullum est medium. Quare cùm λόγος Deus sit, nequaquam creaturis annumerari potest.

rio: ita creata est δελτικὴ seruile, & obligatur ad præstandam Deo obedientiam. Non est autē Filius Dei φύσις creata, quia per ipsum omnia facta sunt. Ergo est natura Deus.

Eandem sententiam confirmant hæc Pauli dicta Coloss. I. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus ante omnē creaturam, quia per ipsum condita sunt omnia, quæ & in cælis & super terram sunt, & visibilia & inuisibilia. Omnia per ipsum & in ipsum condita sunt, & ipse est ante omnia, & vniuersa per ipsum consistunt.

complecti ut duo, auxilium & iudicium. Christus est primogenitus noster, id est, est noster opitulator & iudex: opitulator piorum, iudex impiorum. Deinde cùm addit Paulus: Omnia per ipsum & in ipsum

Iustinus lib. de Trinitate, fol. 173. Omnis, inquit, natura aut est increata, aut creata, & inter hæc duo nullum potest dari medium. Et sicut natura increata est δεσποτικὴ, præst cum impe-

Locus Pauli Coloss. I. est splendida περιποζαφία, seu descrip-
tio personæ Christi. Primum nominat Christum imaginem Dei. II. vocat primogenitum. Iam Lege Mosaica primogenitus habebat duas prærogatiwas. 1. erat dominus reliquorum fratrum. 2. accipiebat duas partes proportionales hæreditatis. Hoc fuit ius primogeniturae. Significat igitur primogenitura dominiū, quod

ipsum sunt condita, docet his verbis, Filiū Dei esse causam efficiētem Δημιουργίαν & causam finalē mundi & Ecclesię. Per Christum condita sunt, tanquam per causam efficientem Δημιουργίαν. In ipsum condita sunt, quia tota natura rerum & Ecclesia sustentatur propter Filium.

Et Ebræos i. Per Filium, quem constituit hæredem omnium, per quem & secula fecit, qui est fulgor claritatis, & effigies substātiz eius, ferens omnia verbo potentiā suā. Sed quoniam Euān gelium Iohannis tam est referatum testimoniis, vt vix tria verba contexantur, vbi non hic I B S v s Deus & homo in yna persona prædicetur: longiorem collectionem testimoniorum omittam.

uissimis verbis Dauidis. In eo & copiosè & populariter tractat articulū de Trinitate & de duabus naturis in Christo.

Iuris consulti quando expli-
cant suis auditoribus materiam
aliquam, monstrant sedem ma-
teriæ: sic in explicatione de duab-
us naturis in Filio Dei funda-
menta sunt tria capita: primum
Iohannis, primum ad Coloss. pri-
mum ad Hebræos. Lutherus an-
te obitum edidit scriptum de no-

Solutio obiectionum contra diuinitatem Christi.

C A P V T V I.



I C V T mali mores sunt occasiones bonarum legum; sic cauillationes aduersariorum præbent occasionem explicandi materias utiles.

Etsi multa argumenta opponuntur doctrinæ de natura diuina in Christo: tamen præcipua obiectio sumitur à morte Christi:

Natura diuina nec patitur,
nec moritur.

Christus autem mortuus est.
Non est igitur natura Deus.

Argumenum de morte Chri-
sti contra eius diuinitatem, est
commune omnium sectarum
extra Ecclesiam.

O

Ad hanc obiectionem, quæ maximè videtur labefactare articulum de diuinitate Filij, Epiphanius in refutatione Dimeritarum pag. 433. grauissimè respondet.

Fuit quidam vir doctus & bonus poëta Apollinaris, qui negavit Christum assumpisse anima rationalem, sed λόγον functionem esse officio & munere mentis humanæ. Hæc opinio est falsissima, quia pugnat cum dicto Iohannis: Verbum caro factum est. Caro significat totum hominem, qui constat ex corpore & anima, habet omnes vires & potentias naturæ proprias sine peccato. Apollinaristæ autem vocantur Dimeritæ, quia tribuunt carni Christi duas tantum partes, videlicet corpus & animam, quæ complectitur inferiores potentias sine rationali, & loco tertiarum partis, scilicet animæ rationalis collocant λόγον.

Miranda est Ecclesiæ confessio, quæ affirmat Christum reuera passum esse, & reuera passionis expertem fuisse. Nam diuinitas Christi nihil omnino passa est, cùm sit coessentialis Patri, eamque ob causam nullis alterationibus aut doloribus obnoxia. Caro autem Christi passa est, nec tamen diuinitas vñquam separata est ab humana natura, ne quidem in ipsa passione. Simul enim adfuerunt diuina & humana natura Christi, quando in cruce Christus passus est carne, manente nihilominus diuinitate impensisibili, vt iustificationem nō in carne solum haberemus, sed etiam in diuinitate, & vt salus nobis per utramque naturam diuinam & humanam contingenteret. Neque enim Christus persona est nihil habens præter naturam humanam, sed est Filius Dei, idemque reuera homo. Nititur ergo spes nostra non homine sed Deo. Etsi enim Deus

Damascenus Græcus Theologus inquit: Quod λόγος semel assumpsit, nunquam deseruit, neque deseret, vt vulgo dicimus: vno duarum naturarum in Christo est inseparabilis. λόγος post assumptam naturam humanam nec ab anima nec à corpore discessit, aut deinceps discedet in omnianternitate. Quam dulce erit videre vñionem hypostaticam duarum naturarum in Christo post hanc vitam. Sed an non, dicat aliquis, anima est separata à Christo cùm moreretur? Respondeo. Verissimum est, in morte Christi factam esse separationem nostrarum

noster nō subiectus est passioni: animæ & corporis quia scribi-
tamen extra passionem salutē tur: Et inclinato capite tradidit
nostram non perficit. spiritum suum: sed λόγος natu-
ra diuina nec deseruit animam
in inferno, nec corpus in sepulchro. psalm. 16. quem etiam citat Pe-
trus Acto. 2. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis
sanctum tuum videre corruptionem. Quanquam igitur verè est se-
parata anima à corpore: tamen λόγος non est separatus. Et die ter-
tia resurrexit iterum Christus diuina potentia, resuscitato corpo-
& copulato cum anima. Sed quare λόγος non discedit ab humana
natura? Vt, inquit Epiphanius, haberemus iustificationem non tan-
tum in carne Christi, sed etiam in ipsa diuinitate, id est, vt simus iu-
sti propter Deum & hominem Iesum Christum.

Et Tertullianus in lib. de Trinitate, prodigiosum errorem de
passione diuinæ naturæ his verbis refutat: Quis non sine vlo ma-
gistro atque interprete ex se se facile cognoscet, non illud in Chri-
sto mortuum esse quod Deus est, sed illud in eo mortuum esse quod
homo est?

Athanasius in libro de incarnat. Verbi. Corpus assumpsit, quod
mori posset, quia morte pla-
canda erat ira æterni Patris. Ma-
nere auté in morte fuit impos-
sibile propter vnitam diuinam
naturam, quæ mori nō poterat.
sed hæc quidem de prima & pre-
cipua obiectione respondisse fa-
tis est.

Sequitur altera obiectione
sumpta ex dicto: Pater maior
me est.

Prædicamentis, sic respondemus. Pater maior me est, non in prædi-
camento substantiæ, sed in prædicamento relationis, id est, eadem est
essentia Patris & Filii, sed differunt relationes, quia Pater non mit-
titur, sed ipse mittit legatos ad Ecclesiam, quorum alter est Filius, vt
sit redemptor, alter Spiritus sanctus est, vt sit sanctificator. Quod

Diuinitas nihil passa est. Caro
Christi passa est. Nam & corpus
sensit horribiles lacerationes, &
anima sustinuit dolores & pauci-
res inenarrabiles, vt Christus in-
quit: Tristis est anima mea usq;
ad mortem.

Ariani nullum dictum contra
Orthodoxos adeo vrserunt vt
Iohan. 14. Pater maior me est.
Nos ex doctrina Dialectica de-

igitur attinet ad hanc missionem legatorum seu relationem, non absurdè dicit Christus: Pater maior me est. Sed hæc relatio non evenerit diuinitatem Christi.

Ad hoc dictum vera & necessaria responsio est: Missio & obedientia Filij non tollunt æqualitatem potentiarum. Regula Cyrilli, qui gubernavit Synodum Ephelinam.

Etsi enim Christus factus est Patri obediens usque ad mortem crucis, tamen tercia die exaltatus est, & declaratus Filius Dei potens, per resurrectionem & donationem Spiritus sancti ut Rom. 1. scribitur. Discernamus igitur descriptiones personæ à dictis, quæ de officiis loquuntur, nec imaginem humilitatem Filij Dei aliquid de personæ maiestate decerpere.

virgine, de qua Esaiæ 7. dicitur: Omnes alij sancti sunt propagati ex Adam & Eva, id est, ex commixtione seminum Patris & matris. Alterum miraculum est resurrectio Christi ex mortuis. Sicut enim Christus animam volens & propria potentia posuit, ita eandem recipit tercia die post mortem, ut Iohann. 10. dicitur. Item Petrus Actor. 2. inquit: Impossibile erat Deum à morte teneri. Non igitur sicut Lazarus, fuit resuscitatus Christus, sed propria potentia resurrexit.

Tertia obiectione.

Honorans est minor honorato.

Filius honorat Patrem.

Ergo est minor Patre.

R E S P O N D E O.

Simpliciter neganda est major, quia honos & obedientia non tollunt æqualitatem essentiarum & potentiarum, sed distinguunt ordinem personarum.

Hæc obiectione tantum oritur à superbia mentis humanæ, quæ hanc habet persuasionem: de nostra dignitate & existimatione tantum detrahi, quantum aliis tribuitur,

tribuitur, sed rectius sentiunt etiam philosophi Ethnici, qui dicunt: Honor est honorantis, non honorati: vt exempli causa: viuente & regnante Carolo Quinto Imperatore, adeo verecundè & modestè se gessit Ferdinandus, vt fratrem Domini loco haberet, & se gereret tanquam ministrum aut legatum Caroli Imperatoris. Hæc obediētia & reverentia nihil imminuit de alterius fratribus potentia. Sed hic honos quem frater fratri exhibuit, fuit testimonium de ordine personarum. Eadém est natura utriusque, idem pater, idem regnum, sed frater fratri tribuit honorem propter distinctionē personarum.

Quarta obiectio.

Hebr. 3. Qui est fidelis ei, qui fecit eum. Et Acto. 2. Dominum & Christum fecit eum.

Ergo Christus non est Patri æqualis.

R E S P O N D E O.

Loquitur textus non de essentia, sed de officio. Nominibus officij rectè additur verbum *fecit*, quod significat libera voluntate ordinari, seu constitui, sicut verbo constituendi vritur psalmus 2. & Paulus 2. Cor. 5. Eum, qui non nouit peccatum, probobis fecit peccatum, vt nos essemus iustitia Dei per eum. Hic manifestum est, Paulum nequaquam loqui de essentia, sed de officio.

Bona est distinctio & retinenda in Ecclesia: Alia dicta loquuntur de essentia, alia de officio, id est, alia de prædicamento substatiæ, & alia de relatione. Dictum Pauli 1. Cor. 5. est insigne & memorabile, in quo appellatio peccati bis repetitur, sed dissimili significatione. In priori membro significat fundamentum seu materialē, id est, defectum, inclinationem, actionem pugnantem cum Lege Dei. Tale malum non fuit in Christo cōcepto efficacia Spiritus sancti, & nato ex virgine. Nam in eius ore non fuit inuentus dolus, teste Esaia 53. In altero membro usurpatur pro altero extremo, id est, pro termino seu reatu. Reatus est obligatio ad pœnam. Christus factus est peccatum, quiddam reum pro nobis, sustinens iram Dei & pœnas, quas nostra peccata merebantur. Ad quem autem finem? Ut nos essemus iustitia Dei, pereum, id est, ut essemus iusti, primum imputatione, deinde effectione nouæ obedientiæ seu illius incoatione. Quia Christus non tantum imputat in regeneratione suam iustitiam, sed simul donat

Spiritum sanctum vivificantem & renouantem nos. Et tamen semper verum est, nos esse iustos coram Deo tantum imputatione. Quia et si nunquam possunt separari incoatio & effectio nouarum qualitatum ab imputatione: tamen sunt distinguenda.

Quinta obiectio.

Subditus est minor superiore, cui subiicitur.

Filius subiicitur Patri, vt 1. Corinth. 15. dicitur.

Ergo est minor Patre.

Respondeo ad dictum Pauli: Filius subiicitur Patri, respetu officij seu regni, ut agnoscat Ecclesia regnum esse diuinitatis, & differre vitam aeternam à regno Christi in hac vita, non re, sed modo rei.

Differunt regnum Dei & regnum Christi, non re, sed modo rei. Sed unde haec phrasis sumpta est? Respondeo. 2. Corinth. 5. Paulus breui dicto discernit regnum Christi in hac vita à regno Dei in vita aeterna. Nunc ambulamus per fidem, & non per speciem. Et si dicas. Lutherus. Isti haben wir

es im Glauben/darnach werden wir es habeu im schawen. In hac vita regnat Christus per verbum & fidem, quæ est ex auditu, & non ex visione. In vita aeterna non credemus aut sperabimus, sed videbimus illa bona, quæ in hac vita fide & spe amplexi sumus. Ita etiam discernit 1. Corinth. 13. Nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Est & haec similitudo illustris: Sicut differunt ius ad rem, & ius in re: ita differunt regnum Christi & regnum Dei. Tu es haeres paternorum bonorum patre viuente, & habes ius ad rem, sed nondum habes ius in re, quia nondum habes possessionem, nondum es dominus. Sed mortuo patre adis hereditatem, & habes ius in re. Nunc habemus vt filii Dei ius ad rem, in vita aeterna habebimus ius in re, quia coram videbimus Deum, qui non amplius regnabit per verbum, fidem & Sacra menta. Sed his sublati regnabit immediate per visionem. Et vt breuiter dicam: In hac vita dominatur auditus, quia fides ex auditu: In vita aeterna florebit visus.



De

Devnione duarum naturarum in Christo.

C A P. VII.

 Erisimè à Nazianzeno dictum est, de copulatione diuinæ & humanæ naturæ in Christo: Admiratione huius fœderis accédi pectora, etiam si penitus perspici opus tam arcanum non potest. Quamobrem assiduè consideremus, quanta res sit, quòd diuina persona se demittit, & assumit massam nostræ naturæ, quantus amor sit in Filio Dei, erga nos, quanta misericordia æterni Patris, quòd Filium mittit ab initio, ut Ecclesiam colligat, & in ea sit efficax. De his tantis rebus, quæ superant omnium creaturarum sapientiam, teneátur aliquot insignia dicta piaæ vetustatis.

Hoc est, ne dubita, fœdere parta salus.

Et Paulus 1. Timoth. 3. in fine sic exclamat: Sine omni cōtroueria magnum est mysterium pietatis, quòd Deus apparuit in carne, iustificatus est in Spiritu, apparuit angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Et Ecclesia in hymno canit: O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus sumens de virginе nasci dignatus est, & procedens homo sine semine, suam Deitatem nobis donauit.

De amore quidem Trinitatis erga genus humanum præclarè dixit Clemens Alexandrinus. Diligitur à Deo homo. Quomodo enim non diligatur, propter quem vnigenitus ex sinu Patris demittitur? Et Tertullianus in lib. de carne Christi, pag. 23. Amavit vtique quem magno redemit.

De humilitate verò admiranda in Filio Dei, Augustinus tractatū 25 in Iohannem exclamat: Quid superbis hemo? Filius Dei

D. Philippus in quodam epigrammate amplificans hoc mysterium incarnationis, sic inquit:

O rem mirandam, mirando fœdere iuncta est

Humani generis languida massa, Deo.

Hoc mirum fœdus semper mens cogitet, vno

propter te humiliis factus est: puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem Deum. Venit Filius Dei in homine, & humiliis factus est.

Idem tractatu 78. in Iohannem, de dignitate naturæ nostræ dulcissimè inquit: Naturæ humanæ gratulandum est, quod sic assumpta est à Verbo ynigenito, ut immortalis constitueretur in cælo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram Patris.

Cogitandæ sunt & causæ, quare Filius missus sit, & quare copulatæ sint in Messia diuina & humana natura.

Decausa missionis Filij semper in conspectu sint sententiaj Athanasij & Augustini. Sic enim Athanasius in libro de incarnat. Verbi inquit: Congruebat Filium assumere humanam naturam, ut per imaginem Dei esentialem homo restitueretur, conditus ut esset imago Dei creata, quia per Verbum, quo diuinitas patefit, restituitur imago.

Verba Augustini in libro de Ecclesiast. dogmatibus cap. 2. hæc sunt: Non Pater carnem assumpsit, neq; Spiritus sanctus, sed Filius tantum, ut qui erat in diuinitate Dei Filius, ipse in homine fieret hominis Filius, ne filij nomen ad alterum transferret, qui non esset æterna nativitate Filius.

imo capite Iohannis. Coloss. 1. & Ebr. 1. De secunda quæstione, quid assumpserit? respondet Iohannes 1. cap. Et Verbum caro factum est. Sed cur mauult vti appellatione carnis, quam hominis? Disertè dicit: Verbum caro factum est, ut hac appellatione describat imbecillitatem, quam propter nos volens assumpsit λόγον. De qua imbecillitate multi sunt loci Paulini. De tertia quæstione respondet Symbolum Nicenum. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est.

Causæ verò copulationis diuinæ & humanae naturæ in Mediatore

Augustinus enarrans psalmū 70. & de hoc mysterio incarnationis loquens, admonet tres quæstiones pia meditatione considerandas esse. 1. Quis sit Mediator Dei & hominum. 2. Quid Mediator assumpserit. 3. Propter quos assumpserit.

Quid de prima quæstione: Quis sit Mediator, respondendum fit, manifestum est ex pri-

tore piè cogitetur. Ac prima quidē, quare Mediator sit homo, non est obscura. Cūm genus humānum peccauerat, cōgruebat ordinī iūstitez, vt aliquis in genere humano pœnam persolueret, ideo Filius intercessor assump̄it humanam naturam.

De hac causa extat concio Andreæ Apostoli, qua pro consulem Achaïæ dicitur instituisse: Primus homo per lignū prævaricationis mortem induxit, ideo necessarium hoc erat generi humano, vt per lignum passionis mors, quæ ingressa fuerat, pelleretur, & quoniam de immaculata terra factus fuerat primus homo, qui per lignum prævaricationis mortem intulerat: necessariò de immaculata virgine natus est perfectus homo, in quo Dei Filius, qui primum fecerat hominem, vitam æternam, quam perdiderūt homines, per Adam repararet, ac per lignum crucis, lignum concupiscentiæ excluderet, expanderet in cruce immaculatas manus, pro manibus incōtinenter extensis, pro suaui cibo arboris vetitez, escā fellis acciperet, & infusciens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

Hunc quidem vt resurgere faceret, Deus mortalem naturam assum̄it,

De hac causa dicitur in hymno:

Vt carne carnem liberans,
Non perderet quos condidit.

Hanc concionem Andreæ Apostoli recitat Petrus Galatinus ex monumentis bonæ fidei lib. 6. Atrocissimum fuit certamen inter Iohannem Reuchlinum virum Hebraicè & Græcè doctissimum, I. V. Doctorem, & inter quosdā Monachos, qui propter Hebraicæ linguæ defensionem, tanquam rem Ecclesiæ perniciem, intendebant litem capitale Reuchlino. Ac nisi quidam docti Cardinales in aula Pontificia, & hic Petrus Galatinus suscepissent patrocinium Reuchlini, vix euasisset cruentas manus Monachorum. Summam concionis Andreæ complexus est Nazianzenus quinque verbis:

Τὸν μὲν ἀναπλάσασν, βροτέλινοθεός
ἐσ φύσιν ἥλθεν.
Ω̄ς κεναεθλεύσας τε καὶ ἐν θαρά-
τοι φωνῇ
Νικήσας, γένοιντε χολῆ, καὶ χείρας
ἀθέσμυς.
Ηλοῖσι, σαυρῷτε φυτὸν καὶ οἴτη
γαῖαν
Πρὸς ζωὴν παλίνορφεν. Αδὲ μὲν
καὶ διατρέψῃ.

Et pugnans morte mortis autorem
Vicit, gustum felle, & manium errorem
Clavis, cruce lignum, & sublimitate terram.
Ut in vitam reduceret Adam, & gloriam restitueret.

Secunda causa quare sit Deus.
Nulla creata potentia sola potuisse sustinere iram Dei, & in tanta magnitudine dolorum Deo vere tribuere laudem iustitiae. Necesse est autem in pena, quæ debet esse placatio, punienti tribui laudem iustitiae.

declarandi causa per antithesin, non potuisse placare iram Dei, quia si qui vult alterum placare, debet sustinere penam, ita ut tribuat ei laudem iustitiae.

Tertia causa. Peccati infinita malitia est: ut igitur esset pretium infinita bonitatis, & aequitatis, hic Mediator etiam Deus est.

aduersus peccatum, quam dignitas & amplitudo victimæ, id est pretij seu remedij. Hippocrates lib. 1. Aphorismorum 6. inquit: Extremis morbis extrema remedia exquisitè opponenda sunt. Quorundam morborum tanta est *γνοήσις*, ut sit utendum unctione & fectione. Non potuit autem placari ira Dei, obedientia nullius angelii auctominis, sed necesse fuit interuenire Filij obedientiam in nostra carne. Ideo vel ex hac re estimari potest ipsius peccati & iræ diuinæ magnitudo.

Huius causæ consideratio commonefacit nos de horribili magnitudine peccati, & de merito Filij Mediatores, quod longè antecellit omnibus omnium peccatis, iuxta dictum Rom. 5. Gratia exuberat supra delictum.

quo textu Augustinus inquit: Hoc esse inuictissimum scutum aduersus

Quantum onus sit & moles peccatum, ostenditur in veris paucoribus conscientiæ, ut testatur exempla Ieremiæ & Job, quorum uterque sentiens & gustans iram Dei, maledicit diei natali, & illis nuntiis, qui famam sparserunt de nativitate ipsorum. Si Job fuisset Mediator, fingamus hoc

Magnitudo peccati potest aliquo modo estimari ex mole misericordiarum humanarum publicarum & priuatarum. Sed nullū est euidentius signum monstrans, quāta res sit peccatum & ira Dei

In eo capite Paulus tanquam orator cœlestis, amplificat amorem Dei & Christi erga nos: de

versus ignita Diaboli tela , suggesteris desperationem propter concursum & multitudinem temptationum. De amore Dei inquit: Com mendat autem charitatem suam in nos Deus , quoniam si cum ad huc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus , reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius , multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Argumentatur a fortiori. postea a contrariis amore Christi exaggerat. Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori , vt qui alteri benefacit inter homines , vel mouetur obligatione, qua debet officium, vel mouetur spe commodi & utilitatis & gloriola. Cur pater filio benefacit? quia naturaliter obligatus est ad hoc officium. Num verò Christus etiam his causis mouetur?

Respondeo. Christus nihil debuit nobis , & nihil potuit a nobis expectare. Necesse autem est eum magna vi amoris moueri, qui alteri benefacit cum suo dolore, cum nihil ei debeat, neque possit utilitatem ab eo expectare.

Christus pro nobis moritur, nihil nobis debens, nec sperans a nobis aliquid commodi.

Ergo est in Christo ingens & inenarrabilis amor erga Ecclesiam.

Vix aliquis moritur pro iusto, id est, pro re iusta, cum videlicet obligamus naturaliter ad hoc officium præstandum.

Quarta causa est. Creatura non est viuificantrix, sed vt Iohannis scriptum est: In ipso vita erat.

Ideo hic redemptor Deus est, vt vincat mortem, & restituat humanæ naturæ vitam. Sicut enim initio in creatione αγο. fuit viuificantor , ita & nunc credentes ei inserti, rursus per eum viuificantur.

Irenæus li.3. querens causam, quare Mediator non tantum sit homo, sed etiam Deus, hæc quartam causam recitat. Fuit homo, vt moreretur, & fuit Deus, vt refuscitaret & viuificantet tum suā, tum nostram carnem. Non enim tantum vicit mortem in sua persona & corpore, sed etiam in nostro, tanquam in suis membris. Sed hæc victoria nunc non apparet, sicut Paulus Coloff.3. inquit: Vita nostra est abscondita in Christo. Et Augustinus hoc pulcrè docet: Arbores, inquit, viuunt, non tantum in æstate, quando florent & fructus gignunt, sed etiam hyberno tempore. Sed tunc non conspicitur vita

P. 2

arborum quæ latet in radice , sed verno tempore ascendit succus & diffundit folia, ibi cernimus arbores viuere. Sic cogita Christum radicem absconditam esse in Deo, in qua simul nostra latet vita, quam olim in lucem referet, quia Christus nostra corpora glorificabit , & suo corpori reddet conformia.

Quinta. Hic Mediator assidue interpellat pro Ecclesia , & semper & vbique adeat Ecclesia , eamque seruat & protegit, quæ beneficia eti si sunt à Filio in natura assumpta , & toti personæ tribuuntur: tamen sunt actiones diuinæ naturæ & omnipotentis.

diictione Legis, peccati, mortis. Hæc non sunt opera humanæ naturæ, sed diuinæ. Et tamen sunt in natura assumpta.

Has causas sèpe consideremus, sed ita, vt cùm de iustitia & magnitudine misericordiæ Dei cogitamus, corda simul inflammetur gratiarum actione erga Deum , & deploratione nostri stuporis & ignauiae, quòd peccata nostra non ardent studio hæc cogitandi, nec gratiarum actione.

Refutatio Nestorii & Eutychis.

C A P . V I I I .



Ertissimum est, duas in Christo nato ex virginie naturas esse & manere: ἀρνεῖσθαι & assumptam naturam humanam, & utrunque retinere suam proprietatem, nec faciendam esse aut diuulsionem aut confusionem naturarum.

Nestorius finxit, ἀρνεῖσθαι non aliter habitasse
in

in natura humana Christi, quām habitat in aliis sanctis, siue angelis, siue hominibus. Hæc fuit summa commenti Nestoriani. Ecclesia autem discernit Christum ab aliis sanctis, non tantum hominibus, sed etiam angelis, vt facit epistola ad Hebreos cap.1.& 2.& 3. Hoc discrimen Christi, & aliorum sanctorum illustrat refutatio Nestorij. Habitat quidem Christus in sanctis, & est in eis efficax, sed longè alia ratione habitat λόγος in suo téplo, quod assumpit ex Maria virgine. Eutyches verò defendit aliam hyperbolēn, quæ non minus est perniciosa, quām commentum Nestorij. Sicut enim Nestorius distinxit & diuulsit duas naturas λόγον & carnem, id est, negauit vniōnem hypostaticam duarum naturarum in Christo: ita Eutyches monachus incidit in contrariam hyperbolēn, & confudit duas naturas, earumq; proprietates. Sunt autem hæc duo extrema velis remisq; fugienda, distractio duarum naturarum, & confusio proprietatum. Nestorius diuellit, Eutyches confundit duas naturas. Nos vitatis his extremis, teneamus medianam viam, fateamur vnitatis esse naturas inseparabiliter & personaliter, & tamē inconfusè & impermixtè.

Ad huius simplicis & veræ sententiæ, quam amplectitur & confitetur Ecclesia, declarationem, prodest consideratio quatuor modorum præsentiarum Dei. Quorum primus est præsentia vniuersalis, qua Deus & substantia omnibus locis adest, & potentia ubique efficax est, vt in versu dicitur: Enter, præsenter, Deus est, & vbique potenter. Hac præsentia conseruat Deus res omnes, donec sunt, & quales sunt, & tamē ita adest rebus omnibus, vt agens liberrimum, separabile, & aliud à creaturis, & multa in causis secundis moderans. De modo præsentiarum Augustinus in epistola ad Dardanum, epist. 57. citans & illustrans Prophetarū dicta. Esaiæ 66. Ieremiæ 23. Psal.

Hæc verba (Donec sunt, & quales sunt) adduntur, vt ostendatur vnde sit peccatum in natura hominis. Deus enim seruat naturam taalem, qualis nunc est. vt, leprosi gignunt leprolos, calculosi, calculosos. Ita Adam post lapsum contaminatus peccato, tales procreauit filios, qualis ipse fuit.

139. inquit: Sic est Deus per cuncta diffusus, vt non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi sine labore regens, & sine

onere continens mundum. Nō tamen per spacia locorum, qua-
fi mole diffusa, ita vt in dimidio
mundi corpore sit dimidius, &
in alio dimidio dimidius, atq;
ita per totum totus: sed in solo
cælo totus, & in sola terra totus,
solus, & nullo contentus loco, sed in se ipso vbiique totus. Et in
epist. Nouit vbiique totus esse, & nullo contineri loco, nouit ve-
nire recedendo, vbi erat, nouit
abire non deferendo, quò vene-
rat.

Hæc clausula prudenter oppo-
sita est imaginationi Epicurez,
quæ extat apud Ciceronem in
persona Balbi i. de natura Deo-
rum, quo in loco Stoicum Deum
vocat laboriosum & miserrimū,

Vniuersalis præsentia dicitur,
quia secundum hanc Deus adest
omnibus creaturis, sine vlla ex-
ceptione, & adest non tantum efficacia, seu potentia, sed etiam ipsa
substantia. Testimonia de hoc gradu sunt Esaiæ vltimo. Cælum se-
des mea, terra scabellum pedum meorum. Ieremiæ 23. Ego cælum
& terram impleo, scilicet substantia & potentia. Sic Psalmus 139. qui
pertinet ad locum de creatione, splendidè philosophatur de hac v-
niuersali præsentia, siue de vbiuitate Dei. Quò ibo à Spiritu tuo,
aut quò à facie tua fugiam? si ascendero in cælum, tu illic es, si lectum
strauero in infernum, ecce ades: si sumpsero pennas auroræ, & ha-
bitauero in extremis meis, etiam illuc manus tua deducet me.

Totus ille psalmus est philosophica concio de præuisione Dei,
qua omnia cernit, de prouidentia, qua omnia sustentat & conseruat;
de vbiuitate Dei, qua omnibus rebus adest: de miranda fabrica-
tione corporis humani, & conseruatione vita humanæ. Atque hoc
loco obiter monendi sunt iuniores, de tribus modis, quibus res di-
cuntur esse in loco. 1. Corpora sunt in loco circumscriptiuè, quia
superficies concava corporis continentis ambit & circundat con-
uexam superficiem corporis locati siue contenti secundum omnes
dimensiones. Hoc modo vinum est in vase aut cantharo. 2. Spir-
itus, vt angeli boni & mali, & animæ rationales sunt in loco definiti-
uè, id est, non ita includuntur superficie, sicut corpora. 3. Solus
Deus est in loco repletuè, quia replet cælū & terram & omnes crea-
turæ in iis. Ita tamen in his est repletuè, vt nullo loco affixus, aut
inclusus sit, sed sit totus in toto, & in qualibet parte totus.

Secundus modus est præsentia Dei in beatis angelis & homi-
nibus,

nibus. [scilicet *in vita aeterna*.]

Dicitur autem hic modus à priori, quod in illa arcana conservazione, quæ ad omnes creature pertinet, non conspicitur Deus, hic vero cōspicitur Deus, vt i. Corinth. 13. dicitur: Tunc facie ad faciem videbimus. Et Beati munifici non solum do corde, quoniam ipsi Deuteturarum, sed & videbunt. cōmunicatio lucis, sapientiæ, iustitiae & lætitiae Dei. Quanquam autem non discedit à beatis angelis & hominibus [vt Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 1. inquit: Angelis in summo bono permanentibus, vt de sua fine permanescere certi essent, tanquam ipsius præmium permanisionis dedit:] tamen adest eis tantum societate, non personali vnyione.

Tertius modus est præsentia seu specialis actio in Ecclesia, qua fiunt conuersio & sanctificatio, & nullo modo fit vnius personalis, sed separabiliter adest renatis Deus in hac vita, vt Saulem trucidantem sacerdotes, & quare rem præsidia inconcessa, deserit Deus, nec consolatur eum in agone, sed sinit eum impelli à Diabolis.

Consuluit magiam mulierem de exitu prælii contra mandatum diuinum. A Diabolo enim, neque consilium, neq; auxilium est petendum.

De hac præsentia Augustinus in epistola ad Dardanum: Faten-

De hoc modo illustria testimonia sunt, i. Corinth. 15. Deus, inquit, erit omnia in omnibus, id est, Deus non tantum conservabit in omniæternitate substancialias corporum & animarum, ne intereant, sed etiam communicabit coram & visibiliter omnibus & singulis beatis bona, quæ in ipso sunt optima & pulcherissima, lucem sapientiæ, iustitiae & lætitiae inenarrabilis, quam nec oculus vidit, neque auris audit, neque cor hominis in hac vita comprehendit, vt i. Corinth. 2. dicitur. Et i. Cor. 13. discernit Paulus hanc vitam ab æterna cōfuetudine Dei. Nunc in ænigmate per speculum videmus, tunc autem facie ad faciem.

Saul vno die in oppido Nobe, quod situm est inter Ioppen & Arimathiam, interfecit So. sacerdotes, quod exulanti Davidi hospitium præbuerant: Deinde infelissimus fuit ante & post prælium, in quo tandem fuit interfectus. Consuluit magiam mulierem de exitu prælii contra mandatum diuinum. A Diabolo enim, neque consilium, neq; auxilium est petendum.

dum est, inquit, ubique esse Deū per diuinitatis pr̄sentiam, sed non ubique per habitationis gratiam. Deus igitur ubique pr̄sens est, & ubique totus pr̄sens, nec ubique habitans, sed in templo suo, cui per gratiam benignus est & propicius.

At tertia pars Symboli loquitur de tertio modo, id est, de speciali actione in Ecclesia. Testimonia autem de hoc modo sunt Iohann. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Paulus Ephes. 3. Christus habitat in nobis per fidem. 1. Corinth. 6. aliquoties haec assertiones repetuntur: vos estis templa Dei & Spiritus sancti. Ex his dictis recte extruitur tertius modus pr̄sentiae Dei.

Quartus modus est pr̄sentia secundæ personæ diuinitatis ελέγχος in ea massa naturæ humanae, quam assumpsit Filius Dei, ita ut sint unitæ duæ naturæ unione personali, quæ non tantum est copulatio inseparabilis, sed etiam talis, vt duæ naturæ fiant una persona, & natura humana ita sustentetur à diuina, vt si ab ea desereretur, prorsus in nihilum redigeretur.

De hac pr̄sentia loquitur Paulus, cùm inquit Colos. 2. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis σωματικῶς, hoc est unione inseparabili & personali. Et Iustinius Martyr inquit: Crede ubique esse Verbum per essentiam, & eximio quodam modo in suo templo.

Destruite templum hoc, & ego intra triduum reædificabo illud. Nos sumus templa Dei, quia in nobis habitat Christus per fidem. λόγος autem

Differunt hæc duæ propositiones: Deus est ubique, & Deus habitat in sanctis. Prior loquitur de generali pr̄sentia, altera de speciali. Ex partibus autem symboli hæc etiam discernuntur. Primus articulus de creatione complectitur vniuersalem pr̄sentiam Dei.

At tertia pars Symboli lo-

De hoc quarto modo concionatur secunda pars Symboli, in qua dicimus: Credo in Iesum Christum Filium eius Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

redigeretur.

Verba Iustini sunt fol. 181. πίστε γὰρ παρένται πάνταχθε καὶ ἀστιντὸν λόγον, γὰρ καὶ ἐξαιρετούσῃ ποικέλη γένη. Hæc phrasis sumpta est ex secundo capite Iohannis:

autem habitat in suo corpore eximio quodam modo, id est, habitat in eo personaliter, inseparabiliter, *σωματικῶς*.

Nota sunt etiam verba Athanasij in lib. de incarnatione Verbi: Non ita est in corpore λόγος, vt alibi non sit, nec ita mouet corpus, vt desit aliis creaturis, sed mirando modo, cùm λόγος sit, à nullo comprehenditur, sed ipse comprehendit omnia, & cùm in o-

mní creatura sit, tamé alia substantia est à creaturis.

Quartus modus neque euer-
tit tres priores, neq; pugnat cum
reliquis gradibus, quia λόγος
etli assumptis humanam naturā:

tamen neque Patrem, neque gubernationem mundi deseruit, sed semper mansit in Patre, & in finu Patris, & singulas creaturas sustentauit. Multò etiam minus discessit à beatis angelis, aut à sanctis in hac vita, sed verè habitauit per fidem in pectoribus nostris. Non igitur λόγος est in carne, sicut anima in corpore. Etsi enim scriptores hac vtuntur similitudine: tamen verum est, nullum simile esse idem aut currere quatuor pedibus. Anima enim ita est in corpore, vt non sit extra corpus, quod agitat & viuiscat. λόγος non est ita affixus corpori, vt non possit simul esse in cælo, in finu Patris, & in singulis non modò creaturis, sed etiam sanctis.

Etsi autem Iustinus qualicunque similitudine vñionem hypostaticam duarum in Christo naturarum declarat: Sicut anima generat corpus humanum : sic gestatur ab imagine coæterna Patris, natura humana in Christo: tamen ipse fatetur hoc exemplum nō prorsus congruere, sed secundūm aliquid. Nam animæ nostræ, etsi cogitant res extra corpus, tamen eas non mouent, non enim agitant Solem, quanquam moueri eum cernunt. Non sic est λόγος in assumpta natura, non enim inclusus est, sed ipse continet corpus, & simul est in finu æterni Patris, & adest creaturis. Hanc sententiam confirmat Augustinus in tertia epistola, inquiens: Verbum Dei, per quod omnia facta sunt, sic assumptis corpus ex virgine, & sensibus apparuit mortalibus, vt immortalitatem suam non corruerit, vt æternitatem suam non mutauerit, vt potestatem suam non minuerit, vt administrationem mundi non deseruerit, vt à finu Patris, id est, à secreto quo cum illo & in illo est, nō recesserit.

Et tractatu 14. in Iohannē: Intus ergo erat totus ille, & sic intus



in carne , vt apud Patrem maneret, non enim deseruit Patrem, quando venit ad carnem.

Rectissimè & verissimè dicitur: vnionem duarum naturarum in Christo esse inseparabilem , quia λόγος nunquam

discessit, vel à corpore vel ab anima Christi. Et si enim verum est, ipsam animam moriente Christo, separatam fuisse à corpore, non tamē propter hanc asseuerationem imaginandum est, hanc vniōē personalem, aut λόγον à se ipso esse mutatum, quod de Hectore Virgilius inquit: Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo. Talem mutationem nō cogitemus de λόγῳ. λόγος verē assumptus corpus & animam, idq; inseparabiliter. Quod enim semel assumptus, vt Damascenus inquit, hoc nunquam deseruit aut deseret. Sed interea etiam verissimum hoc est, quod λόγος generali & vniuersali præsentia vna cum Patre sit ubique. In summa, λόγος semper fuit, & ante & post assumptam naturam cum beatis angelis & hominibus, & habitauit per fidem in sanctis in hac vita.

His fundamentis iactis, quæ nulla sophistica conuelli & labefactari possunt, facilis est refutatio Nestorij & Eutychis. Sint igitur testimonia in conspectu, quæ perspicuè affirmant, in Christo nato ex virgine & esse, & manere duas naturas, diuinam & humana, inseparabiliter & personaliter vnitas.

Lucæ 1. Vnde mihi hoc, quod mater Domini ad me venit. Et in eodem capite: Nascetur ex te Filius Altissimi.

Nestorius ausus est negare hanc propositionem, Maria est Deipara, seu mater Filij Dei. Quia, inquit, si facitis Mariam Dei matrem, tunc ex Deo facitis bimestrem aut trimestrem. Sed verissima est propositio: Maria est Deipara, sicut angelus inquit: Nascetur ex te Filius Altissimi. Particulam ex te, grauiter vrgent Basilius & Athanasius: si dixisset, Nascetur in te, habuissent hæretici patrociniū, qui dixerunt, Christum non assump̄isse carnem ex virgine, sed attulisse corpus cœleste in aluum virginis. Dicit igitur ex te, id est, ex tua nascetur carne, & ex tuo sanguine veram & integrā humānam naturam assumeret.

Lucæ 2. Hodie natus est Saluator Dominus.

Galat. 4. Misit Deus Filium suum natum ex muliere. Olim Monachi acerrimè disputarunt, vtrum Maria in pec. 1. Cor.

1. Cor. 2. Dominum gloriæ cato originis cōcep' a fuerit , nec ne? De hac propositione fuit longa & vehemens disputatio inter

Franciscanos & Dominicanos. Sed nihil opus fuisse hac disputatione. Quia solus Filius Dei & carnem habuit veram, & non habuit peccatum. Solus est ἀναμόρθωτος. Sed dicunt Monachi. Quomodo ergo ex Maria potuit nasci? Aut enim ipsa non est concepta in peccato originis, aut si est immunda, nihil natum ex ea fuit nisi immundum. Respondeo. Illa massa, quam sibi copulauit λόγος, est sanctificata à Spiritu sancto, ut in Symbolo dicitur: Conceptus à Spiritu sancto, natu sex Maria virgine. Sed cur Paulus Galat. 4. inquit: Misit Deus Filium suum natum ex muliere, cùm Maria & ante & post partum sit virgo? Respondeo. Paulus nihil decerpit de laude virginitatis Mariæ, sed intuetur in primam promissionem: Semen mulieris conteret caput serpentis.

Auctor. 20. Deus Ecclesiam sanguine suo redemit.

Ius, quia illa persona quæ passa est, est revera homo & Deus.

Deus in sua natura nec sanguinem, nec carnem habet, quia est Spiritus. Sedit loquitur Paulus,

Matth. 22. Si Filius Dauidis est, quomodo vocat eum Dominus?

Ieremiæ 23. Germen Dauidis vocabitur Iehoua iustitia nostra.

Osiander vsus est hoc dicto velut Gorgone, contra articulum de iustificatione. Sed qua in re

aberrauit, dicat aliquis, cùm textus dicat Iehoua, quod est nomen essentia diuinæ, annon igitur iusti sumus iustitia Christi essentialis? Respondeo. Dictum Ieremiæ de tota persona loquitur. Expressè enim complectitur duas naturas. Germen Dauidis, inquit, vt significet in hac persona esse naturam humanam, eandem personam nominat Iehouam propter naturam diuinam. Cùm autem officium redemptionis sit totius personæ, rectè refertur particula postrema, Iustitia nostra, non ad alteram naturam seorsim, sed ad totam personam. Christus enim iustus est duobus modis, essentialiter, & perfecta obedientia, quam Patri præstít in morte & passione. Nam ut Paulus inquit Rom. 5. Sicut per unius inobedientiam, peccatores constituenti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituentur

multi. Ergo cùm loquimur de iustitia imputatiua, rectè amplificatur & celebratur obedientia Christi perfecta, quia propter hanc nos recipimus. Postea verò cùm dicimus de nouitate spirituali, de iustitia & sanctitate, quæ sequuntur iustitiam imputatiuam, id est, cùm dicitur de effectione in nobis, rectè fit mentio essentialis iustitiae Christi, quia ἀληθινη sua essentia in nobis est efficax, dat Spiritum sanctum, & regenerat nos ad vitam æternam.

Philipp. 2. Qui cùm esset in forma Dei, formam serui assumpsit.

1.Petri 4. Christus passus est pro nobis carne.

humanam integrum, habentem omnes partes & vires naturæ humanae proprias sine peccato.

Act.2.& psalm. 16. Non relitta est anima eius in inferno, nec caro eius vidit corruptionem.

Lucæ 24. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

1.Iohan. 4. Omnis Spiritus, qui non fatetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est.

His & similibus testimoniiis confirmati, execremur Nestorij impietatem, qui finxit, αληθινη adesse Christo, ut socium, sicut omnibus sanctis adest: & Eutychis prodigiosum errorem, qui confusionem naturalium excogitauit.



De

Forma significat essentiam & proprietates essentiæ, vt Christus cùm esset in forma Dei, id est, cùm esset natura Deus, omnipotens, sapiens, liberrimus, assumpsit formam serui, id est, natura

De hoc dicto legatur epistola Augustini ad Dardanum, vbi inquit: ἀληθινη fuit cum latrone in paradyso, cum anima in inferno, cuni carne in sepulcro, id est, ἀληθινη tunc quoque fuit ubique, nec fuit separatus à corpore vel anima.

De communicatione Idiomatum.

C A P. I X.

SI C V T in articulo de Deo duo potissimum consideranda sunt, vnitas essentiae diuinæ, & discrimen trium personarum: ita in hoc articulo de Filio Dei duo capita præcipua obseruatione digna sunt, quorum alterum est de vnione hypostatica personali duarum naturarum in Christo, quæ est inseparabilis: alterum de discriminè & proprietatibus utriusque naturæ. Vtrique vero capiti seruit doctrina de communicatione Idiomatum, videlicet, ut retineatur vnitas personæ Christi, & discrimen ac proprietates naturæ diuinæ & humanæ in Christo. Non quidem est facienda separatio aut diuulsio & distractio duarum naturarum in Christo, sed quod semel assumpsit $\lambda\delta\gamma\phi$, hoc nunquam deserit in omni æternitate. Intereatamen sciendum est, naturas ipsas in hac hypostatica vnione non esse confusas, sed suas cuique proprietates tribuendas esse, & tamen propter vniōnem hypostaticam fieri communicationem proprietatum, quando loquimur de tota persona. Hanc doctrinam quidam hoc tempore depravant. Multi enim fingunt nescio quam physicam communicationem Idiomatum, quæ reuera est Eutychiana confusio naturarum.

Suprà aliquoties dictum est, personam esse substantiam individuali, intelligentem, incomunicabilem, quæ non sustentatur nec conseruatur ab alia. Cùm igitur humana natura in Christo sustentetur à diuina, seu à $\lambda\delta\gamma\phi$, ita ut non esset humana, nisi sic sustentaretur, non sunt duas personæ diuina & humana, sed sunt unica persona.

Posset aliquis ex manca & multa personæ definitione sic argumentari:

Personæ est substantia individuali, intelligens, incomunicabilis.

In Christo sunt duas substantias individualiæ, intelligentes, incomunicabiles.

Ergo in Christo sunt duas personæ.

RESPONDEO.

Nego Maiorem, quia est mutila & manca definitio. Deest enim hæc particula (quæ nec sustentatur nec conseruatur ab alio.) Habet natura humana in Christo suum intellectum & suam voluntatem, habet diuina etiam suum intellectum & suam voluntatem, sed ideo non sequitur, in Christo esse duas personas, quia λόγος sustentat carnem, id est, corpus & animam. Hæc igitur postrema particula facit, ut non possim dicere, in Christo esse duas personas. In homine sunt anima & corpus. Anima sustentat corpus, & corpus sustentatur ab anima. Hæc duo constituunt unam personam.

Vt autem intelligi possit doctrina de communicatione Idiomatum, cuius fons est articulus devinione hypostatica, quædam definitiones dextrè intelligendæ sunt.

I. Idioma est proprietas vni naturæ conueniens, vt proprietates diuinæ naturæ sunt, esse omnipotentem, esse ubique. Proprietates humanæ naturæ sunt, crucifigi, mori.

II. Abstractum significat naturam secundum se consideratam, vt diuinitas, vel diuina natura, humanitas, vel humana natura.

In Dialecticis traditur discrimen abstracti & concreti: & his appellationibus usi sunt veteres, & nostra ætate Lutherus in lib. de conciliis, & in enarratione quatuor capitum Iohannis 14.15.

16.17. Hoc ideo dicitur, ne quis putet illa vocabula esse noua. Corpus non numerat, non intelligit, non ratiocinatur. Anima propriè numerat, iudicat, ratiocinatur. Hæc verissimè dicuntur in abstracto, quando considerantur singulæ naturæ. Sed cum in concreto, de toto dicitur homine, rectè dicitur: Homo numerat, intelligit, ratiocinatur: ita sola seu unica natura diuina est omnipotens, est conditrix & conseruatrix rerum, sola seu unica est ubique. Contrà humanæ naturæ non habet has proprietates, sed suas habet, conuenientes naturæ finitæ & creatæ. Et tamen cum loquimur de tota persona, rectè dicimus per communicationem Idiomatum: Christus est ubique, omnipotens, conditor & conseruator. Item, Deus est passus, crucifixus &c.

III. Concretum significat totum agens, naturam sustentatam & naturam sustentatam,

IV. Est

IV. Est igitur cōmunicatio Idiomatum, forma loquendi, qua proprietas vni naturæ conueniens, tribuitur personæ in concreto, vt significetur in ea persona duas naturas esse vnitas v-

Communictio Idiomatum dicitur formaloquendi, vt intel-ligamus non esse physicam con-fusionem naturarum, vel pro-prietatum cuiusque naturæ, sed

esse phrasin loquendi dialecticam. Aliqui faciunt duplarem communictionem Idiomatum, vnam physicam, alteram dialecticam, sed nobis sit persua sum ex verbo Dei & puriore antiquitate, physicam communicationem Idiomatum esse Diabolicum mendacium, quo nihil est contumeliosius aduersus Christum. Nam si fingimus physicam communicationem, sumus Eutychiani, miscemus inter se naturas. Sed cur haecloquendi forma vtrum? Additur in definitione communicationis Idiomatum causa finalis, vt significetur, in ea persona duas naturas esse vnitas vniione hypostatica, id est, ne fingas duos Filios, duos Mediatores, duos Christos. Verissimum est, solam seu vnicam diuinam naturam esse vbiique. Sed in concreto verissimum etiam hoc est, Christus est vbiique communicatione Idiomatum, ne fingamus duos Filios aut Mediatores.

Hac doctrina de communicatione Idiomatum opus esse, intelligi potest ex multis dictis Christi. Iohann. 8. Antequam Abraham natus est, ego sum.

tura humana intelligi, sed in cōcreto rectè dicitur: Antequam Abraham natus est, ego sum. Vnde Paulus Galat. 4. Vbi venit plenitudo temporis, scilicet prædicta à Prophetis, misit Deus Filium suum natum ex muliere.

Matth. 18. Vbicunque sunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Iohann. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Matth. vltimo. Ecce ego vobiscū sum usque ad consummationem seculi.

Hic quæritur, an natura humana Christi fuerit ante natum Abraham? Nequaquam. Abraham vixit bis mille annis ante incarnationem Christi. Ergo im-

possibile est, hoc dictum de na-tura humana intelligi, sed in cōcreto rectè dicitur: Antequam Abraham natus est, ego sum. Vnde Paulus Galat. 4. Vbi venit plenitudo temporis, scilicet prædicta à Prophetis, misit Deus Filium suum natum ex muliere.

Hoc dictum sic enarrat tota antiquitas, Cyprianus, Cyrillus, Tertullianus, Augustinus, Chri-stum loqui de præsentia mai-estatis seu diuinitatis, non de præsentia carnis.

Talia dicta plurima obvia sunt, quæ illustrantur ex doctrina de communicatione Idiomatum.

Disertè autem dictum est, communicationem fieri in concreto, non in abstracto. Ut enim necesse est retineri unitatem personæ, seu unionem hypostaticam: ita necesse est agnosci duas naturas in Christo nato ex virginе, nec facienda est naturarum confusio, ut Augustinus inquit in epistola ad Dardanum: Cauedium est, ne ita diuinitatem hominis astruamus, ut veritatem corporis auferamus. Nequaquam igitur dicimus, Natura diuina dormit, vulneratur, moritur, & veræ tamen sunt propositiones in concreto: Christus est mortuus, Deus est mortuus. Ideo enim prædicata communicantur, quia hæ duæ naturæ, $\lambda\gamma\zeta$ & natura assumpta sunt unum $\nu\pi\sigma\alpha\mu\nu\tau\omega$, ut dicimus: hic homo numerat, quamquam tantum mente numeret.

Vnius obedientiam iusti constituentur multi. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes vivificabuntur. Sed hic rursus aliqui obstrepunt, cogitantes, fuisse Christi corpus immutatum per resurrectionem & ascensionem. His respondet Augustinus in epistola ad Dardanum: Christus sua resurrectione & ascensione dedit suo corpori immortalitatem, sed non abstulit veri corporis modum.

Simus autem in cogitatione & sermone de Deo, & de rebus diuinis memores dicti Syracidæ

3. Quæ præcepit tibi Deus, sancte cogita.

Cundiores esse debere, quam cum de Deo agitur. Si enim intramus tempora

Aristoteles citante Seneca in 7. naturalium quæstionum præclarè dixit: Nunquam nos vere

templa compositè, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam subducimus, si in omne argumentum modestiæ fingimur, quanto hoc magis facere debemus, cùm de Dei natura disputamus, ne quid temerè, ne quid imprudenter aut ignorantes affirmemus; aut scientes mentiamur.

Etsi enim omnis sermo verecundus esse debet: tamen in sermone de mysteriis diuinis non tantum luceat verecundia, sed etiam reuerentia, iuxta regulam ab Augustino traditam lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 23. Nobis ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impianum gignat opinionem.

Si quis plura desiderat scire de hoc articulo, legat commentarium Philippi super 3. caput ad Colos. vbi explicat hæc verba: Ascendit in cœlum, sedet ad dextram Patris.



Explicatio quæstionis de fuga mortis in Christo,

C A P . V L T .



Classico huius quæstionis sumitur ex historia passionis, in qua legitur hæc precatio Christi: Pater mi, si possibile est, transeat à me iste calix, verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Ex his verbis extitit quæstio, an fuga mortis in Christo fuerit vera, & non vitiosa, id est, sine peccato? an verò fuerit exemplum nostræ infirmitatis, quod doceat, quanta sit imbecillitas humanæ naturæ in adeunda morte, & quod sancti debeant suam voluntatem subiicere voluntati diuinæ in omnibus ærumnis & media morte. Hanc quæstionem nō solum tractat Petrus Longobardus (quæ alio nomine appellant

R.

Magistrum sententiarum) in lib. 3. distinct. 17: Sed eadem quæstio agitata est in sexta Synodo Oecumenica, quam indixit Constantinus Quintus. Extat autem descriptio huius Synodi in lib. 3. Chronicon Philippi, in fine. Nam à reliquiis Eutychianis hæc disputatio agitata est: An sit in Christo tantum una voluntas, an verò distinctæ voluntates. Synodus autem rectissimè pronuntiavit, duas esse distinctas in Christo voluntates, unam diuinam, alteram humanam, & qui huic sententiæ contradixerunt, appellati sunt *μονοδεσμοταῖς*. Habet auté hæc sententia, illustria testimonia in sacris literis. Matth. 11. Christus ipse inquit: Nemo nouit Filiū, nisi Pater, neque Patrē quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Hoc dictū tribuit naturæ diuinæ suam voluntatem, quæ congruit cum voluntate Patris. Estq; magna consolatio proposita in hac sententia, quæ affirmat, unam & eandem esse voluntatem æterni Patris & Filii de nostra salute, ne fingamus aliam Dei voluntatem esse patefactam in Evangelio, & aliam abditam latere intus in consilio diuinitatis inclusam. Prodebat autem ad agnitionem & inuocationem Dei, & gratiarum actionem excitandam, scire, quod non tantum voluntas humana in Christo voluit pati, sed etiam diuina voluntas consensit cum voluntate humana, approbavit illius obedientiam, & vt Irenæus inquit: Quieuit ut posslet caro crucifigi & mori. Quare meritum Christi non tantum ad humanam naturam referendum est, sed etiam ad diuinam voluntatem. Vtraque enim voluntas & diuina & humana in Christo voluit hanc obedientiam in passione. Si tantum humana voluntas eam voluisse, meritum non esset sufficiens, non esset æquale. Quia autem vtraque voluntas voluit & approbavit hanc obedientiam, ideo meritum Christi est sufficiens pro omnibus peccatis totius mundi.

In Christo nerui sentiunt lacerationem, & ingenti dolore afficiuntur, & fugiunt morte prorsus secundum naturam. Hæc pars propterea non peccat, quia nerui ita conditi sunt, vt percipiant obiecta conuenientia cum quadam delectatione, & fugiat a reformident contraria: deinde cor naturali & ordinata appre-

In doctrina de affectibus traditur distinctio appetitionum in natura humana, & constituuntur tres gradus.

Primus est appetitus naturalis, qui est fames & siti, id est, appetitio cibi & potus, & delectatione

titione abhorret à morte, quam ostendit præcedens cogitatio. Nam ordinatè natura supra vires onerata gemit, nec frigitur sine aliquo sensu doloris. Sed in voluntate maior est dolor, qui sequitur agnitionem iræ Dei irascentis peccatis humani generis. Hic dolor secum etiam cor rapit, in quo tanti sunt motus, ut sanguis effluat. Quanquam autem fuga aliqua erat in voluntate & corde Christi sine peccato, quia natura etiam ordinatè destructionem refugit, ac incolumis manere cupit: tamen simul in voluntate & corde ardētior affectus erat amor Dei & obediētiæ Deo præstandæ, qui vicit illam trepidationem. Ideo dicit Christus: Veruntamen nō quod ego volo, sed quod tu vis, fiat. Hac vera sententia considerata, nunc de contrariis, quæ opponuntur, breuiter respondeamus.

Secūdus gradus est in corde, & vocatur appetitus sensitivus, quia sequitur sensum, id est, cognitionem seu perceptionem obiecti. In corde sentitur tristitia, lētitia, amor, ira. Supremus gradus est voluntarius. Nam in veris motibus congruit cor cum voluntate, & vivissim voluntas cum corde. Cor naturaliter fugit mortem, quia omnis natura amat conseruationem sui, & odit destructionem. Et in magnis motibus cor secum aliquo modo rapit voluntatem, sicut flu men rapidum, qualis est Danubius, secum rapit naues. Iam queritur, an fuerit fuga mortis in Christo vitiosa?

Respondeo, Non. Primus gradus non peccauit, quia agit natura-

ac dolor in neruis, qui sunt instrumenta tactus. Nam naturalis appetitus, aut est in orificio ventriculi, ut fames & sitis: aut est in neruis, quos condidit Deus ad hunc usum, ut sint organa seu instrumenta sensus & motus. Constat autem ex historia Euangeliæ, Christum sensisse famem & sitim. Ideo non dubium est, Christum sensisse etiam in passione acerrimos dolores ortos ex laceratione neruorum. Omnis enim dolor oritur vel ex *duōpaciā*, id est, ab intemperie quatuor primarum qualitatum, vel à solutio ne continuui. Quando nerui aut nimis calidi fiunt, aut extre mè frigidi aut siccii, aut humidi, ex tali intemperie sentitur dolor, & oriuntur morbi, quális est articularis, podagra. Sic quando soluuntur nerui per lacerationē, cùm scilicet sit distractio *τῆς ἐνότητος*, etiam grauissimum dolorem experimur. Hic infimus gradus id eo non peccat, quia agit naturaliter sine deliberatione.

liter sine deliberacione. In secundo & tertio gradu etiam est naturalis fuga mortis, quæ et si in nobis laeditur contagione peccati originalis: tamen in Christo nulla talis est *ātažia*. Quod autem sit naturalis in omnibus hominibus fuga mortis, id duobus dictis confirmatur.

I. Augustinus tractatu in Iohannem 123. enarras caput ultimum Iohannis, vbi Christus ad Petrum inquit: Cùm essem iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cùm autem senueris, extendes manus tuas, & aliust te cinget, & ducet quod tu non vis. Quam historiā diligenter describit Eusebius, & in explicatione eius sic inquit Augustinus: Affectus infirmitatis, quo nemo vult mori, adeo est naturalis, ut eum Petro nec senectus abstulerit.

2. Euripides in Alcestide:

Μάτωσό ποιεόντες εὐχονταί
Γῆπας φέγοντες, καὶ μακρὸν χεόντονται
Ηδὺ δὲ ἐγγὺς ἔλθη θάνατος, εἰδεῖς τελεός
Θνήσκου. τὸ γῆπας δὲ οὐκ ἔτ' εἰς αὐτοῖς βασὺ.

Frustrasenes optant mori
Senectutem reprehendentes, & longum spatium vitæ.
Vbi enim mors aduenerit, nemo vult mori.
Neque senectus ipsis grauis est.

Priusquam autem ad contraria veniamus, etiam hoc monendum est. Possunt in Voluntate & corde contrarij esse affectus, sed in gradibus dissimilibus. Nam fortiores affectus vincunt imbecilliores, quod ostendit Ouidius in breui & erudito versiculo:

Sed minor est acrlaudis amore dolor.

Vt miles collocatus in prima acie, qui certò scit sibi moriendum esse, et si dolet propter præsens periculum, tamen est in eo generosus amor patriæ, Imperatoris, gloriæ, qui amor vincit omnem metum & trepidationem. Ita in Christo amor Ecclesiæ & Dei vicit omnem trepidationem cordis & voluntatis. Verè enim de Christo usurpari potest versiculus Virgilij 4. Aenid.

Mens immota manet, lacrymæ voluuntur inanæs.

Et ille in 5. Aenid. Vicit iter durum pietas.

Pietas, id est, amor Dei & Ecclesiæ, vicit iter durum, mortis scilicet & inferorum: ita in nobis alios omnes affectus vincat amor Dei & Ecclesiæ.

I. Obiectio

I. Obiectio.

Magis fortis minus dolet.

In Christo est perfecta virtus.

Ergo Christus in aditu mortis minus dolere debebat.

Respondeo ad Maiorem. Ex causis discrimina dictorum & factorum sumenda sunt. Habuit autem Christus plures & maiores causas paucorum & dolorum, quam alij homines. Iacuit enim Filius Dei prostratus coram Patre, sentiens iram eius aduersus nostra peccata effusam in ipsum, perinde ac si ipse polluisse se meis, tuis, & omnium tetris sceleribus.

triumpho adhibebantur tubæ canentes classicum. In ouatione canebatur tibiis. 3. In triumpho immolabatur bos, in ouatione, ouis, unde est appellatio ouationis. Stephanus igitur ibat ouans, id est, triumphans, nam ouatio est parvus triumphus, & spe scilicet vita æternæ leuabat sua damna. De Laurentio scribitur, quod iacens in craticula insultarit tyranno. Sed cur Christus magis doluit quam Stephanus aut Laurentius? Respondeo. Discrimina actionum & dictorum non tantum ex obiectis sumenda sunt, sed ex fontibus & veris causis. De causis autem, quæ fuerunt principales in dolore Christi, integrum caput Esaiæ 53. dicit: Omnes sicut oves errauimus, unusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniuriam omnium nostrum, seu ut textus Hebreus habet, fecit in eo concurrere omnium nostrum peccata. Et in eodem capite dicitur: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Concurrerunt igitur peccata nostra in Christo, sicut canes concurrunt ad ceruam deiiciendam, quemadmodum etiam psalmus 22. Christus comparatur ceruæ à canibus agitatæ. Canes fuerunt partim Iudæi, partim gentes.

II. Obiectio.

Non obtemperare omnibus viribus Deo, est peccatum.

R. 3

Maior potest explicari exemplis Stephani & Laurétij. De Stephano Bembus scriptit: Ibat ouans animis, & spesua damna levabat. Quid significat ouans? Respondere. Plutarchus in vita Marcelli discernit triumphum ab ouatione. 1. Triumphantes vehabantur curru. Illi, quibus decreta erat ouatio, erant pedites. 2. In

In Christo est aliqua fuga mortis.

Ergo obedientia in eo non fuit integra.

R E S P O N D E O.

Etsi hæc lucta verbis describi non potest: tamen firmissimè retinendum est quod dicitur Hebr. 4. Christum tentatum esse sine peccato. Hæc responsio satis declarata est,

Maiorem explicat dictū Christi: Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis &c.

III. Obiectio.

Pugnantia non possunt esse in eodem.

Christus semper fuit beatus.

Non igitur potuit in eo esse talis consternatio, quam Marcus ca. 14. describit: Cœpit quasi cum stupore consternari, & vehementer angri animo.

Euāgelistarum tam significantibus vobis est verbis atque Marcus, in describenda lucta Christi morituri.

Marcus consternationē Christi his verbis describit: ἦ οὐχ ἀπομονῶν. Nullus

R E S P O N D E O.

Simplicissima huius argumenti explicatio sumitur à temporum distinctione, quam tradit psalmus octauus. Siuisti eum paulisper indigere Deo, sed gloria & honore coronabis eum.

Distingue tempora, & concordabis Scripturas.

Psalmus octauus, qui citatur in epistola ad Hebreos 2. describit duo tempora Christi. Vnum Christi patientis & humiliati. Alterum Christi gloriosè resuscitati & regnantis. Hac temporum distinctione considerata, facilis est solutione. Semper fuit beatus Christus, sed hæc beatitudo non ita fulsis, nec tam fuit cōspicua in passione, quam postea fulsi in resurrectione & glorioso triumpho Christi ascendentis in cælum.

Sed has tantas res in tota æternitate cōtemplabimur, & de eis Filium Dei nos docentem audiemus. Incoari tamen has cogitationes

tiones in hac vita necesse est, ut simus pars illius agminis, de quo
psalm. 8. scriptum est: Ex ore in-
fantium & lactentium perfeci-
sti laudem.

Hoc dictum psalmi 8. quod
repetitur à Christo Math. 21. est
pulcerrima descriptio Ecclesiae,

quæ est cœtus infantium & lactentium. Comparatur autem Eccle-
sia primum infanti, quia in hac vita non possunt satis enarrari mi-
randa Dei opera, de quibus nos tanquam infantes tantum balbuti-
mus, & ex parte prophetamus, vt i. Cor. 13. dicitur. Deinde compa-
ratur Ecclesia lactenti, quia Ecclesia semper aliquid lactis, id est, do-
ctrinæ & consolationis haurit ex maternis vberibus verbi diuini.
Atque sic verissimum est dictum Augustini: Ecclesia verbo genera-
tur, nutritur, augetur, roboratur: generatur enim verbo, quia ba-
ptismus est aqua in verbo, vt Ephes. 5. dicitur: mundans Ecclesiam
lauacro aquæ in verbo. Quibus autem constamus, istud etiam nu-
trimur, vt homo constat ex quatuor elementis, ergo commodo qua-
tuor elementorum vñi etiam nutritur. Sic Ecclesia verbo genera-
tur. Ergo etiam verbo nutritur. Nam lac maternum est verbum, de
quo i. Petri 2. dicitur: Sicut modò geniti infantes τὸ λόγιον τὸ δόλον
γάλα bibite, vt ex eo crescatis in salutem. Vnde appareret, Ecclesiam
verbo etiam augeri & roborari vsque ad exitum vitæ.

EXPLICATIO TEXTVS IN LOCIS THEOLOGICIS PHIL. MELAN- THONIS DE FILIO DEI.



IC autem describitur Fi-
lius]

λόγος]

Respectu Patris, quia est imago à Patre genita. Omne
enim verbum est quiddam cogitatione naturum. Est autem duplex
verbum, aliud in creatum, vt solus Filius Dei: aliud creatum, quale
est nostrum verbum euanescens. Respectu Ecclesiae, & quia publicè
instituit ac conservat ministerium Euangeli, & quia priuatim in

Primum caput de ap-
pellationibus Filii Dei.

Appellatur λόγος re-
spectu Patris & Ecclesiae,

nostris cordibus dicit consolationem, monstrat voluntatem æterni Patris de nostra salute, & simul dat Spiritum sanctum.

Lumen de lumine]

In epistola Canonica Iohannis dicitur: Deus est lux, id est, lucida essentia, in qua nihil est tenebrarum, nihil caliginis, sed omnia sunt plena fulgoris & radiorum maiestatis diuinæ. Hæc sententia Iohannis congruit cum psalmo 139. Et dixi, forsitan tenebræ tegent me, & nox lucida circum me. Quia tenebræ non obtenebrant te, & nox sicut dies lucebit, & tenebræ sunt, sicut lux ipsa. Cum igitur Deus sit lumen, rectè dicit Symbolum Nicenum, Filiū natum esse ex Patre, sicut lumen de lumine. De natura autem lucis illud consideratione dignum est: Omnis natura, quod plus habet lucis, id est præstantior, & proprius accedit ad similitudinem Dei, ut angeli sunt lucidi Spiritus. Sicanimæ rationales sunt lucidi Spiritus. Deinde corpora cælestia ideo præstant inferioribus, quia sunt actu lucida. Aqua & aër sunt corpora potentia lucida, id est, sunt capacia lucis. Terra est ignobile elementum, quia est corpus opacum, nec natura lucidum, nec lucis capax. Gemmæ etiam sunt in pretio, aliæ plus, aliæ minus, prout plus aut minus habent lucis. Sic in nostro corpore spiritus vitales & animales sunt lucidæ flammulæ, quarum lux superat splendorem Solis.

A nostra mente exempla capiamus]

Quia exemplum Dei quisque est in imagine parua. Mens humana est quasi quoddam speculum & liber Dei. Sicut enim intuentes in specula, facies nostras contemplamur, vt earum imagines videamus, ita non possumus aliunde sumere meliorem declarationem rerum diuinarum, quam à nostra mente & anima rationali.

Aliqua notari vestigia posunt]

Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei cap. 24. In homine non penitus extincta est quædam velut scintilla rationis, in qua factus est ad imaginem Dei. Eadem sententia copiosius repetitur in lib. de Spiritu & litera cap. 28.

Mens humana cogitando mox pingit]

In homine sunt duæ potentie præcipue. Vna intelligens, cuius propriissima actio est formare imagines. Omnis enim cogitatio est formatio imaginum. Mens est qualis

quasi pictor, cogitatio est pictura. Cogitationes enim sunt simulacra rerum, de quibus cogitamus. Altera volens, quæ non quidem gignit imagines, sed ciet, seu mouet spiritus, qui sunt flammulæ sparsæ per arterias in toto corpore. Ab hoc exéplo sumi potest declaratio qualisunque. Quantum enim discrimen est inter Creatorem & creaturam, inter rem infinitam & finitam, tantum est discrimen inter nostras cogitationes & Dei. Sicut ipse apud Prophetam inquit: Meæ cogitationes non sunt sicut vestræ cogitationes. Ut igitur mens gignit imagines: sic Pater Filium gignit, & sicut nostrum cor effundit spiritus in arterias, quibus vivificat totum corpus, vnde vitales spiritus appellantur: ita Spiritus sanctus non gignitur sicut Filius, sed procedit à Patre & Filio tanquam agitator, motor, laxificator & vivificator. Semper autem hic obseruetur ἀξιωμα utrissimum. Omnes comparationes congruunt secundum quid, non congruunt simpli- citer.

Proprietas ergo discernens
Filium]

Proprietas Patris est, non genitum esse, nec aliunde procedere. veteres Theologi, qui barbare locuti sunt, dixerint: Innascibilitatem esse proprietatem Patris: Proprietas Filii est genitum esse, & esse imaginem. Proprietas Spiritus sancti est procedere à Patre & Filio.

Nam verbo unionis]

Differunt unitas & unitio. In Christo sunt duas naturæ unitæ, sed haec duas naturæ non sunt unum. Monotheletæ pepererunt integrati certamina in Græcis Ecclesiis, præfertim in urbe regia Constantinopoli. De hac heresi scribit Zonoras tomo 3. fol. 70. μίαν φυσικὴν θέλησιν, καὶ μίαν ἐνέργειαν δεῖν δογματίζειν ἐπὶ χειρὶ. Mox vero sequitur: Εἰ σωφρονίς μέντοι εἰς τὸν εὐαγγελικὸν ἀρχιερατεύοντος, τότε τὰς ὑφὲς εἴαντὸν ἀρχιερεῖς συναθρίσαντο, καὶ συνοδικῶς ἔποδεξαντο τέσσερας μίαν λέγοντες θέλησιν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τὸ χειρί, μίαν ἀποκρίνει φύσιν κακούτειν. Non igitur unum est unitas & unitio. Duæ in Christo sunt naturæ unitæ personaliter & inseparabiliter. Hæc propositio vera est, sed altera est falsissima: Duæ naturæ in Christo unitæ, sunt una natura.

Hanc secundam personam
assumpsisse certo tempore]

Duplicia sunt discrimina personarum. Alia sumuntur ab actione-

nibus interioribus, vt à generatione & processione. Alia à beneficiis erga Ecclesiam, vt ab incarnatione ac redemptione & à sanctificatione. Ut autem primum discrimen est arcanum, ita alterum est dulce & plenum consolationis.

Misit Filium, vt esset redemptor] Christus dicitur & redéptor & liberator humani generis. Est autem redemptor respectu Dei seu Legis diuinæ, cuius iustitiæ soluit λύτρον debitum pro nostris peccatis. Nam omnis Lex obligat vel ad obediétiam, vel ad poenam. Respectu Diaboli est liberator, quia latroni non soluitur pretium, sed vi & armis extorquetur ei præda. Homo incidit in latrones Diabulos, & ab his non tantum fuit spoliatus, sed etiam horribiliter sauciatus in omnibus potentiis animæ & corporis. Et quanquam multa promiserat homini ante lapsum, sicut inquit: Eritis sicut Dij: tamen promissa nec præstítit, nec præstare potuit. Cùmigitur Diabolus tanquam latro non solum deceptus hominem, sed etiam tanquam mancipium ex paradiſo rapuerit, non cōgruit iustitiæ, vt Diabolo aliquid soluatür pro homine captivo. Quare cùm Christus in cruce soluisset λύτρον, tertio die resuscitatus egit triumphum de Diabolo, quem vinculis cōstrictum palam ostentauit, vt Paul. Coloss. 2. dicit.

In corda renascentium] Regeneratio duos motus cōpleteatur, mortificationem & vivificationem, seu deductionem ad inferos, & reductionem ab inferis, seu, vt vulgo loquimur, contritionem & fidem.

Templum Dei estis] Nulla creatura bruta est templum Dei, non Sol, Luna, aut eleminta, aut plantæ, sed soli angeli & homines conuersi ad Deum sunt tempora Dei. Nam vt Augustinus inquit: Deus ubique est præsentia maiestatis suæ, sed tantum per gratiam habitat in creditibus.

Vocatur actio specialis Dei] Articulus de creatione & conservatione rerum describit generalē actionem Dei, quæ generalis appellatur, quia pertinet non tantum ad homines & angelos, sed etiam ad omnes creaturas, sine exceptione. Specialis actio Dei est sanctificatio, quæ describitur in tercia parte Symboli, dicitur specialis, quia est propria solius Ecclesiæ. Sed unde hæ appellationes sumptæ sunt? Paulus i. Timoth. 4. tradit hoc

hoc discrimen, inquiens: Deus est saluator omnium hominum, maximè verò fidelium. Hæc sententia Pauli sumpta est ex psalmo 36. vbi David inquit: Homines & iumenta saluabis, Domine: quibus verbis describit generalem actionem Dei. Postea addit: Quàm pretiosa misericordia tua Deus, & filij hominum, in tegmine alarum tuarū sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. In his tribus versibus venustissimis figuris aetio Dei specialis describitur.

In nomine Patris & Filij]

Disertè dicit in nomine, non

in nominibus, vt vnitas essentiæ significetur: deinde articuli in Græco textu singulis personis additi, confirmant dogma de discrimine trium personarum. Hoc modo vrget pondera verborum Epiphanius contra Sabellianos, pag. 224. Eodem modo Paulus Galat. 3. vrget pondera verborum in promissione tradita Abrahæ: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semi-ni eius. Non dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semine tuo, qui est Christus. Quorsum, inquit aliquis, pertinet hæc diligentia Grammatica, qua Paulus vtitur, discernēs numerum singularem à plurali? vt scias non esse multas causas iustificationis & salvationis, seu benedictionis cælestis, sed unam, quæ est unum nomen, unum meritum scilicet benedicti seminis, id est, Christi. In verbis igitur Pauli est præclara refutatio Synecdoches Papisticæ, quæ dicuntur homo iustificari fide & dilectione. Paulus contrarium dicit, non in seminibus, sed in semine, id est, non partim fide, partim dilectione. Sic igitur & Epiphanius vrget singularem numerum: In nomine, ne quis fingat plures essentias diuinas.

In hac prima ceremonia]

Sic vocatur baptismus, quia

est quasi clavis aperiens fores Ecclesiæ & regni cælorum. Nam per baptismum regeneramur & inserimur Ecclesiæ. Differunt baptismus & Cœna Domini, vt generatio & nutritio. Baptismus est lauacrum regenerationis & renouationis ad vitam æternam, vt ad Titum 3. dicitur: Cœna Domini est nutrimentum hominis regenerati. Sicut enim non possumus carere cibo & potu in corpore naturali: ita non possumus carere ad nutritionem spiritualem carne & sanguine Christi.

Vt misericordia & potentia
horum] Nulla creata potentia potest
nos liberare à tyrānide Diaboli,
& à morte æterna, sed ille liberat
nos, de quo dicit Propheta Oseas cap. 13. De manu mortis liberabo
eos, de morte redimam eos, ero mors tua, ô mors, mors tuus ero,
inferne.

Tecum in baptismo fœdus
facit]

In nomine, id est, inuocatio-
ne] 1. Petri 3. Baptismus appella-
tur stipulatio, quæ magis obligat
quæm nuda promissio. Deus ob-
ligat se ad danda æterna bona, tu vicissim te obligas ad reddenda
ārtidwpæ, ad præstandos cultus, quos ipse postulat.

In agnitionem]

Cumq; par sit potentia]

Ergo Pater & Filius sunt ὁμόσιοι, quia potentia non est acci-
dens in Deo, sed est ipsa essentia Dei. Non differunt in Deo essentia &
potentia.

Præterea constat Patrem &
Filium]

Hoc constat ex incarnatione
Verbi, quia Pater non assumpsit
humanam naturam, nec passus
est in cruce, sed Filius factus est homo.

In hanc sententiam Basilius]

pag. 581. ὡς παρελάβομεν πα-
ρὰ Στ. Κυρία, ὅτως Εαπίζουμεθα, ὡς ὢ
Βαπτίζουμεθα, ὅτως πισεύομεν: ὡς πισεύομεν, ὅτως κὴ δοξολογοῦμεν, ὅτε χω-
γίζοντες πατρὸς τῷ φῶ τὸ ἀγνοιον πνεῦμα ὅτε προθέντες πατρὸς ἡ πρεσβύτε-
ρον ἐν φῶ τὸ πνεῦμα λέγοντες. In his verbis Basilij pulcerima est
gradatio.

Colligenda erunt primò te-
stimonia de Filio]

Est autē præcipua probatio]

Hic incipit caput secundum,
in quo est confirmatio articuli
de diuinitate Christi.

Sedes materiæ, ut Iurisconsulti
loquuntur.

Quem

Quem quidem scribunt eō
scripsisse Euangelium] Occasio Euangelij scripti à
Iohanne, orta est à furoribus E-
bionis & Cerinthi. Sicut enim
ex malis moribus sāpe bona leges natæ sunt: ita duo heretici blasphe-
mi Ebion & Cerinthus mouerūt Iohannem Apostolum, vt scriberet
luculentam narrationem de duabus naturis in Christo.

Cerinthus]

Iohannes Apostolus fuit Epi-
scopus in vrbe Epheso (vbi &
Paulus & Timotheus colegerunt Ecclesiam suo ministerio) nec tā-
tum gubernauit ministerium Ecclesiæ in celeberrima vrbe Ioniæ E-
pheso, sed etiam habuit cœtus scholaſticos. Quia ex eius schola pro-
dierunt sanctissimi martyres, Ignatius, Polycarpus & Papias. Cūm
autem viuente adhuc & grassante Cerintho venisset in balnea pu-
blica, & audiuiſſet Cerinthum vñā cum suis applausoribus lauare,
& simul dicere blasphemias aduersus Filium Dei, pedem mox retu-
lit, & hortator fuit suo comitatui, vt discederent ex eo loco, fore e-
nim, vt ruina balneorum blasphema multitudo obrueretur. Hanc
prædictionem res & euentus comprobauit. Hæc historia continet
exemplum punitæ blasphemiarum, & congruit ad comminationem se-
cundo præcepto additam. Legatur autem de tragico exitu Cerinthi
Irenæus lib. 3. Epiphanius in refutatione Cerinthi. Et Eusebius lib.
3. historia Ecclesiastica cap. 27. & 28.

Primò]

Nazianzenus in fine secundæ
orationis de Filio Dei: Et Basilius
in concione de fide, hoc argumentum, quod sumitur à discriminē
vnigeniti & filiorum adoptionis, eruditè vrgent, non solum ad re-
futādos blasphemos, sed etiam ad nos ipsos confirmandos. Sumitur
autem hæc ratio à pondere verbi (V N I G E N I T I) Sunt enim opti-
ma & firmissima argumēta in Theologia & Iure, ab etymologia seu
pondere verbi sumpta. Quia verba sunt notæ rerum. In omni dispu-
tatione semper debet esse maior ratio defensionis, quam refutatio-
nis aliorum. Sophistica est infinita, & homo ingeniosus potest mul-
ta proponere, quæ sunt inextricabilia, ideo magis est elaborandum
in confirmatione, quam in refutatione, id quod etiam ostendit lex
militaris apud Plutarchum in vita Pelopidae ducis Thebani. Miles
amittens clypeum erat infamis, sed amittens gladium nulla nota-
batur infamia. Ratio huius legis est, quia semper debet nobis maio-
ri curæ esse defensio nostri corporis, quam læsio hostium.

Plenitudo diuinitatis]

Hoc dictum extat Colos. 2.

Est autem in eo illustre discrimen

Christi & aliorum sanctorum. In aliis sanctis habitat Deus separabiliter, docens & mouens eos, & non totam sapientiam & omnia dona eis tribuit. Sed in Christo habitat $\sigma\alpha\mu\alpha\pi\eta\omega\varsigma$, hoc est, ut sint una persona $\lambda\beta\gamma\Theta$ & assumpta natura, & sint haec duæ naturæ inseparabiliiter iunctæ in omni æternitate, & cum $\lambda\beta\gamma\Theta$ in persona Christi sit essentialiter Deus, est in hac persona plenitudo potentiarum, sapientiarum, iustitiarum, vitarum & omnium bonorum diuinorum, sed declaremus haec paulò copiosius. Duo igitur sunt discrimina Christi & aliorum sanctorum. Prius est, In sanctis in hac vita Spiritus sanctus habitat separabiliter, nec constituit cum anima & corpore sanctorum unam personam. In Christo $\lambda\beta\gamma\Theta$ sic habitat, ut nunquam discedat à natura assumpta, & simul $\lambda\beta\gamma\Theta$ & natura humana constituant unam personam. Alterum est: In aliis sanctis, ut Mose, Iosepho, Daniele, David uide, est particularitas donorum & imperfectio. Sunt certa quædam dona, non omnia in omnibus, sed singula in singulis, & alia in aliis, nec eas sunt perfecta. Deus enim unum non dat omnia, ut 1. Corinth. 12. dicitur: Hæc omnia operatur unus & idem Spiritus, diuidens singulis, prout vult. In Christo autem est plenitudo & essentialis & propriatum diuinorum, scilicet potentiarum, sapientiarum, iustitiarum, lætitiarum, vitarum & omnium bonorum diuinorum. Hæc duo discrimina pulchre monstrantur in dicto Pauli. Nam plenitudo diuinitatis opponitur particularibus donis & imperfectis, quæ sunt in sanctis, de quibus preclarè inquit Augustinus: Non cogitemus, quid adsit nobis, sed quid desit. Deinde vocabulum $\sigma\alpha\mu\alpha\pi\eta\omega\varsigma$ opponitur illi presenti Spiritus sancti, qua Deus adest sanctis patribus, scilicet separabiliter & effectuè, non ut constituat cum eis unionem personalem.

Præcipit Christum adorari]

Hæc est secunda ratio, quæ proponebitur in forma Enthymematis.

Christus est inuocandus. Ergo est natura Deus. Valet consequentia per regulam: cui tribuitur proprium quarti modi, quod unius soli essentia conuenit, huic etiam essentiam tribui necesse est, ut exempli causa: Hic lapis trahit ferrum. Ergo est magnes. Quia nullus est aliud lapis præter magnetem, qui trahat ferrum: Sic inuocatio non est tribuenda vlli creatura, sed soli Deo, ut Moses inquit Deuter. 6. Dominum Deum tuum inuocabis, & illi soli seruies, scilicet cultu inuocationis & tota obedientia. Corpora & opes nostræ debent seruire

uire Magistratui, sed anima debet Deo seruire. Deest autem maior in entyphemate, qua addita magis sit perspicua consequentia.

Matth. 11. Venite ad me]

scilicet medicum animarum vestrarum. Qui laboratis, id est, oppressi estis graibus & insanabilibus morbis. Ego reficiam, scilicet merito & efficacia: Merito: dans remissionem peccatorum. Efficacia, simul donans & effundens in pectora vestra Spiritum sanctum. Iam cogita, quād dulce sit hoc dictum Christi: Medicus, excellens non solum scientia eius artis quam profitetur, sed etiam felix in medicatione, vocat ad se omnes ægrotos sine exceptione, oppressos morbo graui & mortifero, nectantūm vniuersis, sed etiam singulis liberalissimè promittit sanationem morborum & vulnerum, quæ Diabolus naturæ nostræ inflxit in primo lapsu. Confugiamus igitur ad hunc Medicum, freti ipsius merito & efficacia, nec dubitemus, quin paternè & benignè sanaturus sit ea vulnera, quæ ope humana sanari non possunt.

Iohan. 3. Qui credit, habet vitam æternam]

Quæro quomodo credentes in hac vita habeant vitam æternam? Respondet Paulus Rom. 8. Spes alui facti sumus, id est, nos habemus ius ad rem, & spe posseidemus vitam æternam. Item Coloss. 3. Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. 1. Iohan. 3. Nunc Filij Dei sumus, & nōdum apparuit, quod erimus. Scimus autem, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicut est. Et omnis, qui habet hanc spem, sanctificatus est, sicut & ille sanctus est. Interea tamen illa ipsa fides credens in Christum, est gustus vitae & lætitiae æternæ: quam operet in hac vita incoari, ut postea consummetur in tota æternitate.

Esaïa 11. In die illa radix Iesse]

Iesse fuit pater Dauidis. In eo autem capite describit regnum Christi, & disertè de eo dicit. Gloriosum eius erit sepulchrum, vbi gloriam Christi vocat non inanem famam, aut pompam, quam nō fentit mortuus, sed gloriosas actiones intelligit personæ viuentis & regnantis. Quia Christus non mansit in morte, sed tertio die resurrexit, & insultauit suis hostibus, canens hoc Ἐπινίκιον: Absorpta est mors in victoria &c.

2. Thess. 2.]

Ipsæ Dominus noster Iesus

Christus dedit consolationem æternam. Dicit æternam, ad differentiam consolationis philosophicæ, quæ est meditatio mortis, seu est funebris querela, deplorans humanam miseriā, nec satis intelligens causas & remedia malorum humanorum peccati & mortis. Cato Uticensis fuit optimus philosophus. Fuit & Pompeius præclarè eruditus, sed quid profuit eis philosophia in magnis doloribus? Nihil. Quia non monstrat remissionem peccatorum, nec præsentia & auxilium Dei in ærumnis, nec ostendit liberationem. Hæc bona sunt propria Euangelij, quæ nunquam destituunt credentes, nec in vita, nec in morte.

- | | |
|---|---|
| Genes. 28. Deus Abraham &
angelus] | Talia sunt subiecta, qualia per
mittuntur esse à prædicatis pro-
priè intellectis. Liberare ab o-
mnibus malis non est opus creaturæ, sed proprium beneficium so-
lius Dei. Ergo in citato loco nomen angeli necesse est intelligi de Fi-
lio Dei. |
| De externa significatione ho-
noris] | Refutatio Iudaicæ cauillatio-
nis. |

Vbique terrarum]

- | | |
|-------------------|---|
| Vbique terrarum] | Tertullianus in lib. de Trinit.
pag. 610. Si homo tantummodo
Christus, quomodo adest vbique inuocatus, cùm hæc hominis na-
tura non sit, sed Dei, vt adesse omni loco possit? Hoc dicto refutatur
naturæ humanæ in Christo Vbiquitas, quæ est inane commentum.
Sed dicat aliquis. Est tamen inseparabilis vnio diuinæ & humanæ
naturæ in Christo. Ergo vbiunque est diuina, etiam est humana?
Respondeo. Verum est quod dicitur, est inseparabilis vnio. λόγος
nunquam deserit naturam semel assumptam, sed λόγος non est in
natura humana, sicut anima inclusa est in meo corpore. Vbicunque
meum est corpus, ibi animam esse necesse est, nec anima simul est ex-
tra corpus. Non autem sic est λόγος in Christo homine, sed ita est
in natura humana inseparabiliter, & personaliter, vt simul sit etiam
extra naturam humanam in omnibus mundi partibus repletus, in
sanctis hominibus & angelis speciali præsentia. Nam vnio persona-
lis duarum naturarum non euertit generalem actionem præsentia
maiestatis, nec impedit specialem, qua λόγος est efficax in homi-
nibus renatis. Si quis autem fingit vbiquitatem humanæ naturæ, is
primò facit confusionem naturarum & proprietati. Deinde euertit
hoc |
|-------------------|---|

hoc argumentum, quod probat Christi diuinitatem, & sumitur ab inuocatione. Nec potest vel ex Scriptura, vel ex vlo probato scripto-re veteri probari, quod natura humana ipsa, perinde vt $\lambda\gamma\zeta$ sit o-mnipotens, aut sit vbique. Habet quidem caro Christi suas quasda & peculiares actiones & efficaciam, quæ maior est in Christo etiam secundum humanitatem, quam in omnibus hominibus & angelis. Omnipotentia autem & ubiuitas sunt proprietates propriissimæ naturæ diuinæ atque infinitæ.

Ad Iohannem accedo]

Basilius in enarratione primi capitil Iohannis. Hęc concio est adamantinus murus, quem hæretici nec vi manifesta, nec impia fraude euertere possunt. Quare singulas voces in hac diligentissime obseruemus, & tanquam sigilli imaginem nostris pectoribus impri-mamus. Hęc ille. Sciant autem studiosi, quatuor esse partes huius concionis præcipuas, quarum prima est descriptio persona Filij Dei. Secunda continet testimonium Baptista de Mediatore, & discrimen Christi & aliorum sanctorum. Tertia pars est doctrina de benefi-ciis Messiae, & de fide applicante nobis hęc ipsa beneficia. Quarta pars exponit discrimen doctrinarum Legis & Euangelij.

In principio]

Principium hoc loco signifi-cat temporis incoationem & o-mnium creaturarum primam originem, quasi diceret Moses: Cūm nondum esset tempus & nullæ creaturæ, hoc modo esse cœperunt, videlicet Deo dicente, seu iubente. Cūm igitur $\lambda\gamma\zeta$ fuerit ante initium temporis & creaturarum: sequitur $\lambda\gamma\zeta\alpha\tau$ esse æternum & procul segregandum ab omnibus creaturis, quæ habent sui ortus principium, & quidem in tempore. Habet quidem Filius principiū à Patre, sed sine tempore.

Nam Gr̄ecus articulus testa-tur]

Articuli adduntur subiectis, non prædicatis. Semper autem vocabulum angustius habet ra-tionem subiecti. Vocabulum autem communius tenet locum præ-dicati, vt: Deus est nomen magis commune quam $\lambda\gamma\zeta$. Ergo na-tura vocabulorum postulat, vt prædicati loco ponatur Deus.

Narratio enim instituta ad descriptionem]

Verba sunt intelligēda de sub-iecta materia, id est, de ea sen-tentia, de qua principaliter loquuntur.

T

Ego dixi, dij estis]

Psalmus 82. totus conciona-

tur de officiis magistratum, & minatur pœnas Tyrannis. Inter cetera autem hæc etiam verba ponuntur: Ego dixi, dij estis, scilicet, non natura. Nam mox sequitur: Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnum de principibus eadetis. Talia autem sunt subiecta, qualia permittuntur esse à prædicatis. Constat igitur, appellationem Dei ad homines trâsferri in hoc psalmo, respectu officij, quod Aristoteles 5. Ethicorum uno verbo describit, inquiens: Magistratus est custos Legis, scilicet diuinæ & legum humanarum, quæ sunt probabiles, nec pugnant cum Lege Dei. Hæc custodia Legis duo complectitur: defensionem iustorum. 2. pœnas atrociter delinquentium. Sed nomen Dei apud Iohannem significat naturam diuinam, quæ condidit & conseruat omnia, quæ est omnipotens, non moritur, sicut magistratus, qui metaphorice dicitur Deus propter similitudinem officij.

Photinus]

Photinus fuit Episcopus in

Sirmio vrbe Pannonia regnante Constantio Constantini Magni filio. Hic renouauit blasphemiam Samosateni, & habuit multos applausores, & defensorem ipsum Imperatorem. Constantinus pater, fuit bonus & laudatus Princeps, sed filius eius Constantinus fuit degener, nec imitatus est pietatem & virtutem paternam, sed quadam leuitate ingenij amplexus est dogma Arianum & Photini.

Vt in architecto est idea]

Samosaterii blasphemia est cōfusio Euangelij & Platonicae phi-

losophiae. Nam Plato in Timæo, cuius particulâ interpretatus est Cicero, ponit tria principia rerum, Deum, ideam, & materiam. Et vocat ideam imaginem futuri ædificij, quam cogitatione format architectus, & postea manum in ædificatione ad illud exemplum mente cōceptum & informatum dirigit. Etsi autem non dubium est, magna arte & deliberatione Deum vsum esse in fabricatione rerum, vt testatur narratio Moysi: Faciamus hominem &c: tamen hæc Platonica philosophia de idea, non est miscenda concioni apud Iohannem. Habet suam laudem philosophia manens intra suas metas. Sed confusio doctrinarum est summopere execrada. Sunt enim quatuor genera corruptelarum doctrinæ Christianæ. Primum genus est confusio philosophiae & Euangelij, cuius plurima exempla leguntur in scriptis Sophistarum, qui nominantur Theologi Scholastici. De hoc genere

genere recte intelligitur dictum Pauli Coloss. 2. Nemo vos decipiat per philosophiam & inanem imposturam. Secundum genus complectitur humanas traditiones, quarum moles immensa in Papatu oppressit lucem veræ doctrinæ. Tertium genus continet fictos Enthusiasmos, id est, illuminationes & reuelationes, quas iactat fanatici doctores, vt Mahometus fictis Enthusiasmis fucum fecit imperitis hominibus, quasi cum Deo & angelis colloqueretur. Scribitur enim Mahometus laborasse morbo comitali. Hanc deformitatem vt tegeret, fixit secum angelis & Deo colloqui. Quartum genus sunt ementita miracula seu præstigia demonum, qualibus confirmata est inuocatio mortuorum.

Gregorius]

Huius Gregorij vera laudatio extat apud Basiliū in lib. de Spiritu sancto cap. 29.

Verbi viuētis, sapientiæ sub-
sistētis]

Epitheta adduntur ad differ-
entiam verbī euānescētis, siue
fit in mente, siue fit in ore. vulgo
dicitur: Aliud verbum est mentis, aliud vocis, & vt Basilius loqui-
tur: Duplex est λόγος, alius νοματηνός verbum cogitatum, actus
quidam intelligendi, alius ἀρχερόμενος verbum enuntiatum. In
creatūris vterque λόγος est euānescēns & fugax, & similis somnio
& vento. At Filius Dei est λόγος sublīstens νοισάμενος & viuētis, ac
permanens in secula. Sicut enim non habet principiū temporis,
sic non habet finem.

Testimonium veteris & pu-
tioris Ecclesiæ]

Etsi fides nītitur verbo Dei,
non humana autoritate, tamen
pietas Deo grata est, & nobis sa-
lutaris, audire doctrinam Ecclesiæ & confessionem perpetuæ senten-
tiæ ab Apostolo acceptæ, vt significatur dulcissimè in dicto Samsonis
Iudicium 13. Nisi mea vitula arassetis, non inuenissetis, scilicet æni-
gmatis solutionem. Samson est imago Christi, per vitulam intelligi-
tur Ecclesia quæ non gignit nouum genus doctrinæ, sed est Gram-
matica sermonis diuini & eiusdem Dialectica, monstrans ordinem,
& simul est testis de perpetuo consensu doctrinæ.

Omnia per ipsum & in i-
psum condita]

His vocabulī causa efficiens
& finalis intelligitur. Nam per

Christum, tanquam causam efficientem δημιυργικὰ res sunt conditæ, & in ipsum seu propter ipsum sunt conditæ. Efficiens & finis sæpe coincidunt, telle Aristotele & phystorum, materia non coincidit cum reliquis tribus causis, quia proprium eius est pati, reliquæ tres agunt.

Esse & manere in Christo diuinam naturam]

Hæc non est otiosa ταυτολογία. Nam sunt aliqui, qui imaginantur, Christum post resurrectionem & ascensionem amisisse proprietates corpóris. Sed Augustinus in epistola ad Dardanum respondet: Christus per gloriam resurrectionis & ascensionis dedit suo corpori immortalitatem, & alia dona quibus antecellit omnibus creaturis, angelis & hominibus, sed non abstulit veri corporis modum.

Nunc & veterum scriptorum dicta]

Quinque confirmationes opponendæ sunt Samosateno. Prima est ipsa series narrationis a pud Iohannem. 2. Discrimen Filij vnigeniti & filiorum adoptionis. 3. Inuocatio Filij Dei. 4. Perpetua præsentia Filij Dei in Ecclesia. 5. Confessio Ecclesiæ.

Mutilata dicta]

Cicero in 5. Tusculan. Non ex singulis verbis, sed ex perpetuitate & constantia æstimandi sunt philosophi. Et Iurisconsulti dicunt: Inciuite est, lege non integrè citata iudicare & respondere. Has regulas meminerimus contra fallaciam diuisionis, qua dicta autorum truncantur & mutilantur. Semper videndum est, quæ sit perpetua sententia, & quid in toto scripto senserit auctor, neq; singula verba sunt detorquenda contra mentem auctoris ad peregrinam sententiā.

In libro aduersus Praxeam]

In hoc libro duæ traduntur aureæ regulæ, quæ formant iudicium de omnibus controvérsiis Ecclesiasticis. Prior regula hæc est: Aduersus vniuersalitatem hæreses teneamus hanc regulam, id esse verum quodcumque primum (id est, ab Apostolis acceptum) id esse adulterinum, quodcumque posterius. Ex hac regula sequitur, nullum dogma recipiendum esse, ignotum primæ & puriori Ecclesiæ. Altera regula. Oportet secundum plura intelligi pauciora, id est, non tota Scriptura euertenda est propter pauca verba, quæ duriusculè sonare videantur, iuxta τὸ πνητὸν.

Irenæus

Irenæus]

& multò ante Nicenam Synodum vixit, tempore Imperatoris Seueri, & deinde in Sirmio, regnante Maximiano admodum senex, propter cōfessionem Euangelij supplicio affectus est. Eusebius li. 5. histor. Ecclesiast. vbi & hæc insignia dicta Irenæi leguntur: Dis-

sonantia iejunij non turbat fidei consonantiam, id est, similitudo ceremoniarum humanarum non est necessaria ad unitatem Ecclesiarum. Item, Quæ à pueris discimus, cum anima coalescunt, & adhærent ei. Irenæi dictum posterius ex oratione ad Florinum, extat apud Eusebium lib. 5. Ecclesiast. histor. cap. 20. *αἰ̄ ἐν ταῖς διατάξεις συντάξουται η̄ φύγη, ἐνθνται αὐτη̄.* Alterum dictum in eodem libro est cap. 24. Quidam enim putant vno tantum die obseruari debere iejuniū, alij duobus, alij verò pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita ut horas diurnas nocturnasq; computantes, diem statuant. Quæ varietas obseruantia, non nunc primum neque nostris temporibus cœpit, sed multò ante nos, ex illo, ut opinor, qui non simpliciter, quod ab initio traditum est, tenetes, in aliud morem, vel per negligentiam, vel per imperitiam postmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes isti etiam cum in obseruantia variarent inter se met ipsos, & pacifici fuerunt semper nobiscum & sunt, nec dissonantia iejunij consonantiam rupit.

Origenes περὶ ἀρχῶν]

Origenes scripsit librum de locis Theologicis, quem appellat περὶ ἀρχῶν de principiis seu elementis doctrinæ Christianæ.

Verbum fit caro]

Caro habet triplicem significationem & usum in Scriptura.

Primò significat totum hominem, id est, corpus & animam, ut Iohann. i. Verbum caro factum est. Deinde significat solum corpus, ut i. Cor. 15. Alia caro est hominis. alia piscium: Tertiò usurpatur pro errantibus opinionibus & affectibus huius corruptæ naturæ, ut Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, id est, ἀταξία, quæ lapsum secuta est. In prima significatione pars pro toto sumitur. Altera significatio

tantum est partis. In tertia significatione non substantia, sed accidentis intelligitur.

Nec de voce]

iuxta regulam. Nulla vox aut cogitatio euanescens aliam sibi naturam adiungere potest.

Per misendi]

Hoc verbo vtitur saepe Augustinus in libro de Trinit.

Origenes et si similitudinem
huius]

Similitudines in articulis fidei sunt periculosisimae, quia ne cesset est multas addi cautelas &

restrictiones propter ea, quae non sunt eadem. Articuli autem fidei,

quod simplicius traduntur, eo melius explicantur.

Satis clare refutauimus]

Ario tria opponantur: primū caput Iohannis, dicta de omnipotentia Filii, & dicta de invocatione Filii.

Non tantum nuncupatio-
ne]

Sicut Magistratus qui habet ius nominis diuini, sed non est natura Deus.

Esse & manere]

Perpetuò hæc verba coniungit, vt ostendat nunc etiam proprietates naturarum esse distinctas. Tertullianus in lib. de resurrectione carnis, pag. 80. Christus est homo, et si Deus: Adam nouissimus, et si sermo primarius: caro & sanguis et si nostris puriora. Idem tamen & substantia & forma, qua ascendit, talis etiam descensurus, vt angeli affirmant. Act. 1. agnoscendus scilicet eis, qui illum conuulnerauerunt.

Dominus meus, & Deus
meus]

Magna est emphasis, teste Luther, in pronominibus Scripturarum. Nemo potest dicere ad Christum, Dominus meus, sine fide.

Nomen Dei proprium]

videlicet Iehoua, quod significat fontem omnis essentiarum. Solus Deus propriè & verè est, reliqua res omnes suum esse habent à Deo, is enim rebus omnibus esse communicat.

Secundum carnem]

particula distinctiva diligenter obseruanda.

Meta-

Metaphorice]

Quæ sunt propria naturæ diuinæ?

mortuos. Hæc opera tribuuntur Christo. Ergo tribuitur ei natura diuina, quæ sola has proprietates habet.

Pater meus usque modo operatur, & ego]

tiosus est, aut quiescit, & tamen $\lambda\delta\gamma\theta$ quieuit in passione. Sed nō ab omni actione, verūm quieuit in non depellenda morte carnis assumptæ. Nec est quidquam magis mirandum quām hoc ipsum Sabbathum & quies ε $\lambda\delta\gamma\theta$ in passione, sed hanc sapientiam in vita æterna discemus. Sed hic dicat aliquis: In Genesi scriptum est: Quiexit Deus ab omni opere suo. Respondeo. Sabbathum creationis non pugnat cum hoc dicto Iohannis, quod de perpetua sustentatione rerum loquitur. Quiexit Deus, quia postea nullas nouas species creavit, sed tamen perpetuò conseruat & sustentat species rerum, quas semel ordinauit.

Sicut Pater resuscitat mortuos]

Sicut duplex est mors, ita duplex resurrectio ex morte. Mors corporis est discessus animæ à corpore. Mors animæ est discessus Dei ab anima, quia anima vita est Deus, sicut corporis vita est anima. Resurrectio corporis est noua copulatio animæ cum corpore. Resuscitatio animæ spiritualis, est copulatio Dei cum anima. Estigitur Christus utroque modo resuscitator, & quia in hac vita nos reducit ad Deum, tanquam ad caput, à quo eramus auilsi, Ephesi. Et quia rursus copulat cum corporibus nostris animas.

Sine me nihil]

scilicet Deo placens, & animæ nostræ salutare. Possimus peccare sine Christo, sed non possumus grata Deo facere sine Christo.

Ascendentem ubi erat prius]

Cyprianus in expositione Sym-

Sicut de magistratu, cui nomen Dei tribuitur propter similitudinem officij, quod gerit.

Illustre exemplum loci à proprio. Propria naturæ diuinæ sunt creare, sustentare & resuscitare

boli Apostolici: Ascendit ergo ad cælos, non vbi Verbum Deus antè non fuerat, quippe qui erat semper in cælis, & manebat in Patre, sed vbi Verbum caro factum antè non sedebat,

Adeſſe vbiq[ue], propria ſunt di-
ui[n]æ naturæ]

Sicut omnipotentia eſt natu-
ræ diuinæ proprietas, ita etiam
vbiq[ue]itas ſeu πανταχθοσ. Si tu-
tribuis naturæ humanae vbiq[ue]itatem, necesse eſt eidem etiam tribui
omnipotentiam. Si tribuis omnipotentiam, ipſo facto fateris per hu-
manam naturam omnia eſſe condita, & ita facis infinitam coniufio-
nem naturarum & proprietatum. Vbiq[ue]itas eſt talis proprietas,
quam Deus nulli creaturæ tribuit, nec naturæ etiam humanae in
Christo. Habet quidem natura humana Christi multa dona, priu-
legia ſeu prærogatiuas, quibus antecellit omnes creature, ſed tamē
humanae naturæ ea non ſunt tribuenda, quæ nec debent, nec poſſunt
tribui ſine conuofione naturarum. λόγος non ita affixus eſt & in-
clusus carni, ſicut anima corpori. Quia ſi hoc ita eſſet, Christus deſe-
ruiffet gubernationem mundi, non fuiffet cum Patre, nec cum bea-
tis angelis, nec habitasset in sanctis. Ita autē λόγος eſt vnitus cum
carne, non ut tantum ſit in carne, ſed ut nunquam diſcedat à carne,
quam vnitam ſibi habet personaliter. Interea autem secundum eſ-
tentiam diuinitatis ſuæ non diſcedit à Patre, angelis & sanctis ho-
minibus.

Hoce eſt nomen]

Dictum Jeremiæ complectitur
vtranque naturam Mefſiæ, & de
officio ſeu beneficio dulcissimè cōcionatur. Sufcitabo germen Da-
uidi & regnabit rex. Hæc verba in Chaldaica verſione ita reddita
ſunt, Excitabo Dauidi Mefſiam iustum. Sed de refutatione Iudeo-
rum legant Studioſi Galatinum lib.3. cap.7. Dictum Jeremiæ duas
naturas deſcribit. De humanadicit: Sufcitabo Dauidi gerimen. Ita
loquitur etiam Paulus Rom.1. nominans Christum Filium Daui-
dis ſecundum carnem. De diuina natura inquit Jeremias: Vocabi-
tur nomen eius Iehoua. De officio dicit: Erit iustitia noſtra. Id Pau-
lus 2. Corinth. 1. ſic exprimit: Eum qui non nouit peccatum, pro no-
bis fecit peccatum, vt nos fieremus iustitia Dei per illum. Et 1. Cor. 1.
Factus eſt nobis ſapiencia à Deo, & iustitia, & ſanctificatio & redem-
ptio. Eſaiæ 7. Christus dicitur Emanuel, non tantum ideo, quod af-
ſumpit naturam humanaam, factus caro de carne noſtra, & os de
oſſibus

oſſibus noſtris, ſed etiam quia habitat in ſanctis per fidem. Ephes. 3.

Eſaiæ nono]

futat preſtigias Iudaicas, permanentis admirabilis, respectu personæ, doctrinæ & gubernationis. Quid eſt enim magis mirandum, quām copulatio duarum naturarum in Christo? Quid tam porro mirandum eſt, quām doctrina Euangeliſij diſſen- tientis à ratione, & modus, quo Christus Eccleſiam colligit, gubernat, protegit & feruat. De his rebus aliās ſaþe dicitur. Deinde

nominatur consiliarius, quia profert ex ſinu æterni Patris cōſilium ſeu decretū de redēptione, & pios regit in vocatione & in ærumniſ. Tertiō appellatur Deus fortis, quia in noſtra infirmitate efficax eſt, & per nos triumphum agit de Diabolo. Quartō dicitur princeps pa- cis, id eſt, tranquillitatis ortæ à fide, ſpe & bona conſcientia, Rom. 5. Poſtremō tribuitur Mefſia appellatio æterni Patris, quia omnibus temporibus colligit Eccleſiam, cui donat iuſtitiam & vitam æternā. Quod autem El Gibbor fit deſcriptio veri Dei, teſtatur Eſaias cap. 10. Reliquiæ reuertentur, reliquiæ Jacob ad Deum fortem.

Ante dies mundi]

Nunquid tu Domine, à principio? Hic certum eſt, orationem referri ad verum Deum, cui tribuitur æternitas, significata vocabulo prin- cipiij. Sed hæc ſtudioſi lingua Hebraicæ, priuata diligentia attentiūſ conſiderent.

Bibebant ex ſpirituali]

nente ſigna variata, ibi petra Christus, nobis Christus, quod in alta- ri Dei ponitur, & illi pro magno Sacramento eiusdem Christi bi- berunt aquam profluente de petra. Nos quid bibamus, norūt

Galatinus lib. 3. cap. 17. citat Chaldaicam versionem, quæ re-

Galatinus fuit patronus Reu- chlini contra Monachos, doctiſ- simus vir in Hebraica & Chal- daicalingua. Scriptit autem ali- quot libros ad defenſionem ve- ritatis fidei contra Sophiſticam recētiū Iudæorum, qui omnia teſtimonia prophetica de Chri- ſti eludere conantur.

Cōferatur cum hoc dicto ſen- tentia Prophetæ Habacuc. cap. 1.

Augustinus tractat. 45. in Io- hannem: Videte igitur fide ma- Nullum dictum Pauli toties citatur, aut explicatur, quām hoc ipsum 1. Corinth. 10. ab Au- gustino.

fideles, si speciem visibilem intendas, aliud est, si intelligibilem significationem, eundem potum spirituale biberunt. Eadem fides Ecclesia est omnibus temporibus, & beneficia Christi ad omnes homines in Ecclesia pertinent, sed signa mutantur propter certas causas. vide epistolam s. Augustini de causis, cur mutata sint Sacra menta.

Rex decorem]

Vera Ecclesia est ornata remissione peccatorum, Spiritu sancto, imputatione iustitiae, & deinde aeterna iustitia & vita. Huic vni sponso addicta, & non polluta yllis idolis, ardens dilectione huius sponsi.

Psalm.72]

Hic totus psalmus de regno Christi cōcionatur, quod discer nit ab omnibus aliis regnis. Primum obiectis. Nam potestas politica regit locomotiuam, & coērcet externa membra, vt sint in officio. Christi regnum non tantum coērcet externos mores, sed arguit etiam ac sanat corda. Deinde beneficiis. Potestatis politicae beneficia sunt disciplina & corporum pax. Regni Christi beneficia spiritualia & aeterna sunt, videlicet iustitia & pax conscientiarum coram Deo. III. Forma gubernationis. Nam alij reges & principes eligunt ministros idoneos ad gerendam Rempub. instructos sapientia & eloquentia. Christus verò eligit stulta huius mundi, vt pudefaciat sapientiam sapiētum. Forma etiam executionis in defensione & pœnis differunt. Nam politica potestas armis defendit subditos, & contumaces vi corporali punit seu gladio. Sed Christus per vocem Euā gelij dat aeterna bona, & punit contumaces non vi corporali, sed verbo, videlicet legitima excommunicatione. IIII. Gloria. Nam gloria imperiorum est præstantia consilij in togata gubernatione, & in armis fortitudo ac felicitas. Propria verò Ecclesiæ gloria in hac vita, est vera Dei agnitione, inuocatio, professio veræ doctrinæ, conseruatio perpetua Ecclesiæ, etiamsi in aliqua membra sœvitur, magnitudo animorum in vincendis omnibus illecebris & terriculamentis impensis, virtutum multarum decus, in quibus præsentia Dei cernitur. V. Præsidii. Præsidia regni politici sunt exercitus & opes necessariæ ad sumptus domesticæ gubernationis, & ad bella gerenda. Ecclesia verò non est munita præsidii visibilibus, sed tegitur à Filio Dei, & habet custodes angelos. VI. Stabilitate & duratione. Nam omnes politiæ habent fatales periodos, quibus circumactis ruunt. At huius regni non erit finis, quiarex est aeternus. VII. Limitibus. Nā omnibus regnis

regnis sunt fatales limites, ultra quos non possunt progredi, ut Romanii imperij limes fuit Euphrates, ultra quem progressi Julianus & Crassus infeliciter pugnauerunt. Regnum Christi complectitur totum terrarum orbem.

Non politia peritura]

Beneficia Messie pertinent ad vniuersam Ecclesiā. Iam si Messias tantum daturus esset imperia mundi, vt somniant Iudei, nihil prodest Abrahae aut Dauidi: vt Camillo aut Scipioni nihil prodest Augustus.

Quod si obiicitur]

Caput quintum, in quo est solutio præcipuarum obiectionū Arii & aliorum blasphemorum aduersus Filium Dei.

Quædam propria yni naturæ]

Vt exempli causa. Multa sunt propria corporis, quæ non impedient presentiam animæ, corpus dormit, habet suas excretiones convenientes culinæ. Hæ quanquam sordidæ actiones, non obstant quod minus adsit animus. Ita imbecilitas humanæ naturæ non impedit presentiam $\mathfrak{E}\lambda\gamma\tau\alpha$.

Petrus dicit Christū passum esse carne]

Hæc est particula distinctiua.

Irenæus eruditè]

lib.3. cap.21.

Admirandam humilitatem Filij quiescentis]

Variæ species Sabbathi monstrantur in sacris literis. Primum est Sabbathum creationis. Ita in Genesi, Quieuit Deus, condito homine, id est, nullas nouas species post hominem conditum creauit, vt ipso facto ostenderet, hominem esse præstantissimam creaturam, in qua Deus velit acquiescere. Secundum est pædagogicum seu ceremoniale, de quo dicitur in tertio præcepto. Huius Sabbathi ceremonialis significatio præcipua est quies animæ à peccatis, & intentio in opera pertinentia ad laudem & celebrationem Dei. Tertium est hec miranda quies, quam egit Filius Dei in passione & morte. Ut autem à Sabbatho Christus incoauit futuram gloriam: ita necesse est Ecclesiam prius pati, atque ita in coare sabbatum æternum, quod est quartum & perpetuum, in quo tantum faciemus opera sancta. In eo nullus erit ysus culinæ, coniugij, ministerij, politiarum, sed videbimus Deum facie ad faciem.

Magnitudinem iræ]

Magnitudinem iræ Dei multa quidem signa ostendunt, ut moles pœnarum publicarum & priuatarum, sed nullum est euidentius testimonium iræ Dei, quam dignitas victimæ placantis iram Dei. Nō enim potuit hæc ira placari vllijs creaturæ obedientia, sed placata est intercessione & obedientia Filij.

Humanam naturam non solam esse redemptricem]

Quia meritum, quo sumus redempti non eſtrantum humanae naturæ, sed etiam diuinæ voluntatis in Christo, quia vtraque volūtas, diuina & humana in Christo voluit hanc obedientiam. Monotheletæ tribuunt Christo tantum vnam voluntatem, sed falso. Nam & λόγος & caro propriam habet voluntatem. Christus non tantum redemit nos effusione sanguinis, sed redemit nos principaliter sua voluntaria obedientia, quæ tamen non facta est fine effusione sanguinis. Epistola ad Hebr. 10. citat dictum psalmi 40. Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. Addit autem Paulus: In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christis emel. Item Hebr. 5. dicit, Christum esse exauditum propter suam reuerentiam, id est, propter spontaneam obedientiam & subiectionem, quam præstítit æterno Patri. Non igitur meretur principaliter nobis remissionem peccatorum laceratio, quæ facta est in corpore Christi, sed obedientia. Quemadmodum vñstulatio in Laurētio non est principaliter cultus Dei, sed obedientia Laurentij est λογικὴ λατρεία, Rom. 12. Si absque obedientia fuisset laceratus Christus, passio eius nobis non profuisset. Hoc autem non ideo dicimus, ut guttas sanguinis in cruce effusi, aut reliquos Christi dolores excludamus à passione & merito redemptionis, sed distinguimus ordinem causarum. Principalis enim causa nostræ redemptionis est obedientia Christi, & vtraque voluntas, quæ voluit & approbavit illam obedientiam. Hæc verò obedientia fulget in illa laceratione corporis & effusione sanguinis, sicut Paulus inquit: Factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Magister sententiarum in ea fuit opinione, Christum esse Mediatorem tantum secundum naturam huminam. Idq[ue] probat hoc dicto Pauli, Vnus est Mediator Dei & hominum homo Iesus Christus. Sed hoc firmissime retinendum est: Christum esse Mediatorem & redemptorem secundum vtramque naturam, quia officium est personæ, non vnius tantum naturæ.

Philip.

Philip.2. Quicùm esset in forma Dei]

Forma hoc loco significat essentiam & proprietates essentiæ.

Habitus, in Græco est *χῆρα*, quod modò est in quarta specie qualitatis, & significat certum positum linearum & figurarum. 2. Modò apud Rhetores significat gestum orationis, ut exclamatio. 3. Modò affectum. 4. Modò significat laruum seu habitum. Apud Paulum significat idem quod affectus.

Illud sciatur]

Doctrina de communicacione Idiomatum.

Prædicatio]

Disertè dicit prædicatio, ne quis intelligat physicam cōfusio nem naturarum.

Retineamus]

Quia mutatio formarum loquendi, aut errores aut dissidia parit. Salomon. Non transferas terminos, quos posuerunt patres tui, id est, non temerè discedas à piæ vetustatis consensu & autoritate.

Pater maiorum me est]

Relatione mittentis, non essentia. Idem alibi de essentia inquit: Ego & Pater unum sumus, Iohann.10. Hoc dictum Augustinus tractatu 36. in Iohannem sicut narrat: Quod dixit unus liberatus ab Ario, quod dixit sicut liberatus a Sabellio. Sit etiam in conspectu dictum Cyrilli: Missio & obedientia Filij non tollunt aequalitatem potentiarum.

Tanquam mittentem fons-

tem]

Diabolus non potest delere Ecclesiam, quia pater est fons doctrinæ Euangelicæ, approbator & defensor. Nectantum doctrinæ, sed etiam Ecclesiam amplectentis hanc doctrinam. Seruat enim Deus Ecclesiam propter doctrinam, unde psalm.2. dicitur: Ego, scilicet Pater æternus, constitui regem meum, meum, super Sion montem meum. Et Filius inquit: Prædicabo de decreto, quod Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ex his verbis sequitur haec conclusio, quod nec doctrina, nec Ecclesia doctrinæ custos possit unquam funditus deleri. Quia quod Deus constituit, nulla creatura potest euertere. Sic apud Esaiam 46. inquit: Confidit meum stabit, & omnis voluntas mea fit.

Deregante Christo]

de primo & tertio statu Christi.

Quia Pater facit]

Iohan.5. Quia opera Dei exter
na sunt communia.

Pater glorifica me]

Caput 17. Iohannis est perpe
tua precatio Mediatoris omni

tempore, nec villa legitur ardentior precatio quam hæc, recitata à Christo ante postremum agonem. Sunt autem loci precationis Christi quatuor præcipui. Primus est, cùm petit ab æterno Patre conseruationem veræ doctrinæ, & propagationem usque ad finem mundi. Pater, inquit, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas. Deinde cùm precatur à Patre, ut maneat concordia inter doctores & discipulos Euangelij, quia præcipua Ecclesiæ ornamenta sunt puritas doctrinæ & concordia. Perfice, inquit, ut sint in nobis unum. Tertius locus est petitio, ut detur Ecclesiæ vita æterna, & ut sic diligatur Ecclesia, sicut Filius unigenitus ab æterno Patre diligitur. Sit, inquit, tua dilectio in eis, quame diligis. Postremus locus est applicatio sacrificij Christi ad singulos credentes. Ego, inquit, sanctifico me pro eis, ut & ipsi sint sanctificati in veritate. Item: Oro non pro eis tantum, sed & pro omnibus credituris per verbum eorum in me. Hanc precationem Filii Dei exauditam esse non dubium est, iuxta dictum æterni Patris: Hic est Filius meus dilectus. & Hebr. 5. Exauditus est propter reuerentiam.

Sæpe locum habet & hæcre-
sponsio]

Triplex est status Filii Dei. Pri
mus ab omni æternitate usque
ad incarnationem. 2. ab incar-

natione usque ad resurrectionem ex morte. 3. à resurrectione usque
ad finem mundi, & deinceps ad omnem æternitatem. Hoc triplici
statu considerato, non difficile est intelligere & iudicare, quod singu
la dicta referenda sint, & quod non pugnant inter se sententiæ di
uerso respectu pronuntiatæ.

De humiliato ac paciente]

De secundo Christi statu.

De regnante]

De primo & tertio statu.

Deus meus, quare me dereli
quisti?]

Tristissima querela, superans
omnium creaturarum sapien
tiæ.

Humanam naturam]

Augustinus lib. 14. cap. 2. de ci
uitate Dei triplicem usum voca
buli

buli carnis in Scripturis, multis exemplis confirmat.

Integram]

Disertè dicit integrum, ad refutandos Dimeritas & μονοθεατas, quos refutat Epiphanius, in titulo contra Dimeritas. Dimeritè dicebāt, Christū tātūm assumpsisse corpus, & illas partes animę, quę nobis sunt communes cum bestiis. Loco rationis & voluntatis constituebant λόγον. Vocantur Dimeritæ, quia duas tantūm partes Christo tribuūt, corpus & animam inferiorem, hominibus cum bestiis communem. Monotheletæ sunt, qui tantūm vnam voluntatem tribuunt Christo, siue humanam, siue diuinam.

Sine peccato, & mortalem]

Mortalem scilicet usque ad resurrectionem. Nam Paulus Ro. 6. inquit: Scientes quid Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur.

Esurit, fuit]

Iohan. 4. ubi à muliere Samaritanā petit aquam.

Lætatur]

Matth. 11.

Iracscitur]

Marc. 3. ἢ πειθεῖτε ἡμένος μηδὲ γῆς, συλλυπέμενος ἐπὶ τῷ παρόστατος καρδίας αὐτῶν. Et cùm circumspexisset eos in iracundia, condoleiens super cæxitate cordis eorum. Ira autem in Christo est heroica, quę non prohibetur in dicto: Qui irascitur fratri suo. Nam adiuta est in Græco particula εἰη, frustra, ubi non excluditur ira vocationis & caritatis.

Dolet]

Marci 3. & 8. ubi inquit: Misericordia super turbam.

Lachrymat]

Lucæ 19. ubi deplorat excidiū urbis & templi. Et Iohan. 11. cùm vellet resuscitare Lazarum.

Deus meus, quare me]

Querela Christi non est vox desperantis, vt in illo versu Vergiliiano dicitur: Una salus viatis nullam sperare salutem. Sed luctantis cum extrema desperatione. Aliud est luctari, aliud opprimi desperatione.

Ingenti mœstitia]

Signa ingentis mœstitiae in

Christo sunt: primum, pôderaverborum apud Marcum cap. 14. Cœpit quasi cum stupore consternari, & vehementer angri animo. Secundum, affueratio Christi. Tristis est anima mea usque ad mortem. Tertium, precatio ter repetita: Si fieri potest, transeat à me calix iste. Quartum, misericordia angelii ad eum confirmandum. Quintum, sudor cruëtus, cuius nullum simile exemplum legitur in omnibus historiis.

Σπόμενοι]

Galenus: Σπόμενοι εσὶ αἷμα πεπυγός, id est, sanguis coagulatus, seu concretus.

Christum fuisse lapidem]

Augustinus tractatu 60. in Iohannem: Pereant argumēta philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationes animorum, habeant eas iustis de causis animi Christiani, nec philosophorum Stoicorum, vel quorumcunque similiūm consentiatur errori.

Iram Dei]

Vt Esaias inquit cap. 53. Vidi mus eum percutiūm à Deo irato propter nostra peccata. Aliud est ferro lacerari, aut à bestiis, aliud percuti à Deo irato, qui est ignis consumens.

Magnum quiddam]

Psalm. 90. Domine quis nouit potentiam irae tuæ, & quis metuit iram tuam?

Quod verò disputant de fuga]

Explicatio questionis de fuga mortis in Christo.

Qui poenā pro nobis subiit]

Quando mactatur ouis, tantum referuntur oculi ad lacerationem corporis & effusionem sanguinis, quia ouis non intelligit, quo consilio interficiatur. In Christo autem, qui est victimaprogenere humano, principaliter consideranda est obedientia, quam praestitit Patri, sicut Paulus inquit: Factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis: postea etiam considereremus crudelissima vulnera Christi in morte & passione. Sed de hac resuprà dictum est.



Studioſis

Studioſis in Academia Lipsica


S. D.

BASILIUS in opere de Spiritu sancto cap. 16. his verbis discernit officia trium personarum diuinitatis. Pater, inquit, est in πνεύματι omnium rationum id est, fons & causa honorum aeternorum ac salutarium: Filius διποσειρας, id est, persona diuinitatis, quemmittit Spiritum in corda credentium, ac distributionem bonorum aeternorum: Spiritus sanctus διανέμων, id est, tertia persona diuinitatis, quae creditibus distribuit bona aeterna, siue ut Paulus inquit, τὰς διωρέσεις τῶν χριστιανῶν. Et in eodem capite, differens de creatione, Patrem nominat rerum creatarum omnium causam πρωταριψιαν, Filium διηγεργιαν: Spiritum sanctum τελειωπικόν. Nam voluntate Patris, ut ipse declarat, omnia extiterunt, & Filii efficacia ex nihilo facta, & praesentia Spiritus sancti perfecta sunt. Cum igitur hactenus in repetitione locorum Theologicorum dictum sit de aeterno Patre, & Filio eius Domino nostro Iesu Christo: ordo doctrinae postulat, ut deinceps dicatur de Spiritu sancto, quis sit, & cur Ecclesiae donetur. Nam & olim fuerunt, & nunc sunt aliqui, negantes Spiritum sanctum esse personam a Patre & Filio distinctam. Multi etiam non discernunt virtutes in renatis, & heroica dona non renatorum, atque ita confusione faciunt Ecclesiam & Ethnicorum. Hos errores refutari necesse est, & recte erudiri iuuentutem, ut discat Spiritum sanctum esse personam, per quam Deus vivificat, renouat, sanctificat & instaurat corda nostra, accensa noua luce & nouis motibus congruentibus Legi Dei, atque ita fieri illa templa Dei, in quibus habitat tota diuinitas Hac est novissima, qua se Deus plus communicat, & quam Paulus Corinthiis precatur in posteriore epistola, capite ultimo:

Gratia Domini nostri Iesu Christi, & dilectionis Dei, & novitatis spiritus sancti sit cum vobis omnibus. Eodem modo nos quoque preceatur, ut Deus semper Ecclesiam aeternam inter nos colligat, & eam lucem suam doctrinam & Spiritum sancto gubernet. Ordinar autem Deo iuuante, dulcissimum locum de Spiritu sancto, die proximo Mercurij, qui est 18. Augusti, & die 15. explicacionem Methodicam virtutis continuabo, ad quam cognoscendam sua quemque virtus incitat. Bene ac feliciter valete. die 15. Augusti. Anno 63.

Victorinus Strigelius.

LOCVS



LOCVS DE SPIRITV S A N C T O.

N Loco de Spiritu sancto nouem capita sunt obseruanda. In primo dicitur de vocabulo Spiritus. Non enim uno modo, sed diuersis usurpatur. In secundo recitatur definitio personæ Spiritus sancti, & simul docetur, quo ordine tres personæ diuinitatis in nobis sint efficaces. Tertiū caput est confirmatio huius hypothesis, quod Spiritus sanctus sit persona. Nam de hac quæstione & olim mota sunt controværsiæ, & hodie adhuc à reliquis Serueti, Campani & similiis agitantur. Quartum continet explicationem huius quæstionis, An Spiritus sanctus fuerit etiam ante incarnationem Verbi. Huius quæstionis occasio sumitur ex capite 7. Iohannis: Nondum erat Spiritus sanctus, quia Christus nondum erat glorificatus. Quintum est explicatio quæstionis de processione Spiritus sancti: an Spiritus sanctus non tantum à Patre, sed etiam à Filio procedat. Fuerunt de hac quæstione acerrima certamina inter Ecclesiæ Græcas & Latinas. Sextum caput est uberrimum & plenum consolationis, de beneficiis seu effectibus Spiritus sancti, quid publicè, quid priuatim præstet Ecclesiæ & singulis membris, quæ non sunt mortua, sed viua. Septimum est respōsio de hac quæstione: Quomodo detur, & quibus detur Spiritus sanctus. Non enim satis est agnoscere personam & beneficia Spiritus sancti, nisi teneas doctrinam de applicatione. Octauum est, quomodo rursus excutiatur Spiritus sanctus. Nonum ostendit, quomodo sit transferenda ad usum tota doctrina de Trinitate.

De vocabulo Spiritus.

C A P V T I.



1. O M E N Spiritus in genere significat agitationem, aut naturam seu vim agitandi. Cūm itatur venti agitent aërem, saxe hæc vox significat ventos, vt Iohan. 3. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis unde veniat, aut quod vadat: Sic cūm vita sit quædam agitatio, eadem vox vñerpatur pro vita, vt psal.
104. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.

phrases, iuxta cuiuscum linguaæ Hebraicæ & Græcæ consuetudinem & proprietatē. Ad hanc diligentia Grammaticam necessaria est illarū linguarum cognitio, quæ sunt quasi fasciolæ, quibus inuolutus est Christus. Huc pertinet dictum Iohannis 5. Scrutamini Scripturas. Dialectica est, quia monstrat seriem partium in concionibus Propheeticis & Apostolicis, vt in epistola ad Romanos ostendit, vbi sit propositio principalis, vbi confirmatio propositionis, vbi Paulus digrediatur à proposito, vbi ad propositum redeat. Postremè est testis de vera sententia accepta à Prophetis & Apostolis. Ad hoc tertium officium Ecclesiæ referantur piz Synodi, Nicena, Constantinopoltana, Ephesina & Chalcedonensis.

3. Interdum significat motus seu impetus hominū creatos, tum bonos tum malos, vt psalm. 76. Qui aufert Spiritum Principibus. Regit enim Deus animorum impetus, vt Annibali non dat impetum, post pugnam Cannensem, mox ducendi exercitū Romam. Ideo Annibal dixisse fertur, cūm anno octauo secundi belli Punici tria millia passuum ab vrbe castra locasset, & acies instructas tempestas dire-

Hannibal post cladem Cannensem, in qua multa millia Romanorum ciuium deleta sunt, non duxit exercitum Romam, ideo alius quidam Princeps Carthaginensis dixit: Hannibal, tu scis vincere, sed victoria uti necis, quia si duxisset victorē exer- misset

missit, potiundæ sibi vrbis Romæ, modò mentem non dari, modò fortunam.

citum ad mœnia, haud dubiè tota Italia fuisset potitus. Sed Deus aliter rexit ipsius voluntatem & cor, quia Carthago non debuit

potiri monarchia, sed Roma, iuxta vaticinium Danielis. Anno octauo belli secundi Punici duxit exercitum in agrum Romanorum, & locauit castra tria millia passuum ab vrbe, & cùm acies instructæ vtrinque & Romanorum & Carthaginensium starent, & inter se essent conflictus, tempestas prælium diremit. Post redditum vtriusq; exercitus in castra, magna fuit serenitas cæli. Altero die cùm rursus vellent congregandi, eadem tempestas diremit prælium. Igitur animad uertens diuinus se impediri, dixit, potiundæ sibi vrbis Romæ modò mentem non dari, modò fortunam. Liuius lib 6. decad. 3. Hæc pertinet ad locum communem, quod imperia sint fatalia, seu quod potestates fato dentur, vel vt Paulus inquit Rom. 13. Non est potestas nisi à Deo. Quæ verò sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Carthago longè potentior fuit tempore belli Punici secundi, quam Roma, sed Deus prædictus, Romam fore dominam orbis terrarum. Similis historia extat in Iosepho lib. 11. ἀρχαιολογίας, quæ repetitur in Chronicis Philippi. Alexander Magnus, capta Tyro, mox duxit exercitū victorem hostili animo in Iudeam, quia Iudei noluerant mittere auxiliares copias rogati ab Alexandro, & habebant suæ recusationis honestissimam causam. Nam Peris erant tributarij, & non tantum iuramento, sed etiam beneficiis deuincti. Summus autem Pontifex Iaddus ueste sacerdotali cum cœtu Sacerdotum processit obuiam Alexandro. Quo conspecto, Alexander desiliens ab equo, prior pacem petiuit. Interrogatus cur tantum honorem haberet Sacerdoti, respondit: Ego ante hanc expeditionem Asiaticam per quietem vidi imaginē proximè accedētem ad huius sacerdotis similitudinem. Quare cùm illa imago mihi promiserit victoriam & successum, iustum est, vt parcam huic vrbī, in quam postea ingressus, nihil fecit hostiliter. Remisit etiam tributa ab Ocho Tyranno imposta, ac regiis munieribus templum ornauit. Huic Alexandro etiam Spiritum abstulit Deus, & vt Virgilius inquit:

--ponuntq; ferocia Pœni
Corda volente Deo.

In dicto Christi Iohann. 4. significat essentiam spiritualem: Deus

est Spiritus, id est, non moles corporea, sed essentia viua, intelligens, incorporea, efficax. Hæc varietas significationum obseruanda est in scriptis Propheticis & Apostolicis, ac prudenter iudicandum, vbi vocabulum Spiritus usurpetur pro essentia diuina, quæ est communis Patri & aliis personis, & vbi propriè significet personam Spiritus sancti, distinctam à Patre & Filio.

Quid sit Spiritus sanctus.

C A P . I L.



Piritus sanctus est tercia persona diuinitatis, procedens à Patre & Filio, & est substancialis amor & lætitia coæterna inter Patrem & Filium, & nobis sic manifestata est, quod mittatur in corda credentium, ut tales motus, amorem & lætitiam acquiescentem in Deo in eis accendat, qualis est ipse.

Hæc definitio describit personam & officium Spiritus sancti.

Discernantur autem personæ diuinitatis, & actiones earum in nobis, sobriè & piè considerentur. Nam per verbum vocale, verè Filius Dei dicit consolationem in corde, & ita ostendit Patrem, & simul tunc perfunditur cor Spiritu sancto, qui est causa lætitiae in Deo. Hæc in experientia intelligi possunt. Et ad hanc fententiā multa dicta Scripturæ & piaꝝ yetustatis congruunt.

Iohan. i. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Sicut virtus sumit initium à natura, & perficitur doctrina, teste Fabio: ita pietas sumit initium à lectione vel auditione verbi, & perficitur experientia spirituali in pauoribus & cōsolatiōnib⁹, vt 1. Corinth. 12. dicitur: ἐν διὰ τὸν μαρτυρὸν λόγῳ σοφίας. Quid significat σοφία? Sapientia phrasit Scripturæ significat cognitionem totius doctrinæ à Deo traditæ, & experientiam spiritualem, quæ illustrat doctrinam, vt Paulus aliter intelligit propositionem: Fide iustificati pacem habemus: quām Origenes

rigenes & Pelagius, quia Paulus non tantum habet speculationem & θεωρίαν, sed etiam sensum. Nam sensit pauores in contritione, sicut ipse inquit: Responsum mortis in nobis habuimus, & præterea expertus est efficaciam Euangeli in consolationibus.

Math. ii. Nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare.

2. Corinth. 3. Nos reuelata facie, gloriam Domini intuentes, in eandem imaginem tránsformamur, à gloria in gloriam, tan- quam à Domini Spiritu.

Paulus 2. epistola ad Corinth. cap. 3, instituit splendidam con-

cioneum de discriminé Legis &

Euangeli, vel noui & veteris Testamenti. Sumit autem discriminā ab effectibus. Lex est ministerium mortis, vel vt alibi dicit: Lex iram operatur. Euangelium est ministerium Spiritus & vitæ. In hanc com memorationem ingressus, enarrat allegoriam de facie Moysi, quæ extat 2. lib. Moysi cap. 34. Moyses descendens de monte ex colloquio Dei, tantum habuit fulgorem, tantum lucis in facie, vt nemo auditorum potuerit illum fulgorem ferre. Ut igitur posset colloqui cum populo, mandato Dei velauit faciem. Quid significat hęc allegoria? Respondeat Paulus, Velum Moysi non aufertur, nisi homines ad Christum conuertantur: id est, Lex non rectè intelligitur, nisi in vera cōuersione & pauoribus, ad quos accedit fides. Facies velata Moysi, significat admirationem proprię sapientiæ & iustitiæ, vel opiniones Pharisaicas de Lege & disciplina externa, quia Pharisei somniant se Legi satisfacere per opera externa, & ignorant accusari à Lege internam cordis immundiciem. Reuelata autem facies Moysi est verus intellectus Legis non speculatiuus, sed practicus, qui sentitur in contritione & pauoribus, in quibus ne relinquamur, Filius Dei λόγος dicit animæ nostræ: Salus tua ego sum. Item: Confide fili, peccata tuatibi remittuntur. In hac lucta, retecta facie intuemur in lucem Dei à Filio monstratam, & transformamur ad imaginem Filii Dei, quoad notitias & affectus, & crescit hęc lux in nobis, sicut dies ab aurora ad meridiem.

Ide est, cùm fide cernimus fulgorem Domini, videlicet ipsum Christum ostendentem nobis misericordiam æterni Patris, qua agnita, accedimus ad Deum, non fugimus vt Saul. Sed verè agnoscimus, Deum esse bonum & præsentem, nos recipi & saluari ab

eo propter Filium. In hac Filij luce nos quoque transformamur, id est, accipimus radios per Filium in nos sparsos, dato Spiritu sancto , videlicet notitiam Dei & nouos motus , quos accedit & confirmat Spiritus sanctus, audita voce Euangeli.

sibi stipulas substantia. Idem ignis calefaciens fornacem , assimilat sibi fornacem qualitate, id est, calore : ita Filius Dei $\lambda\beta\gamma\zeta$ in vera conuersione agit nobiscum , & in nobis , & finis huius actionis est, vt in nobis restituatur imago Dei, vt fiamus conformes Filio Dei, non substantia, sed qualitate: id est , notitiis in mente, & affectibus in voluntate.

2. Timoth. i. Non dedit nobis Spiritum timiditatis, sed roboris, dilectionis & modestiæ.

Ciunt. Item corroborat nos contra metum in periculis, vt in Laurentio & Stephano est Spiritus roboris, quo adiutore , vincit vterq; impia terriculamenta tyrannorum , & fortiter perfert supplicium. Deinde Spiritus sanctus nominatur Spiritus dilectionis, id est, flammae veri & ardoris amoris inter æternum Patrem & Filium , inter Deum & Ecclesiam, & inter nos ipsos. Pindarus scribens de Argonautis, dicit ipsorum voluntates à lunone Adamantino clavo amicitiæ copulatas esse. Nos in Ecclesia verè dicere possumus, Spiritum sanctum esse illum adamantinum clavum copulationis inter Deum & Ecclesiam, & inter ipsa Ecclesia membra. Tertiò, est Spiritus modestiæ, non superbiæ Diabolice. Nam sicut Diabolus est superbissimus spiritus , ita Spiritus sanctus habitans in nobis , nostra pectora flectit ad humilitatem & modestiam, quæ est agnitus propriæ infirmitatis, & obedientia in vocatione ac ærumnis.

Rom. 14. Regnum Dei non est cibus & potus , sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto.

Physicum axioma est de actione & passione: Omne agens in agendo assimilat sibi patiens, vel substantia, vel qualitate, vt ignis vrens stipulas, vertit stipulas in ignem, atque ita assimilat

Spiritus sanctus vocatur Spiritus roboris , quia confirmat nos contra dubitationes, quæ fidem oppugnant & languefacent.

Iustitia hoc loco significat imputationem iustitiae propter Christum Mediatorem , & incoationem conformitatis cum Legi Dei. vnde Rom. 8. dicitur. Ideo misit

misit Deus Filium suum, ut in nobis restituat ius Legis, id est, ut non tantum simus iusti imputatione, seu accepta remissione peccatorū, sed etiam ut restituatur in nobis imago Dei, quæ restitutio nunc incoatur, in vita æterna perficietur. Pax est tranquillitas cordis, quæ comitatur fidem, spem & bonam conscientiam. Simeon Luc. 2. de hac pace dicit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi mei salutare tuum &c. Gaudium est effectus iustitiae & pacis, & est consolatio opponenda peccato, morti, Legi accusanti ac damnanti, tyrannidi Satanæ, & omnibus miseriis. Tale gaudium sensit Laurentius in craticula, Stephanus inter saxa volitantia, sicut dicitur in versu:

Ibat ouans animis, & spe sua damna leuabat.

Sic Basilius in quadam epistola inquit: Mens nostra illustrata à Spiritu sancto, ad Filium respicit, & in eo, velut in imagine Patrem cernit.

Nazianzenus in cōcionē de Spiritu sancto: Ex lumine Patre lumen accipimus Filium in lumine Spiritu sancto.

habet lucis, eo propius accedit ad similitudinem Dei. Tenebrae sunt familiares Diabolis.

Athanasius. Quandocunq; in homine dicitur esse Spiritus sanctus, est ibi per λόγον.

Augustinus in 4. de Trinit. cap. 20. Quotidie mittitur Filius in corda sanctorum, aliter autem mittitur, ut sit homo, aliter ut sit cum homine. Etsi igitur sit vivificatio per omnes personas: tamen sit eo ordine, de quo dixi: Filius voce Euangeli ostendit Patrem, & Spiritum sanctū effundit in corda nostra, qui confirmat assensionem seu fidem de reconciliatione, & accedit mo-

Lux huius vitæ est quasi umbra & simulacrum vitæ æternæ. Vita æterna erit plena lucis, & expers tenebrarum, quia Deus est lux. Et quod quæque res plus

ide est, per Filium Dei, & per verbum vocale.

Vt sit homo, id est, λόγος, copulat sibi carnem non sociali vniōne, sed personali & inseparabili. Vt sit cum homine, scilicet sociali vniōne, & inhabitatione separabili in hac vita.

Sicut est ordo personarum in

tus, amorem & latitiam, qualis
est ipse. diuinitate: ita etiam est ordo a-
ctionum, quas in nobis personæ
diuinitatis efficiunt.

Quòd Spiritus sanctus sit persona.

CAP. III.

N articulo de Filio Dei fuerunt nobis præcipua certamina cum Samosateno & Serueto, de illa quæstione, an ἀλλος apud Iohannem significet personam: Ita in loco de Spiritu sancto præcipuum νενόμενον est, an Spiritus sanctus sit νενόμενον distinctum à Patre & Filio.

Macedonius & quidam alij blasphemari contulerunt, Spiritū sanctum non esse personam, sed tātūm significare agitationēm creatam in hominibus, aut certè ipsum Patrem agitantem, sine alia persona. Sed hanc blasphemiam refutauit Synodus, quā Theodosius Magnus in vrbe Constantinopoli cōuenire ius- fit, anno trecentesimo octuage- fimo quinto, & veram doctrinā de Spiritu sancto illustravit. batur. Principis est virtus maxima nosse Deum.

Est autem Theodosij exemplum memoria & imitatione dignum, qui, cūm hæretici elude- rent testimonia Prophetica & Apostolica, iussit proferri testi- monia ex piis scriptoribus, qui ante disidia illa fuerant, vt con-

τυδιματόμαχοι.

Theodoreetus lib.5.cap.8.9.
Nicephorus lib.12.

Ambrosius in concione fune- bri de Theodosio Imperatore. Dilexi virum, qui cūm corpore solueretur, magis de statu Eccle- siarum, quām de suis rebus ange-

Non est nouum neque repre- hendum, allegare dicta Pa- trum post recitata Scripturæ te- stimonia. Idem fecit Basilius in sensu

sensu purioris antiquitatis con-
uicti hæretici cederent. Idem si
nunc quoque fieret, multæ dis-
sensiones rectè tolli possent. Et si
enim fides nititur ipso verbo
Dei, tamen vocem purioris Ecclesiæ docentis & commonefacien-
tis audire pium est, iuxta dictū
Iudicum 14. Nisi arassetis vitula
mea, non inuenissetis.

tij, apud quos pauci sunt mercatores. Fortes viri apud Iudeos ges-
serunt bellapro Ecclesia, reliqui ad præliandum non idonei, aut a-
gricoli coluerunt, aut rem pecuariam exercuerunt. Ideo metaphoræ
in scriptis Propheticis plerunque sumuntur vel à re militari, vel ab
agricultura, vel à re pecuaria, vt Esaiæ 9. Lætabuntur coram te, sicut
qui lætantur in messe, sicut exultant victores, capta præda, quando
diuidunt spolia. In hoc loco metaphoræ sumuntur ab agricultura &
re militari. In aliis locis etiam usurpantur metaphoræ à re pecuaria.
vt Iudic. 14. Niū arassetis mea vitula, non inuenissetis. Hic Samson
comparat suam sponsam vitulæ, quæ non est signava, sed arat. Sic Ec-
clesia est vitula colens agrum Dei.

Quod igitur Spiritus sanctus sit persona distincta à Patre & Fi-
lio, id confirmat illustre testimonium, scilicet patefactio diuinitatis in baptismo Christi, de qua Athanasius inquit: Ito ad Iordanem,
& videbis: quasi dicat, quia in primis illustris est patefactio in ba-
ptismo Christi, hanc sæpe inter precandum cogites, ac velut in il-
la amoenissima ripa Iordanis,
spectator mente consistas, vbi
Iohannes baptizat Filium Dei,
& tota diuinitas cum perspicuo
discrimine personarum se ostendit. Nam æternus Pater sonat
vocem de Filio: Hic est Filius
meus dilectus, quo delector:
deinde conspicitur oculis Fi-
lius, qui vndis abluitur. Est igi-
turalia persona Patris, alia Filii,

opere de Spiritu sancto, capite
29. vbi colligit dicta veterū, Gre-
gorij Neocæsariensis, Eusebij Pa-
lestini, & quorundam aliorum.

Istraélitæ fuerunt partim agri-
colæ, partim bellatores, partim
pastores, sicut nunc sunt Helue-

tij, apud quos pauci sunt mercatores. Fortes viri apud Iudeos ges-
serunt bellapro Ecclesia, reliqui ad præliandum non idonei, aut a-
gricoli coluerunt, aut rem pecuariam exercuerunt. Ideo metaphoræ
in scriptis Propheticis plerunque sumuntur vel à re militari, vel ab
agricultura, vel à re pecuaria, vt Esaiæ 9. Lætabuntur coram te, sicut
qui lætantur in messe, sicut exultant victores, capta præda, quando
diuidunt spolia. In hoc loco metaphoræ sumuntur ab agricultura &
re militari. In aliis locis etiam usurpantur metaphoræ à re pecuaria.
vt Iudic. 14. Niū arassetis mea vitula, non inuenissetis. Hic Samson
comparat suam sponsam vitulæ, quæ non est signava, sed arat. Sic Ec-
clesia est vitula colens agrum Dei.

Quod igitur Spiritus sanctus sit persona distincta à Patre & Fi-
lio, id confirmat illustre testimonium, scilicet patefactio diuinitatis in baptismo Christi, de qua Athanasius inquit: Ito ad Iordanem,
& videbis: quasi dicat, quia in primis illustris est patefactio in ba-
ptismo Christi, hanc sæpe inter precandum cogites, ac velut in il-

la amoenissima ripa Iordanis,
spectator mente consistas, vbi
Iohannes baptizat Filium Dei,
& tota diuinitas cum perspicuo
discrimine personarum se ostendit. Nam æternus Pater sonat
vocem de Filio: Hic est Filius
meus dilectus, quo delector:
deinde conspicitur oculis Fi-
lius, qui vndis abluitur. Est igi-
turalia persona Patris, alia Filii,

Plinius de Iordanie inquit,
quod sit flumen amœnum, &
quantum loci natura patitur am-
bitiosum. Bethabara est locus v-
bi populus traductus est per Ior-
danem, non procul à Iericho,
quæ distat quinque miliaribus
ab Ierusalem.

Psalm. 115. describuntur idola.
Os habent, sed non loquuntur,

oculos habent, sed non vident. Aures habent, sed non audiunt, id est, idola sunt muta, cæca, surda. Mutasunt, quia non tradunt certam doctrinam de nostra salute, & veris cultibus. Cæca sunt, quia non vident hominum facta pia & impia, nec vel puniunt, vel remunerantur. Surda sunt, quia non possunt audire preces, nec opem ferre inuocantibus. Noster autem Deus est loquens, id est, patefecit se Ecclesiæ tradito verbo, non est surdus, sed exauditor precum, ut in psalm. 118 dicitur: In tribulatione inuocauimus Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus. Er hat mir Raum gemacht/dod die ganze Welt mir zu eng war. In latitudine exaudiuit, patefacto scilicet exitu. Latitudo opponitur angustiis, & significat consolationem, auxilium, mitigationem & liberationem. Est enim verissima regula. Tentatus ar denter inuocat, inuocans exauditur, & sentit se iuuari vel interiori consolatione, vel external liberatione.

Conspicitur & Spiritus sanctus specie columbae, alas pandens super Mediatorem. Iam si Spiritus sanctus esset agitatio in animis creata, non appareret peculiari specie corporali, quia accidentia non sunt extra subiecta, aut si esset ipse Pater, non discerneret a se Spiritum sanctum. Inquit autem Iohan. 1. Super quem videris Spiritum sanctum &c.

Secundum testimonium est sancti, quem in Pentecoste aeternus Pater & Filius eius, Dominus noster Iesus Christus ex arcane consilio diuinitatis in peccatora Apostolorum miserunt, ut testimonium perspicuum extaret, vere confundi & in ceteros

Species columbae fuit εμφασις, non ιπόσασις. Spiritus sanctus non assumpsit sic columbam, ut Filius Dei assumpsit carnem.

Est utilissima regula, quæ refutat etiam Papisticum commētum de transubstantiatione panis & vini, quia nihil magis absurdum est & abominandum. Nam impossibile est mutari substantiam vini & panis, manentibus accidentibus, cum extra subiecta non sint accidentia.

admiranda patefactio Spiritus

Quod Spiritus sanctus non sit agitatio creata in angelis & hominibus, sed sit persona creans unam cum Patre & Filio, & sanctificans eos, in quos effunditur: quinque testimoniis confirmatur in hoc capite. Primum summi pios

pios Spiritum sanctum iuxta promissionem diuinam, & nostra corda Deo copulari hac amoris flamma ex pectore aeterni Patris & Filij in nos transmissa. Hæc autem persona, quæ in Pentecoste cōspicitur & effunditur in Apostolos, est persona distincta à Patre & Filio, Dextera Dei exaltatus, accipiens promissum Spiritū à Patre, effuditeum.

tur ex historia baptismi Christi. 2. Sumitur ex historia Pentecostes, id est, manifestæ effusionis Spiritus sancti in Apostolos. 3. Hauritur ex formula nostri baptismi. 4. Traditur à Filio Dei apud Iohannem 14. & 15. 5. Extat apud Paulum 1. Cor. 12.

sicut Petrus Actor. 2. clarè dicit:

In secundo testimonio obser-
uandum est discrimen inter ve-
terem Pentecosten & nouam. In

veteri Pentecoste, id est, die 50. post educationem populi ex Aegypto, Deus promulgavit Decalogum in monte Sinai, spectante & audiente maxima hominum multititudine, & quidem edidit hanc vocem inter tonitrua & fulgura, trementibus non tantum hominibus, sed etiam ipsis saxis & rupibus montis Sinai. Hac terribili specie significatum est, quis sit unus Legis proprius & principalis, videlicet ostendere peccatum & iram Dei, & incutere inenarrabiles pauores conscientiis. Quod enim tunc publicè factum est in multitudine illa audentie vocem Legis cum magna consternatione, id priuatim singulipij in suis cordibus experiuntur, quando Deus non tantum verbo arguit, sed etiam circumdat signa reatus (tacit enim pœnæ appellantur) & ferit corda sensu iræ suæ, quemadmodum Ezechias inquit apud Esaiam cap. 38. Quasileo contriuit omnia offamea. Et ut Paulus Rom. 7. inquit: Per Legem peccatum fit excellenter peccatum. In noua Pentecoste, non Lex promulgata est, non politia noua constituta, sed manifesta luce Pater aeternus & Filius coeternus effuderunt Spiritum sanctum non creatum, sed creantem & sanctificantem, id est, copulantem cum Deo omnes angelos & homines, quibus communicatur, seu in quos effunditur: Sicut Christus inquit Luc. 11. Quantò magis Pater dabit Spiritum sanctum potentibus.

Tertiū testimoniū est ipsa baptismi formula à Filio Dei tradita, iubens baptizari hominem, in nomine Patris, Filij & Spiritus sancti, iam vero cōstat, Patrē, &

Latina lingua caret articulis,
Græca & Germanica habet arti-
culos. Nō igitur possumus pōdus

Filiū Christū personas distin-
ctas esse, quare & nomine Spi-
ritus sancti, persona distincta si-
gnificatur. Si enim Spiritus san-
ctus tantum significaret ipsum
Patrem agitatem aut mouen-
tem res, bis nominasset Patrem,
& esset rotiosa ταυτολογία. Dein-
de cùm hæc forma baptismi do-
ceat pariter inuocare Spiritum
sanctum cum Patre & Filio, pa-
riter ei tribuit omnipotentiam.
Nam inuocatio, qua petimus li-
berationem à peccatis & à mor-
te, & donationem iustitiae & vi-
tæ æternæ, soli Deo, qui est omni-
potens, tribuenda est, quia solus
Deus hæc bona dare potest, &
solus videt corda peccantium, & discernit veram inuocationem à
simulata.

Quartum testimonium Iohan. 14. Rogabo Patrem, & alium pa-
racletum dabit vobis: Cùm ait
alium, discernit à Patre & Filio
hunc paracletum. Non igitur
significat Spiritus, ipsum Pa-
trem agitatem, quia Filius nō
mittit Patrem. At Christus in-
quit Iohan. 15. Cùm venerit pa-
racletus, quem ego mittam vo-
bis à Patre, Spiritus veritatis,
qui à Patre procedit. Sunt &
hæc personæ propria, aliis para-
cletus, qui docebit vos, & quæ
audiet, loquetur. Si Spiritus si-
gnificaret hoc loco agitatione
creatam, esset doctrina, non do-

huius confirmationis intelligere
sine Græco textu, vbi singulis
personis addūtur articuli τὸ πα-
τέρες, τὸ ὄντος, τὸ ἀγίου πνεύματος. Sicut
enim Patri & Filio proponitur
articulus monstrans personas
distinctas: sic idem additur appella-
tioni Spiritus sancti propter
eandem causam. Hoc modo Epiphanius
urget Græcos articulos,
& alij Græci scriptores idem fa-
ciunt. Deinde in baptismo inua-
catur tota Trinitas. Ex quo per-
spicuum est, Spiritum sanctum
esse omnipotentem. Nam inuoca-
tio nulli creaturæ est adhiben-
da, sed est honos soli Deo compe-
tens.

Scriptura vniuersa libenter
vtitur vocabulis Iurisconsulto-
rum. Sic Spiritum sanctum no-
minat paracletum, id est, aduoca-
tum. Baptismū nominat Petrus
stipulationem bona conscientię.
Est autem stipulatio vocabulum
proprium iuris. Sic vocabula fœ-
deris & Testamenti nō recte de-
clarari possunt, sine adminiculis
Iurisprudentiæ. Sciendum enim
est, quid sit Testamentum, quæ
requirantur in Testamento, &
quod si ius Testamenti. Ita Spi-
ritus sanctus nominatur aduo-
ctor

ctor alius, à Patre & Filio audiens & accipiens.

catus. Quia aduocati hæc sunt officia in foro seu iudicio. 1. Mone-
re suam partem. 2. Regere eam
confilia. 3. Hortari. 4. Consolari. 5. Dicere pro eo cuius est aduo-
catus. Eadem officia Spiritus sanctus publicè & priuatim Ecclesiæ
præstat. Priuatim monet nos, regit consilio, hortatur, consolatur cor-
dæ in pauoribus & æruminis, & dicit pro nobis, id est, impellit corda
ad inuocationem. Publicè in ministerio est efficax, flectit auditorum
mentes ad affensionem, & ipsos Doctores monet, regit consilio, in
explicatione & propugnatione doctrinæ, cui nulla humana infir-
mitas par esse potest, vt Paulus 2. Cor. 3. Fiduciam autem huiusmodi
habemus per Christum erga Deum, non quod idonei sumus ex no-
bismet ipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobis ipsis, sed si ali-
quid idonei sumus, id ex Deo est, qui & idoneos fecit nos ministros
noui Testamenti, non literæ, sed Spiritus. Sed obiiciat aliquis, Quo
modo Spiritus sanctus dicitur aduocatus, cùm Christus eodem no-
mine appelletur in epistola Iohannis Canonica cap. 2. Filioli mei, hæc
scribo vobis, ne peccetis, & si quis peccauerit, aduocatum habemus
apud Patrem, Iesum Christum. Et ipse est propitiatio pro peccatis
nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi?

R E S P O N D E O .

Christus dicitur aduocatus, item Spiritus sanctus dicitur aduoca-
tus, sed non eodem respectu. Nam Christus est aduocatus respectu
intercessionis, applicans nobis sua merita, & perferens nostras pre-
ces ad æternū Patré. Spiritus sanctus est aduocatus, quia clamat ad
Deum pro nobis, gemiribus inenarrabilibus, Rom. 8. id est, impellit
nostra corda, & exuscitat ea ad veram inuocationem. Ideo nominatur à Zacharia Spiritus gratis & precum. Videlis igitur quam ne-
cessaria sit collatio locorum, & lectio priuata Bibliorum. Iuniores
debeant diligenter legere epistolas Pauli, tum propter res ipsas, tum
propter eloquentiam, quam non tantum in Cicerone aut Demo-
sthone inuenietis, sed multò magis in scriptis Paulinis. Philippus
Melanthon dicere solebat, Paulum esse summum oratorem, & ve-
riùs eum posse dici tonantem & fulminantem, quam Periclem. Nec
putandum est, homines Ethnici esse eloquentes: Ipsum Deum mu-
tum aut infantem esse. Hanc opinionem reprehendit psalm. 94. Qui
plantauit aurem, non audiret? aut qui fixit oculum, non videret?

Qui corripit gentes, non argueret, qui docet hominem scientiam. Idem dicit psalmus quod in physiçis recitatur. Impossibile est effectum toto genere præstantiorem esse sua causa. & ἀνάπταλιν: Impossibile est causam toto genere deteriorem esse suo effectu.

Quintum testimonium. i. Cor.12. clarè discernit Paulus Spiritum sanctum à donis creatis , autorem ab effectibus , Omnia, inquit, hæc efficit vñus & idem Spiritus, & distribuit vnicuiq; sicut vult. Eodem modo loquitur Rom.8. Ipse Spiritus dat testimoniu Spiritui nostro, quod simus Filij Dei. Discernit hic quoque mouentem & consolantem Spiritum sanctum à consolatione , qua cor erigitur & viuiscatur. Hæc perspicua testimonia amplectamur, nec si namus ea Sophisticis cauillationibus eludi.

humilitatem. i. A causa efficiente donorum, de qua inquit Paulus i. Cor.12. Hæc omnia efficit vñus atque idem Spiritus. Quid igitur sequitur? Hoc sequitur quod idem Paulus dicit i. Corinth.4. Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris , quasi non acceperis ? Bona est consequentia. Omnia accepimus à Deo. Ergo non possumus gloriari de donis. Huc pertinet illud, quod e communi prouerbio de atino circumfertur. Non es Deus a se, sed Deum vehis. In Aegypto enim quotannis idolum Isidis, quæ fuit coniunx Osiris, imponebatur asello, & ita circumuehebatur religionis causa, sicut apud Papistas adhuc die corporis Christi, monstratur panis &c. Asellus vidēs homines in genua procumbere propter idolum, quod adorabāt, ac putans sibi hunc exhiberi honorem, exultauit, ac tantum præ lœtitia non excussit idolum, Ibi accepit plagas cum hac obiurgatione: Non es Deus, tu a se, sed Deum vehis, id est, tibi non habetur honor, sed idolo. Ita cùm videmus propter dona, quibus alij excellunt aliis, nobis exhiberi reuerentiam a honore, dicendum est

Omnia dona sunt particula-
ria, non sunt totalia. Ideoq; debe-
bamus esse modesti , & cogitare
illud Augustini, quod in Psalmis
recitat. Non spectandum tātū
quid adsit, sed etiam quid desit.
Quatuor enim potissimum sunt
causæ , quæ nos ad humilitatem
hortantur. Ex quibus i. Corinth.
12. duæ recitantur, efficiens & fi-
nalis. De materiali idem Paulus
docet 2. Corinth. 4. Postrema
causa ab exēplo tractatur à Pau-
lo Philipp.2. Inuitamur igitur ad

¶ Et cum Psalmio: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriā.

2. A causa finali donorum. Vnicuique verò datur (inquit Paulus 1. Corinth. 12.) manifestatio Spiritus, ad id quod expedit, id est, omnia dantur ad publicam Ecclesiæ utilitatem. Ergo per contrarium sensum, non dantur ad ostentationem, ad contemptum aliorum, ad augendam securitatem. Nam cùm abutimur donis, facile illa à nobis auferri possunt. Quid enim sumus nos miseri homines, etiam magnis donis prædicti? Sumus corniculæ AEsopicæ vestitæ alienis plumis, aut sumus aselli, qui Deum circumferimus.

3. A causa materiali donorū seu à subiecto, de quo Paulus 2. Cor. 4. Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, vt virtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis, dum in omnibus premeimur, at non anxijs reddimur. Quod autem sumus vasa testacea, testatur primum Scriptura, vt Esaiæ 40. Omnis caro fœnum, & sicut flos agri gloria eius. Et psalm. 103.

Est homo persimilis fœno per prata virenti,

Vt breuis in pingui, quæ rosa floret, agro.

Quam simul attigerint vrentis flamina venti

Aret, & exigua vixta calore iacet.

Deinde idem testatur experientia. Nam homines sani coguntur fateri rem ita se habere.

4. Ab exemplo Filij Dei, quod debet esse maximè efficax argumentum humilitatis. Sic inquit Augustinus:

Puderet te fortassis imitari humilem
hominem, imitare saltem hu-
milem Deum.

Quòd Spiritus sanctus fuerit antequam Filius Dei assumpsit humanam naturam.

C A P . I I I I .



Nquarto capite explicatur hęc hypothesis, quod Spiritus sanctus gubernauerit Ecclesiam inde usque ab initio, non tantum post Christum glorificatum. Sumitur autem huius hypotheseos occasio ex 7. capite Iohannis, vbi dicitur: Spiritus sanctus nondum erat, quia Christus nondum erat glorificatus: Ἐπειδὴ πενταδέκατον, ἐπειδὴ Ιησοῦς ἦπερ ἦδε τὸν οὐρανόν. Et Actor. 19. Cūm Paulus quibusdam discipulis diceret: Num Spiritum sanctum accepistis, poste aquam credidistis? At illi dixerunt ad eum: Imò neque an Spiritus sanctus sit, audiimus. Hinc quæstio extitit: An Spiritus sancti persona extiterit, antequam Filius Dei carnem indueret.

Cūm Iohannes cap. 7. dicat: Nondum erat Spiritus, quia Christus nondum erat glorificatus, quæri à multis solet, an fuerit persona Spiritus sancti, & an fuerit efficax ante glorificationem Christi in resurrectione & ascensione.

scilicet per resurrectionem & ascensionem. Discernendi sunt enim tres articuli, quorum primus est de passione, secundus de resurrectione, tertius de ascensione. Differunt enim sicut pugna, victoria & triumphus. Pas-

fio Christi est lucta seu pugna acerrima, in qua redemptor noster congressus est cum nostris hostibus, Lege, peccato, morte, Diabolo, inferno. Resurrectio est victoria huius luctæ contra hostes, de qua Propheta Oseas cap. 13. hoc canit Ἀντίλιπον: Ero mors tua ὁ μωρός, morsus tuus ero inferne. Et Paulus i. Corinth. 15. idem repetit, Vbi tuus, mors, aculeus? vbi tua, inferne, victoria? Ascensio est amplissimus triumphus, in quo nostri hostes iam victi, sunt ducti in pompa, & demonstrati omnibus angelis & resuscitatis ex morte. Christus enim non solus ascendit in celum, sed cum magna multitudine

tudine sanctorū. Hoc dictū est Thaddæi Apostoli, qui apud Eusebiū lib. i. Eccles. historiæ in oratione ad regē Abgarū inter cetera inquit cap. 15. in fine, se dicturum populo, πῶς κατέβη μόνος ὁ Χριστός, ἀλλὰ μετὰ τὸν θάνατον ὡς γέρων πατέρα ἀντῆ. Eo in capite extat epistola Abgari ad Christum, & Christi responso. Huic dictū Thaddæi suffragatur narratio Matth. 27. de sepulcris sanctorum partis &c.

Non difficilis est huius quæstionis explicatio consideratis dictis Prophetarum & Apostolorum, quæ testantur inde usque ab initio Ecclesiam gubernatam & sanctificatam esse Spiritu sancto, sicut Petrus de Prophetis ait i.

Petri i. exquisiuissime eos de reue-

In Symbolo Niceno: Qui lo-

landa salute, scrutantes quod tē cutus est per Prophetas.

pus significaret Spiritus Chri-

sti, qui in eis erat. Et 2. Petri i. dicitur: Spiritu sancto inspiratos, lo-

cutos esse sanctos.

Sic Esaiæ 59. exp̄r̄s̄ scriptum est: Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore feminis tui deinceps & in sempiternū. Hoc testimonium non tantum confirmat articulum de persona Spiritus sancti, sed etiam docet nos de regno Christi, cuius proprium beneficium est do-natio Spiritus sancti. Affirmatenim eundem Spiritum esse in Esaiæ & in tota Ecclesia ad omnem æternitatem.

Cum igitur semper eodem Spiritu sancto omnes electi sint sanctificati, neesse est intelligi dictum Iohan. 7. de manifesta ostensione Spiritus sancti, qui de Christo resuscitato & regnante, illustribus miraculis, fortitudine martyrum in suppliciis,

Hoc dictum quod citat Paulus in epistola ad Romanos cap. 11. docet, quæ, qualis & ubi sit Ecclesia? Est coetus Deo confederatus per verbum & Sacramenta, in quo sonat pura & incorrupta vox Legis & Euangeli, & cuius viua membra reguntur à Spiritu sancto.

Omnes electi eodem Spiritu sancto sunt sanctificati. Hoc probat Paulus dupli propositione affirmativa & negativa. Rom. 8. Qui ducuntur Spiritu Dei, hi sunt Filii Dei. Item: Qui Christi Spiritum non habet, non est eius.

perpetua serie doctorum in Ecclesia, & pœnis hostium Euangelij testificatus est.

Christus aliquoties apud Io-hannem repetit hanc vocem: Spiri-tus sanctus testificabitur de-me, id est, de mea persona & officio. Est autem duplex testimonium Spiritus sancti. I. Publicum, quod incurrit in oculos omnium hominum, cuius quatuor sunt gradus. Primus continet miracula, ut sunt resuscitatio mortuorum, donum linguarum, donum sanationis. Secundus est fortitudo martyrum in suppliciis, qui non tantum confessione sua, sed etiam sanguine obsignarunt doctrinam Euangelij, & ut in Apocalypsi dicitur: qui venerunt ex afflictione magna, & dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem agni. Tertius est perpetua series doctorum in Ecclesia, quales non habet illa religio, excepta Christiana. Nunquam enim defuerunt Ecclesiae pij doctores, et si aliás plures, aliás pauciores fuerint. Etiam in Papatu fuerunt, qui taxarunt errores sedis Romanæ. Quartus complectitur penas tragicas omnium hostium & contemptorum Euangelij, ut haereticorum, tyrannorum & multorum hypocritarum. II. Priuatum. Nam priuatum testificatur Spiritus sanctus de doctrina Euangelij. Primum in conuersione ad Deum, ubi dat testimonium Spiritui nostro, quod simus Filii Dei, Rom. 8. Nam credens scit se credere, ut inquit Augustinus. Deinde in quotidiana inuocatione, iuxta illud: Effundam super vos Spiritum gratiæ & precum. Spiritum gratiæ in conuersione scilicet, Spiritum precum, in quotidiana inuocatione, quanquam hæc duo non possunt separari. Tertiò in cruce, in magna vi tempestatum, in concursu malorum, in media morte.

Apparet autem visitatè Spiritus sancti appellationem initiò in Ecclesia usurpatam esse pro manifesta ostensione, seu testimoniio exhibiti Spiritus sancti, sicut fiebat initiò Ecclesiae, ubi primum spargebatur Euangelium ab Apostolis. Sic in Actis 19. lo-quuntur quidam discipuli: Ne quidem, quod sit Spiritus sanctus, audiuiimus. tamen ignorabant, quid esset Spiritus sanctus. Hæc verba non sunt intel-

patefactione seu reuelatione. Paulus cùm relicta Corintho venisset Ephesum, inuenit duodecim discipulos, qui et si baptizati fuerant baptismō Iohannis,

intelligenda, quasi Iohannes non tradiderit integrum doctrinam Euangelij suis auditoribus, sed quod manifesta effusio Spiritus sancti, fuerit proprium ornamentum Christi glorificati.

De processione Spiritus sancti.

C A P V T V.



Ræcæ Ecclesiæ recentiores dicuntur in Synodo Basiliensi mouisse certamen de processione Spiritus sancti, id est, an sit ex essentia Patris & Filii, & contenderunt, Spiritum sanctum à Patre procedere, id est, ex Patris essentia esse, ac per Filium tanquam canalem mitti, nec esse ex essentia Filii. De hac questione statuimus, vt Latinæ Ecclesiæ statuunt, Spiritum sanctum ab æterno Patre & Filio coæterno procedere, id est, esse ex essentia æterni Patris & Filii, sicut Christus expressè inquit Iohan. 16. Ex meo accipiet, quia omnia, quæ Pater habet, mea sunt. In Synodo Cõstantiensi, qua Iohannes Hus supplicio fuit affectus, factum est decretum, vt confecto decennio iterum celebaretur Synodus. Iuxta hoc decretum intra decennium est coacta Synodus Basileæ. Ad eam Synodum accesserunt etiam Græci missi à Palæologis, qui tunc te- nebat imperiū ante captā Constantinopolim. Mota est igitur questio à Græcis de processione Spiritus sancti, an sit Spiritus sanctus de essentia Filii, sicut est de essentia Patris : vtrum verò à Patre mittatur per Filium, tanquam per canalem.

Est igitur Spiritus sanctus aliquid essentiae Filii, seu etiam Filio Epiphanius, vt Epiphanius contra πνευματομάχος inquit: Spiritus verè est ex Deo, & non alienus à Patre & à Filio, sed ὁμοίος Patri & Filio. Hæc probatio fatis firma est pia menti, quæ non

Epiphanius cōtra πνευματομάχος, fol. 383. ε μόνον δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄγιον πνεῦμα συμπερέπλον οὐδὲ καὶ πατέρι, καὶ τὰ ἵστα ἐργαζόμενον, δωρεμενόντε καὶ χαειζόμενον οὐδεὶς βέλει.

quærit cauillationes ad labefactandum textum. Huc referatur & illud, quod Christus ipse

Iohan. 20. afflat Spiritum

sicutum Apostolis. Hic flatus non à solo Patre, sed etiam à Filio procedit. Nolo autem prolixius de

his arcanis disputare, quæ reuerenter cogitanda sunt, nec immorandum est speculationi, sed

magnitudo amoris diuini in

hoc ipso testimonio consideretur. Necesse est enim verum & ingente in Deo erga nos amorem esse, qui hunc ipsum ignem amoris sui in nos transfundit, cuius verè est essentia diuina, & nos sibi copulat societate non tantum creati doni, sed missi in pectora nostra sui Spiritus. Præclarè ergo Augustinus sermone 43. de verbis Apostoli. Magna est misericordia Dei, qui donum dat sibi aequalē, quia donum eius Spiritus sanctus est,

Ἅγιος Χριστὸς ὁ νέος εἰς τὸν θεόν, καὶ ἐκ ἀλλού τεον πατρὸς καὶ γῆς, ἀλλ᾽ ὁμοστον πατρὶ καὶ θεῷ.

Regula Syracidæ 3. Quæ tibi præcepit Deus, hæc reuerenter cogita.

De beneficiis Spiritus sancti.

C A P V T V I.



ON satis est nosse quid sit existimandum de persona tertia diuinitatis, quæ appellatur Spiritus sanctus, sed etiam piè cogitandum est, quæ beneficia ab hoc fonte ad nos miseros permanent. Sunt autem duplia beneficia. Alia omnibus piis communia & necessaria, quæ non habentes, sunt ac manent hostes Dei. Alia verò sunt dona Spiritus sancti, quæ non ad omnes pertinent, sed tantum ad aliquas personas & certas vocaciones, ut quanquam excellentia dona sunt donū linguarum & interpretationis Scripturæ, tamen non sunt necessaria omnibus salvandis. At beneficia Spiritus sancti omnibus electis, & quidem gratis. Sicut Christus Luca 11. inquit: Si ergo vos cùm sitis mali, nōstis bona dare filiis vestris, πόσω μάλλον ὁ πατὴρ, οὐ ξέρει δώσει πνεῦμα ἀγίου τοῖς

αἰτήσασι

πίτησιν αὐτὸν. Etsi igitur non habemus dona Iosephi vel Moysi: tamen sciamus nos esse in numero electorum, si habuerimus dona omnibus sanctis necessaria, cuiusmodi sunt vera fides & inuocatio, vera patientia in æruminis & morte &c. Ex hac breui σκιογεαφᾳ intelligi potest, quām sit necessaria doctrina huius capit is, præsertim in tentationibus.

Postquam personam Spiritus sancti vtcunque descripsimus, beneficia consideremus, quorum alia communia sunt omnibus veris & viuis Ecclesiæ membris, alia sunt certarum personarum & vocationum.

Sicut in Ethicis differunt communis virtutes ab heroicis (loquor autem de forma diuisionis non de rebus ipsis) ita differunt in Ecclesiæ communia dona omnibus sanctis necessaria, à donis, quibus Deus ornauit certas personas & certos gradus vocationum. Heroica virtus Achillis aut Samsonis non est mihi aut tibi necessaria. Nam possumus esse viri boni, et si non sumus bellatores heroici. Ita possumus saluari, et si non habemus dona Danielis aut Iosephi. Latro in cruce & Ioseph, sunt æquales & sunt inæquales. Aequales sunt, quod attinet ad gratiam, quæ est universalis, iuxta dictum Christi: Venite ad me omnes, qui laboratis &c. Item Pauli: Gratia exuberat supra peccatum, quia uterque saluat gratis propter Filium Mediato rē. Sed sunt inæquales, quod attinet ad dona. Alia dona habet larvo, alia Ioseph, & quidem præstantiora. Sed quia mentio facta est illorum membrorum Ecclesiæ, quæ dicuntur viua membra, monendi sunt discentes, duplicita esse membra Ecclesiæ, alia viua, alia mortua. Viua sunt membra sanctificata à Spiritu sancto, iuxta dictum Pauli Rom. 8. Qui ducuntur Spiritu Dei, hi sunt filii Dei. Et ab his membris Ecclesia nominatur sancta erga τὸν ἀνθρώπον, quia semper à principali fit denominatio seu nuncupatio. Alia vero membra dicuntur mortua, vt sunt omnes hypocrite, qui etsi de doctrina consentiunt cum viuis, nec sunt manifesti hostes Euangelij: tamen in corde sunt sine vero timore Dei, sine fide, & pluris faciunt opes ac voluptates, quām Deum. Videamus igitur, vt viua simus membra, sicut Paulus monet: Explorate vos ipsos an habeatis Spiritum sanctum. Papa nec viuum, nec mortuum est Ecclesiæ membrum, viuum non est, quia non habet Spiritum Christi. Nam certè Spiritum Christi non habet, qui hostis est Euangelij. Mortuum non est, quia non consentit cum verè piis,

de doctrina, sed eam damnat tanquam hæresin. Quomodo igitur gloriatur se esse caput Ecclesiæ, cùm non sit membrum?

Prioris generis sunt, tota hominis regeneratio & renouatio ad vitam æternam, vera agnitus & inuocatio Dei, consolatio in ærumnis, constantia in confessione, denique multarum virtutum decus. Hæc dona omnibus necessaria, splendidè describuntur in dictis Propheticis & Apostolicis, vt Dauid psal. 51. petit à Deo, non modò remissionem peccatorum, sed etiam Spiritum firmum, sanctum & spontaneum, id est, gubernatorem mentis, voluntatis & cordis, confirmatatem nos contra fluctus dubitationum, & contra metum in periculis, & excitantem motus Legi diuinæ congruentes, & lætificantem, vt acquiescamus in Deo, & habeamus initia vita æternæ.

Psalmus 51. est præcipuus in toto psalterio, & congruit ad dictum insigne Pauli Rom. 5. de gratia Dei & de dono per gratiam. Gratia significat remissionem peccatorum, donum per gratiam significat donum Spiritus sancti. Primum igitur Dauid in eo psalmo petit gratiam, id est, remissionem peccatorum. Huic petitioni mox adiungit alteram de donatione Spiritus sancti, inquiens :

Cor mundum crea in me
Deus, & Spiritum firmum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu spontaneo sustenta me.

In his tribus versibus, primò sciendum est, quid sit cor mundum, deinde quæ sint epitheta Spiritus sancti. Cor mundum dicitur cor fide purificatum, vt Petrus Actor. 15. inquit: Et qui nouit corda Deus, testimonium præbuit illis, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, nihil discrevit inter nos & illos, cùm fide purificauerit corda eorum. Postea tria sunt epitheta. Nam Spiritus sanctus dicitur: 1. Firmus, quia efficit in nobis πληροφορίαν, id est, firmam assensionem vetricem omnium dubitationum & pauorum. 2. Sanctus, quia excitat in nobis sanctos motus, id est, Deo placentes & congruentes ad normam Legis. 3. Principalis seu spontaneus, quia flectit corda ad obedientiam, non solum in vocatione & priuata vita, sed etiam in media morte.

2. Timoth.

2. Timoth. 1. Dedit nobis Deus Spiritum non timiditatis, sed roboris, dilectionis & modestiæ. Confirmat enim hic Spiritus corda nostra, ut firmiter verbo Dei assentiatur, & accedit dilectionem, castitatem & totius Decalogi virtutes.

robustus factus est ex fide, tribuens Deo gloriam, certa persuasione concepta, quod is, qui promiserat, idem potens esset ei praestare. His verbis describitur fides & Spiritus fortitudinis Abrahami contra dubitationes. Postea Spiritus fortitudinis in periculis apparebat ex historia Genes. 14. Cum enim quinque reges opulentissimi abduxissernt inter alios captiuum Loth, mox ille cum paruis copiis tercentum & octodecim vernis, ausus fuit persequi quinque reges, & hac parua manu profligauit eos. Quod autem Abraham fuerit castus & modestus, quod habuerit dilectionem erga Deum, coniugé, filios & omnes homines, tota eius vita testatur.

Zachariæ 12. Effundam super domum Dauid Spiritum gratiæ & precum. Diserte Spiritum sanctum nominat Spiritum gratiæ, quia dat testimonium Spiritui nostro, quod simus Filii Dei. Rom. 8. & est arrha hereditatis nostræ: deinde nominat Spiritum precum, quia flexit nos ad inuocationem, & ad yniuersam obedientiam Deo placentem.

obsignationis, & arrhabonis. Vocabulum vnguentis sumitur ex psal. 45. Propterea vnxit te Deus tuus oleo latitiæ, id est, Spiritu sancto præ confortibus tuis. Christus est vnguentus non balsamo, quod nascitur in hortis, sed Spiritu sancto. Sic enim appellat Spiritum sanctum Iohannes, 1. Iohan. 2. Vnguento docebit vos. Eodem Spiritu sancto nos quoque vngimur, qui sumus membra Christi. Altera appellatio sigilli, sumpta est ex Esaia 8. cap. Liga testimonium, obsigna Legem in discipulis meis. Sed quod est illud sigillum? Spiritus sanctus. Tertiū vocabulum arrha seu arrhabo nō habet originem Græcam, nec La-

τὴν ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Σέας πνεῦμα
δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης,
ἡ τωφορισμός. Proponite vobis
Abrahamum, qui habuit Spiritum non timiditatis, sed roboris, quia Paulus Rom. 4. his verbis prædicat fidem Abrahæ. Verum ad promissionem Dei non
hæstibat ob incredulitatem, sed

Vocabulo arrhæ vtitur Paulus 2. Corinth. 1 Deus vnxit nos, obsignauit nos, deditq; arrham Spiritus in cordibus nostris. Tribus vtitur vocabulis, vnguentis,

arrhabonis. Vocabulum vnguentis sumitur ex psal.

tinam, sed Hebraicam. Nam Araf significat propriè mixtionem, & postea per metalepsin significat sponzionem, quia qui spondet pro altero, inimiscet se negotiis alienis. Arrha in emptionibus est aliquid datum ad hoc, ut sit testimonium confirmatæ emptionis, vel in spōsalibus, ut sit testimonium de futuris nuptiis. Ita donatio Spiritus sancti est testimonium certissimum reconciliationis cum Deo, & præsentiae Dei, & venturæ hæreditatis vitæ æternæ. Vtitur hac voce Tertullianus de resurrectione carnis pag. 80. Quemadmodum nobis arrhabonem Spiritus reliquit, ita & à nobis arrhabonem carnis accepit & vexit in cælum, pignus totius summae illuc quandoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, usurpatæ & cælum & regnum Dei in Christo, id est, Christus ascendens in cælum, secum intulit cælo arrham nostræ spei, id est, carnem nostram in sua persona, & in Pentecoste misit arrham Spiritum sanctum, ne dubitemus de resurrectione & vita æterna.

Galat. 5. Fructus Spiritus sunt, dilectio, gaudium, pax, longanimitas, humanitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. His dominis, quæ sunt omnibus necessaria, restituitur in nobis vita & iustitia æterna, & renouatur imago Dei, & rursus fit miranda copulatio naturæ nostræ cum Deo.

Vt autem bonitas Dei immensa magis illustretur & celebretur, collatio cogitanda est piorum & impiorum. Tota mundi historia inde usque à Cain ostendit, malos Spiritus efficaces esse in impiis, qui cum sint blasphemati, mendaces, crudeles, immundi, maximam partem generis humani contaminant idolis, blasphematiis, libidinibus, mendaciis, iniustis cedibus & aliis sceleribus. Sed ne tales furores in toto genere humano existant, Deus subinde excerpit aliquam partem, videlicet veræ Ecclesiæ membra. Hæc gubernata à Spiritu sancto, & defensa aduersus Diabolos, celebrant Deum, custodiunt doctrinam Euangelij, inuocant in fide, gratias agunt obediunt ei in vita, vocatione & ærumnis, & in tota æternitate eum celebrabunt.

Obedientia piorum versatur, in tribus rebus: 1. in vocatione. 2. in priuata vita. 3. in ærumnis & media morte.

In vocatione quales esse debeamus, describit Paulus 1. Cor. 4. Illud requiritur in dispensatoribus, ut fidelis aliquis reperiatur. Fidelitas complectitur veritatem & beneficentiam, ut Deus est fidelis, id est,

id est, verax & beneficuſ. verax in ſeruandis promiſſis, beneficuſ in communicatione bonorum. Ita miſteriū eſt fidelis, cūm eſt verax & beneficuſ. Verax eſſe non poteſt, niſi teneat integrā doctrinā Christianā. Deinde beneficuſ eſt, cūm eſt aſidiuſ & diligens in communicatione doctrinā & earum rerum, quas proſtitetur. Si quis doceſt Grammaticam aut Dialeſticam, fieri poteſt, vt earum rerum ſit peritus. Sed multi non ſunt fideles. Non enim cum aliis ea, quæ i-psi cognouerunt, communicant. Fidelitas excludit affectatam igno-rantiam & affectatam omissionem.

In vita autem priuata, quales requirat Paulus, oſtendit ad Titum cap. 2. Illuxit enim gratia Dei ſalutifera omnibus hominibus, eru-diens nos, vt abnegata impietate, & mundanis concupiſcentiis, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo præſenti: ſobriè erga nos i-pſos: iuſtè erga alios: piè erga Deum.

Quales autem in ærumnis & media morte eſſe debeamus, Petrus i. epift. 5. oſtendit hiſ verbiſ. Humiliamini ſub potenti manu Dei, po-tentiſcileſ ad puniendum & ad liberandum.

Alterius generiſ beneficia ſunt χαρίσματα, vt donum linguarū, interpretatio Scripturæ, donū medicationis, prædictio futu-rorum. Διάκονια, vt ſingulariſ fe-licitas in re militari, aut in gu-bernatione togata. Εὐεργήματα, vt donum faciendi miracula, vel in propriis periculis, vel in alieniſ. De hiſ gradibus donorū concionat̄ Paulus i. Cor. 12.

Dona nō omnibus neceſſaria habent tres gradus. Ad primum pertinēt χαρίσματα. Ponit e-nim Paulus nomen generiſ pro ſpecie κατ' ἔξοχū. Ad ſecundum pertinēt miſteria διάκονια, quæ à puluere nomen habent. Διάκονος, quaſi dicas, diſcurſans per puluerem. Tertius comple-

titur εὐεργήματα, id eſt magna & rara miracula, vt resuſcitatio mortuorum. Item quidē Petrus vno verbo interficit Ananiā. Hæc diuiſio extat apud Paulum i. Cor 12. Διαιρέοſeis ὁ χαριομάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα τὸ διαιρέοſeis διάκονιῶν εἰſt, καὶ δὲ αὐτὸ πνεῦμα τὸ διαιρέοſeis εὐεργήματων εἰſt, δὲ αὐτός ἐſt θεός, δὲ εὐεργῆματα πάντα ἐν πᾶσιν. Quare autem Deus initiò dederit Eccleſia donum linguarum, tres ſunt cauſæ, 1. Vt hoc donum eſſet adminiſtrolum propagationis Euāgelij inter varias gentes, quarum ſunt diuersæ linguaſ. 2. Vt hoc donum eſſet testimonium præſentię Spirituſ ſancti in Eccleſia. De haſ cauſa

dicitur 1. Corinth. 14. Verè Deus est in vobis. 3. Vt hoc donum esset testimonium de voçatione gentium ad societatem Ecclesie.

D E R E G E N E R A T I O N E .



N sermone Pauli s̄epissime usurpatur vocabulum regenerationis, quod à multis non satis intelligitur. Necesse est igitur iuniores doceri, quid sit regeneration, quæ sint eius partes, quæ causæ. His enim quæstionibus explicatis, facilitus intelligi poterit, præcipuum & maximè necessariū beneficū Spiritus sancti esse regenerationē. Etsi enim multa sunt præclara dona Spiritus sancti in uniuersam Ecclesiam & in pios singulos: tamen omnibus aliis, vel ipsa necessitate antecellit beneficium regenerationis.

Cùm autem regeneratione sit maximum maximeque necessariū Spiritus sancti beneficium, dicendum videtur in hoc capite, quid sit regeneratione, & quæ sint eius tum partes, tum causæ.

Eltigitur regeneratione tota conuersio hominis ad Deum, quæ complectitur mortificationem & viuificationem, id est, contritionem, fidem & nouam obedientiam. Nam in vera pœnitentia seu conuersione ad Deum, duo sunt motus, mortificatio & viuificatione, iuxta dictum 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

cundam, alteram sterilem. Néque verò tantum sterilis erat altera, quadam naturæ abūraria, sed etiam propter ætatem erat effœta. Cùm autem vir sanctus Pater Samuelis libenter suscepisset ex Anna sterili sobolem, vterque coniugum coniunctis votis à Deo petunt sobolem, & quidem masculam, quæ possit Deo seruire in munere docendi. Has preces exaudit Deus, & contra naturæ ordinem facit fœcundam Annam sterilem, donat ei filium ingenio & omnibus virtutibus præstantem. Fuit enim Samuel unus ex summis Prophetis. Quare Anna, vt declarat suam gratitudinem Deo pro acceptis tantis beneficiis, recitat carmen εἰχαριστόν: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit: id est, vt in lib. Job 5. ca. dicitur: Beatus homo, qui corripitur à Deo, increpationē Dei ergo né repro-

In eo loco recitatur valde memorabilis historia de parentibus Prophetæ Samuelis. Habuit autem pater Samuelis in matrimonio duas vxores, unam fœ-

reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Sunt enim duo præcipua opera Dei in iis, qui renascuntur, vnum quasi alienum, alterum proprium. Alienum opus Dei est (vt Esaias appellat) mortificatio seu deductio ad inferos, seu percussio, in qua sentitur onus peccati & iræ diuinæ aduersus peccatum. Ex quo sensu existunt tanti paupores & consternationes, quas nullamens satis cogitare, aut lingua verbis exponere potest, sed sumantur qualescumque descriptiones & imagines ex tristissimis querelis psalmorum, vbi saepe comparantur pauperes mortificationis sagittis. item ficitati æstiuæ, quæ omnia torrefacit & exhaustur. Est igitur alienum opus Dei, mortificatio, & est gradus ad alterum opus proprium bonitatis diuinæ, quod dicitur viuificatio seu reduc[t]io ab inferis, & sanatio vulnerum efficacissima.

Significatautem mortificatio veros pauperes & dolores in corde agnoscente iram Dei aduersus peccatum, de quibus doloribus dictum est, Sicut leo contriuit omnia ossa mea. Esaiæ 38. In his doloribus verè & sine simulatione fit mortificatio carnis seu veteris & incorruptæ naturæ. Sanctus rex Ezechias, post gloriosam depulsionem exercitus Affyriorum ab urbe Hierosolyma, incidit in morbum grauem. Ut autem omnes homines vocati ad vitæ exitum, ardentius cogitant de vita anteacta, & de præsenti lucta cum morte, quæ est omnium difficilima & acerrima: ita sanctus rex & benemeritus de Ecclesia in maximam animi consternationem incidit, in qua hæc verba etiam pronuntiavit, Sicut leo (cuius est maximum robur) contriuit Deus omnia ossa mea.

Etsi autem hi dolores in aliis maiores, in aliis minores sunt: tamen omnino aliquam in omniconuersione contritionem esse oportet, vt 2. Corinth. 7. dicitur: Contristati etsi ad pœnitentiam, tristitia, quæ secundum Deum est, efficit pœnitentiam

Esa. 28. Vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.

Vt autem omnes homines vocati ad vitæ exitum, ardentius cogitant de vita anteacta, & de præsenti lucta cum morte, quæ est omnium difficilima & acerrima: ita sanctus rex & benemeritus de Ecclesia in maximam animi consternationem incidit, in qua hæc verba etiam pronuntiavit, Sicut leo (cuius est maximum robur) contriuit Deus omnia ossa mea.

1. Corinth. 10. Fidelis est Deus, qui non sinit vos tentari supra id, quod potestis, imò faciet vñà cum tentatione euentum, quod positis sufferre: id est, Deus vtitur iustitia distributiua, & imponebit cuique onus seruata æquilitate Geometrica. Assignat cuique

ad salutem. Esaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad humiliatum & contritum Spiritu?

suam partem proportionalem, & vt Græci dicunt, τὸ θηλαῖον μέρος.

Altera pars conuersionis nominatur viuificatio seu consolatio, quæ fit fide iuxta dictum: Iustus fide sua viuet. In hac enim consolatione victrice paucorum & dolorum Filius Dei viuificat cor, & simul dat Spiritum sanctum, qui accendit nouos motus in corde, vt Rom. 8. scribitur: Accepistis Spiritum adoptionis filiorum clamantem Abba Pater.

Hic Aphorismus Propheticus, fuit symbolum Pauli Apostoli, sicut Christi symbolum fuit dictum Osee: Misericordiam volo & non sacrificium. Ostendit enim crebra repetitio, quod Paulus & Christus his dictis tanquam symbolis vni sint. Aphorismus autem ille à Paulo recitatetur Ro. 1. Galat. 3. Hebr. 11. & docet, hominem fide utrumque beneficium accipere, id est, iustificationem & viuificationem. Expressè enim facit mentionem iustitiae & vitae. Qui-cunque iustus est coram Deo, viuit etiam. Et quicunque viuit, iustus est.

Causa efficiens regenerationis est Filius Dei, qui per Euangelium viuificat corda, & dat Spiritum sanctum. Etsi enim fit viuificatio per omnes personas, tamen quomodo simul tres personæ efficaces sint, piè considerandum est. ἀλλὰ dicit consolationem, & ostendit hanc esse voluntatem Patris, quod simus recepti, & lucet in mente ut assentiamur. Et Pater per Filium dat Spiritum sanctum, vt scriptum est Actor. 2, promissionem Spiritus sancti accipiens à Patre, effudit eum..

Instrumentum regenerationis est ministerium Euangeli & Sacramentorum, vt ait Petrus 1. Petri 1. Renati estis non semine corruptibili, sed per sermonem viuentis Dei, & manentem in secula.

Instrumentum regenerationis est verbum, & idem verbum est lac regeneratorum. Quia iisdem rebus nutrimur, quibus constamus, vt nos sumus constati ex quatuor elementis. Ergo nutrimur corporibus, quæ & ipsa sunt mix-

mixta ex quatuor elementis. Ita in hoc negotio verbum Dei vocatur à Petro semen regenerationis. Et in eadem epistola capite 2. dicitur lac, id est, nutrimentum eorum, qui sunt regenerati. Inde extruimus hoc axioma iuxta Augustinum: Verbo regeneramur, nutrimur, augemur & corroboramur.

Et Iohann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi in regnum Dei.

generationis. Spiritus est vera causa efficiens. Instrumento non propriè tribuitur actio, sed impropiè.

Et ad Titum cap. 3. Secundum misericordiam saluauit nos per lauacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti, quem effudit super nos opulentem per Iesum Christum Saluatorem nostrum.

inquit: Tolle aquam, non erit baptismus, tolle verbum, non erit baptismus. Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Altera definitio est causalis, quæ extat cap. 3. ad Titum. Secundum misericordiam saluauit nos per lauacrum regenerationis & renovationis Spiritus sancti. Coniungit hic Paulus duas causas, Efficiētem, vide-lacet Spiritum sanctum, qui est efficax per ministerium verbi. 2. Instrumentalem, lauacrum aquæ, quod vocatur lauacrum renovationis, non quod sine Spiritu sancto habeat vim regenerandi, sed quod Spiritus sanctus hoc organo utatur ad homines regenerandos & renouandos.

Materia in qua, est mens, voluntas & cor, quia lux & motus spirituales accenduntur in natura à Deo priùs condita, quæ non mutatur substantia, sed qualitate, . . . Fuit mihi acerrima contencio cum homine fanatico Matthia Flacio Illyrico de hac quæstione, An peccatum sit accidēs.

An iustitia vel originalis, vel ea, quæ nunc restituitur per Christum,

Ex aqua, i. ministerio verbi & Sacramentorum. Nam *κατὰ σύνεσθησίαν* pars pro toto ponitur. Aqua est instrumentalis causa regenerationis.

Paulus duas definitiones baptismi constituit. unam collectā ex partibus, quæ extat Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo. Nam duæ sunt baptismi partes integrales, Elementum aquæ & verbum, quo hæc ceremonia est instituta, sicut Augustinus

fit substantia, An ipsa regeneratio sit mutatio substantiarum. De his ille sic pronuntiabat audacissime contra sententiam Scripturae, & contra totam antiquitatem, peccatum non esse accidens, sed substantia. Iustitiam non esse accidens, sed substantiam. Et in regeneratione fieri non tantum mutationem accidentis seu qualitatis, sed etiam ipsius substantiarum.

Augustinus in Enchiridio capite 31. Tunc ergo efficimur vere liberi, cum Deus nos fingit, id est, format & creat, non ut homines, quodammodo fecit, sed ut boni homines simus, quod nunc gratia sua facit.

Idem tractatu primo in Iohannem. Pecora non illuminantur, quia pecora non habent rationalem mentem, qua possint videre sapientiam. Homo autem factus ad imaginem Dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam. Ergo Christus lux est non animantium quorumcunque, sed hominum.

ni possunt appellari Alchimistæ, quia non habent accidentia, sed tantum substantias. Et certè sunt substantiales Theologi, quia tantum pecunie medicando collegerunt, ut etiam possint condere monasterium.

Tertullianus de resurrectione carnis, pag. 75. Vetus statem & nouitatem hominis ad moralem, non ad subtilitatem differentiam pertinere defendimus.

Chrysostomus enarrans caput 4. ad Ephes. Subiectum veteris & noui hominis idem est, mutatio autem est accidentalis.

se ipsum explicaturus, tandem addit declarationem horum vocabulorum,

Vir reuerendus Iustus Menius, cum esset mota controvicia ab Osiandro de iustificatione, solebat eum appellare Alchimistam, & eius Theologiam Alchimisticam, propterea quod nihil haberet in sua Theologia, nisi solas substantias, & nulla accidentia admitteret. Scitis enim quid tractent Alchimistæ. Ex argento confidere volunt aurum contra naturæ ordinem, sed meri sunt impostores. Nam Deus non patitur confundi species, quarum cœseratio & distributio est summum argumentum prouidentię diuinę. Sic Theologi Flacciani possunt appellari Alchimistæ, quia non habent accidentia, sed tantum substantias. Et certè sunt substantiales Theologi, quia tantum pecunie medicando collegerunt, ut etiam possint condere monasterium.

Verba Chrysostomi sunt: τὸ πῦ ὑποκέμενον τὸ αὐτὸν, ἵνα μεταβολὴ περὶ τὸ σύμβεβηκός. Paulus ad Ephes. 4. cum multa dixisset de homine vetero & novo, quasi

bolorum. Quapropter, inquit, deposito mendacio loquimini veritatem quisque proximo suo. Irascimini, & non peccate. Qui furabatur, non amplius furetur. Hæc declarant quid sit vetus, quid nouus homo. Si es mendax aut fur, es vetus homo. Si autem non amplius furaris, aut calumniaris, prælucet et tamen fide, tunc es nouus homo.

Basilius in quadam epistola, pag. 654. Tres sunt modi creationis. Primus est fabricatio rerum ex nihilo : Secundus est mutatio subiecti in meliorem statum. Tertius est resuscitatio ex morte. Accommodat autem ad secundum modum dicta psalmi 51. Cor mundum creare in me o Deus. Et Pauli Gal. 5. de nostra creatura.

Basilij verba sunt: τρεῖς κτίσεις εὑρέκουεν ὄνομα ζωμένας ἐν τῷ γα-
φῇ μίαν ἡ τρεπτική, πλὼι ἀπὸ Θυ-
ρᾶς εἰς τὸ θεῖο παραγωγὴν. Θετέ-
ραν ἐπὶ πλῷ θεῖο χείρον εἰς τὸ κρέτ-
τον ἀλλοτασιν. τρίτη δὲ πλωξεξανά-
σσον τῶν νεκρῶν. ἐν ταύταις εἰρή-
σθαι συνεργὸν πατεῖ ὑπὸ τὸ ἀγνοού-
πνεῦμα. Primum modum crea-

tionis, id est, fabricationem totius vniuersitatis rerum ex nihilo, describit Moses Genes. I. Alter modus est regeneratio, quæ est mutatio non substantiæ, sed qualitatis, ut aliquoties dicit Prosper discipulus Augustini. Quidquid in homine in melius mutatur, hoc fit à Creatore. Mutatur autem non substantia, sed qualitate. De hoc modo psalmus 51. loquitur: Cor mūndum crea in me o Deus. Non petit nouam substantiam cordis creari, quæ iam condita est, sed petit in hac substantia, quæ condita est, accendi nouam lucem & nouos motus placentes Deo. Sic Paulus Galat. 5. loquitur de noua creatura. Tertius modus, videlicet resuscitatio ex morte, non est prorsus noua substanciæ creatio. Nam hæc caro, quam nunc circumferebatur, seu resurget in die nouissimo, siue sepeliatur in terra, siue dissipetur in aëre. De hoc modo dicitur psalm. 104. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Nam hunc versum Basilius & ceteri scriptores intelligunt non de prima rerum fabricatione, sed de resuscitatione mortuorum.

Sed non est opus testimoniis in re manifesta, de qua omnes pīj omnium ætatum consentiunt.

Sic autem fit regeneratio, & Causa formalis regenerationis. sic fit homo templum Dei, sicut Adam in prima consolatione sensit se se ex morte liberari, quia eo-

dem modo fiunt in omnibus conuersio & consolatio. Cùm Adam post lapsum à Deo arguitur, horribiliter expauescit, ac verè sentit dolores mortis, & pericula inferni. His enim verbis psalmus 116. mortificationem describit. Tandem verò audit vocem promissionis, quæ affirmat: Semen mulieris contritum esse caput serpentis, id est, ut Iohannes interpretatur 1. Iohannis 3. destructum esse opera Diaboli, peccatum & mortem.

Opera Diaboli duo sunt præci
puarum est peccatum, alterum est
mors, quæ est pœna peccati. Sed
quomodo destruit Christus hæc
opera? Dupliciter. 1. merito suo. 2. efficacia. Merito quidem, quia
soluit Deo Patri λύτρον pro nostris peccatis & contumacia, ut
Paulus inquit: Eum qui non nouit peccatum, pro nobis fecit pecca-
tum, ut nos fieremus iustitia Dei per illum. Efficacia verò, quia non
tantum imputat nobis Christus suum meritum & obedientiam, sed
etiam in nobis est efficax, & re ipsa tollit ac delet ex nostra natura
peccatum & mortem, dat Spiritum sanctum, & incoat in nobis no-
uam obedientiam, seu iustitiam & vitam.

Cum hac voce simul Filius Dei in mente primi parentis est ef-
ficax, dicit consolationem, ostendit hanc esse voluntatem Dei, ut
Adam habeat remissionem peccatorum, vivificat eum, & confir-
mat assensionem, ac effundit Spiritum sanctum in cor Adæ, qui
cum sit lætitia, iam lætatur Adam in Deo rectè agnito, seu agnita
misericordia, & accenduntur motus tales, qualis est ipse Spiritus
sanctus, iuxta dictum Ieremiæ:

Dabo Legem meam in corda
eorum. Hæc mutatio non qui-
dem sublata, sed qualitatum
est regeneratio seu vera conuer-
sio ad Deum.

Propheta eo in capite tradit
discrimen veteris & noui Testa-
menti, seu quod idem est, Legis
& Euangelij. Lex describit iu-
stitiam & vitam Deo placentem,
præcipit quales nos esse debea-
mus, monstrat, quæ obedientia Deo placeat. Sed nec iustitiam nec
vitam exhibet nobis, quia nostra natura non congruit ad normam
Legis, vel ut Paulus Rom. 8. dicit: Lex per carnem infirmatur. Et Gal.
3. Si esset data Lex, quæ posset vivificare, verè ex Lege esset iusti-
tia &c. Filius autem Dei per Euangelium restituit nobis vtrumque
bonum, iustitiam & vitam. Hæc ipsa restitutio significatur his verbis:

Dabo

Dabo Legem meam in corda eorum, id est, Antea eam scripsi in tabulis faxeis, nunc scribam per Spiritum sanctum in corda, & perficiam, ut illa sint conformia Legi. Dat igitur Filius Dei in regeneratione pro tenebris lucem, pro dubitatione assensionem, pro diffidetia fiduciam, pro fuga Dei, aditum ad Deum, sed haec mutatio non est substantia, sed qualitatis.

Finis seu effectus regenerationis est incoatio nouæ & æternæ virtutæ [causa finalis] quæ est noua & æterna lux, sapientia & iustitia, & renouatio imaginis Dei, quæ fit, Deo se nobis communicante, cum Filius Dei voce Euangelij consolatur corda, & effundit in ea Spiritum sanctum, qui omnes virtutes necessarias iuxta Decalogram in renatis incoat, ut verbi causa, timorem Dei, fiduciam, dilectionem Dei, iustitiam erga proximos, veritatem, castitatem. Sic apud Ieremiam dicit Deus: Dabo Legem meam in corda eorum, id est, Accendam motus congruentes Legi in cordibus eorum. Et Paulus 2. Timoth. i. trium virtutum, fortitudinis, dilectionis & modestiæ appellatione, complexus est totius Decalogi virtutes. Et Galat. 5. Recensentur fructus Spiritus, qui nihil aliud sunt, quam conformitas cum Lege Dei.

Postremò constantissimè expletanda sunt deliria omnium Enthusiastarum, qui abducunt homines à ministerio vocis diuinæ, & negant Deum per hoc medium efficacem esse.

bono Spiritu afflantur & reguntur, ut Prophetæ, de quibüs Petrus inquit 2. Petri 1. Non voluntate hominis allata est olim prophetia, sed à Spiritu sancto impulsæ locuti sunt sancti Dei homines. 2. Alij sunt à malo Spiritu seu à Diabolo, qui est mendax & homicida. His nomen Enthusiastarum visitatè tribuitur, ut sæpe vocabulum commune seu medium trâsfertur in malam partem. Sed quomodo differunt Prophetæ in Ecclesia ab Enthusiastis, qui habent afflatus Diabolicos? De hac quæstione respondet Paulus 1. Corinth. 14. Spiritus Prophetarum Prophetis subiiciuntur, id est, sancti homines, Prophetæ ita reguntur à Spiritu sancto, ut possint loqui vel tacere, & nō

Contraria seu pugnantia.

Enthusiastæ dicuntur numero afflati, ἐνθουσιάζειν significat habere instinctum aliquem seu afflatum diuinum. Sunt autem duplices Enthusiasmi. 1. Alij à

deturbentur de sua mente & sanitate. Fanatici verò Enthusiaſtæ nō habent ſibi ſubiectos Diaboloſ, ſed Diaboli ſic eos impellunt, vt fiant furentes, & non poſſint tacere, aut ſeſe reprimere cūm volunt. Talis eſt in 6. Aen. Ethnica mulier Sybilla Enthusiaſtica.

--cui non vultus, non color vnuſ,

Non comptæ mansere comæ, ſed pectus anhelum,
Etrabie fera corda tument, maiorq; videri,
Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando
Iam propiore Dei.

Diabolus deformat ſua organa, inflat ea, & omnia in eis peruer-
tit. Spiritus sanctus in ſuis organis ſic eſt efficax, vt ea non deiiciat de-
gradu ſapiențæ, modeſtia & verecundiæ.

Quod autem pervocem Euangelij & administrationem Sacra-
mentorum detur Spiritus sanctus, clarè teſtatur historia Apo-
ſtolorum, vt cap. 2. ſcribitur: Agite penitentiā, & baptizetur
vnuſquisq; veſtrum in nomine Iefu Christi in remiſſione pec-
catorum veſtrorum, & accipie-
tis donum Spiritus sancti. Et Actor. 10. Adhuc loquente Pe-
tro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus ſuper omnes qui audie-
bant verbum.

cum ſuis affeclis, nos fingere doctrinam pugnantem cum Apoſtolis,
& multi Enthusiaſtæ dicerent, Deum non eſſe efficacem per hæc me-
dia, per verbum & Sacra-menta. Vtrosque igitur Papistas & Enthu-
ſiaſtas euidenter refutare poſſumus ex historia Actorum Apoſtoli-
corum.

Hæc exempla cōgruunt cum dictis: Euangeliū eſt potentia
Dei ad ſalutem omni credenti, id eſt, instrumentum, per quod
Deus eſt efficax ad ſalutem in credentibus. Item: Euangeliū eſt
minifterium Spiritus. Nec verò
ita intelligatur hæc efficacia, vt
cūm Sol pargit radios in doliū, Paulus. 2. Cor. 3. diſcernit Le-
gem & Euangeliū, & expreſſe
fed

sed sciendum est oportere nos audire Euangelium, idque cogitare, & assensu amplecti, & repugnare dubitationi, quod cum facimus, simul Spiritus sanctus est efficax in ipsa consolatione, & in haclucta, ut praetereat dixit Augustinus tractatu 76. in Iohānem: Pater, Filius & Spiritus sanctus veniunt ad nos, dum venimus ad illos, veniunt subueniendo, venimus obediendo, veniunt illuminando, venimus intuendo, veniunt implendo, venimus capiendo.

mensum ab adiunctis, vel à modis, qui accedunt effectibus. Lex politicam gloriam habet in currentem in omnium oculos, ut sunt certa fides & gloriæ victoriae. Euangelium non habet similem gloriam: quia πολιτικά nostrum in cælis est.

Quibus datur Spiritus sanctus.

C A P V T V I I .

DE hac quæstione ipse Deus apud Ioēlem respondet: Effundam, inquit, de Spiritu meo, super omnem carnem, & omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Occurrit autem præcipuis animorum nostrorum curis, & opponit consolationes maxime congruentes. Accusat nos horribilis immundicies nostra. Nihil potest dulcius, nihil effra, & mens polluta fugit Deū. Sicut etiam Petrus Actor. 2. die Pentecostes. Itaque lectio Ioēlis sit nobis vel ob hanc causam commendata,

quia suppeditauit Apostolis materiam primæ concionis habitæ ipso die Pentecostes.

Huic terrori & fugæ opponitur appellatio carnis, quæ significat naturam miseram, imbecillam, ream, pollutam. Etsi igitur nihil sumus, nisi *ἐκτρόματα*, hoc est, rudes & informes massa abortu editæ, immaturæ, contaminatæ, tamen largè effuseq; donatur nobis Spiritus sanctus, quia sordes nostræ à Filio Dei, quasi quodam ymbraculo te-guntur.

Deinde excruciat nos Euripidis cogitatio, quæ hoc versu expressa est: Magna Deus curat, parua neglit. Huic dubitatio ni medetur particula vniuersalis, bis repetita in promissione diuina apud Ioëlem: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Itē: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Tales massa immundæ, rudes & informes nos singuli sumus.

Altera tentatio de particularitate seu de electione oritur ex ratione, quæ sic argumentatur:

Deus dat æqualia æqualibus.

Ego & Ioseph sumus inæquales.

Ergo Deus non dat nobis æqualia.

Scio dari quidem Spiritum sanctum & vitam æternam Ioseph, sed quomodo credam illa bona mihi etiam dari, cum nihil sim collatus ad Ioseph. De hac obiectione respondet Ioël, & contra eam repetit vniuersalem particulam, Super omnem carnem, & addit epithonema: Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Hoc dictum vrgit Paulus Rom. 10. Idem Deus diues in omnes, qui ipsum inuo-

Duae sunt præcipuae tentationes, quibus duriter excruciantur animi nostri. Prior est de nostra indignitate, & de nostris miseriis. Altera de particularitate. Prior téatio ex Lege existit, quæ nos accusat propter immundiciem & sordes, quas in natura nostra circumferimus inde usque à principio ortus nostri usque ad finem vitæ. Sic enim argumentamur:

Peccatores Deus non exaudit.

Ego sum miser peccator.

Igitur non exaudiet me Deus, nec dabit mihi Spiritum sanctum suum.

Huic temptationi opponendum est dictum Iohannis, in quo appellatio carnis significat naturam imbecillum & immundam, ream & pollutam: sicut Paulus 1. Corinth. 15. vocat se magna humilitate *ἐκτρόματα*, quod significat abortum.

inuocant. Includamus igitur & nos ipsos in hanc vniuersalem , nec disputemus sine Euangelio de prædestinatione.

Te igitur æterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor cœli & terra, & hominum & Ecclesiæ tuæ, vñâ cum Filio tuo & Spiritu sancto, supplices oramus, vt propter Filium tuum, quem voluisti pro nobis esse vi-

Ardens precatio multò me- lior est, quām disputatio: An de- c̄t̄imam, Mediatorem & depre- tur Spiritus sanctus repugnan- catorem, nostri miserearis, ac tibus.

Spiritu sancto tuo nos tibi copules, & in nobis veram lucem & iu- stitiam accendas. Liberalitas tua immensa in dando hoc munere, Filij dicto celebrata est, Lucæ ii. Quanto magis Pater cœlestis da- bit Spiritum sanctum pententibus. Tu vis peti hoc munus, & pe- tentibus affirmas te audiē daturum esse. Speramus igitur nostra vota exaudita esse.

Quomodo excutitur Spir- itus sanctus?

C A P . VIII .



I C V T consolatio proposita in Ioële fidem in nobis exuscitat, confirmat & auget : ita doctrina huius capituli est dulcis nutricula timoris Dei. Mul- ti enim habuerunt gubernatorem Spiritum san- ctum, qui tamē velut equi indomiti sessorem ex- cusserunt, vt Saulis initia fuerunt lētissima, sed exitus tragicus & tristissimus. Ac multò facilius est excutere hoc donum, quām recipere. Non enim omnes lapsi re- surgunt, sed multi opprimuntur desperatione. Ideo simū modesti, & vt Paulus loquitur Philip. 2. Cum timore & tremore salutem o- peremur, &c. Et psalm 2. dicitur. Seruite Domino cum timore, & exultate ei cum tremore. Debemus Deum diligere vt Patrem . & metuere vt Dominum & vindicem. Militemus igitur bonam mili- tiā, retinentes fidem & bonam conscientiam: quod qui facient,

retinebunt Spiritū sanctū qui est arrihabo hæreditatis nostræ &c.

Cum assentitur homo errori in vno vel pluribus articulis fidei, siue sciens siue deceptus, amittit Spiritum sanctum, iuxta dictū: Qui non credit, iam iudicatus est. Iohann. 3.

Fons huius responsionis ori-
tur ex hac distinctione. In homi-
nibus renatis duo possunt esse
gradus peccati regnatis seu mor-
talis, quorum alter pugnat cum fide, alter cum bona conscientia, id
est, duo sunt peccata, propter quē homo renatus ex amico Dei fit ho-
stis, & ex filio charissimo fit mancipium Satanæ, videlicet: 1. Error
in doctrina pugnans cum fundamento, id est, cum Decalogo & cum
articulis fidei, quorum summa comprehensa est in Symbolis, Apo-
stolico, Niceno, Athanasiano. 2. Lapsus contra conscientiam, ut fur-
tum, adulterium, homicidium, mendacium, perjurium. Sed unde
sumitur hæc distinctio? Ex celeberrimo dicto Pauli 1. Timoth. 1. Mi-
lita bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item
in eodem loco. Summa mandati est dilectio ex corde puro, id est, fi-
de purificato, ex conscientia bona & fide non facta. Nolite putare, ne
bis tam in extremo iudicio reddendam esse rationem vitæ & mor-
rum, sed hoc singulis persuasum sit, nobis reddendam esse rationem
omnium maximam de fide nostra. Hæc cum ita sint, vnuquisque
discat doctrinam Ecclesiæ integrā, puram & incorruptam, & vi-
deat quos doctores audiat, à quibus accipiat doctrinā, ne vel sciens,
vel ignarus decipiatur. Sed an non ignorantia excusat? Respondeo.
Quædam ignorantia excusat, sed ignorantia Euangelij neminem
excusat, quia dicitur: Hunc audite. Deus semper collocauit Ecclesiā
in medio generis humani, vt possit eius vox vndique ab omnibus
exaudiri.

Etsi autem in omnibus sanctis in hac vita caligo est, nec satis in-
telliguntur articuli fidei, & assensio est languidior, aut etiam ex-
truuntur stipulae supra veram
doctrinam: tamen hæc imbecil-
itas differt ab euersione articuli
fidei, seu ab assueratione con-
traria. Necesse est enim funda-
mentum ita teneri, ne penitus
Sumptum hoc est ex 1. Cor 3.

Fundamentum nemo aliud po-
nere potest præter hoc quod po-
situm est, quod est Christus Ie-
sus. Quod si quis superstruit su-
per fundamentum hoc, aurum,
igno-

ignoretur vllus articulus fidei, aut ne contrarium asseueretur.. declarabit. Et cuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Vtitur in hoc loco venustissima comparatione sumpta ab architectis , quorum præcipua cura est de fundamento, quod nisi probè fuerit iactum, quidquid superstruxeris, ruet. Iacto fundamento altera deliberatio est de exædificanda mole, quæ imponenda est fundamento, ibi alius marmoream domum ædificat, alius latericiam, alius ligneam , alius stramineam, vt sunt cuiusq; facultates. Quæ est optima ðoximæσία seu probatio, discernens ædificationem firmam ab infirma? Incendium, in quo stipulæ & ligna facile concipiunt ignem. Marmor & lapides difficilius ab igne vincuntur. Ita in doctrina Ecclesiæ, fundamentum est promissio gratiæ de Christo. Qui hoc tenet, fit saluus. Si credis Christum mortuum esse propter peccata tua, & resuscitatum propter iustificationem tuam, & hoc non tantum sentis in corde, sed etiam ore confiteris in periculis vitæ, tunc saluus eris, Rom. 10. Huic fundamento, quo ntitur nostra salus, alij doctores addunt gemmas, aurum, argentū &c. id est, illustrat articulos necessarios doctrinæ Christianæ. Vt Polycarpus, Irenæus &c. Alij, et si retinét fundamentum, & fiunt salui: tamen addunt stipulas, id est, traditiones humanas, somnia carnis, quæ pereunt in incendio, id est, in temptationibus & aditu mortis. Sic Bernhardus retinet fundamentum, sed addit stipulas, de votis monasticis , & cùm peruenit ad vitæ existum, in temptationibus sentit sola Dei misericordia opus esse ad salutem consequendam.

Præterea homo violans mandatum Dei contra conscientiam, amittit Spiritum sanctum, & rursus fit reus iræ Dei, & ruuit in æternum exitium, si non fiat conuersio in hac vita. Sic Adam lapsu voluntario excusit Spiritum sanctum, & sibi ac posteris tristissimas poenas accersiuit, sed recepta est hominum natura à Deo propter Filium Mediatorem , & prima copulatio, ad quam conditi eramus, eiusdem beneficio instaurata est. Quid dicam de Davide, qui & ipse hunc gubernatorem excusit, & in multis piis, vt Pauli verbis utar, dolore eum affecit? Dolet enim propter nostros la-

Ephes. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum. Nulla oratio tristior extat in toto Paulo, quam hac vox: Nolite contristare

psus, & propter nostras calamitates multas, quæ sequuntur delicta. Quamobrem retineamus puritatem doctrinæ magna cura & solicitudine, consideratis fontibus, & vitemus lapsus contra conscientiam, ne Spiritus sanctus ex nostris pectoribus excutiat. Denique omnes exuscitemus nos ad hanc curam, ut & restituatur in nobis coniunctio cum Deo, & maneat integra.

Si potes capere, crede. Et Chrysostomus: Δένε πάτερεδω τοῖς ὑπὸ Θεοῦ λαμένοις, επειεὶ γάλεων, καὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀγνοῶμεν.

Deapplicatione doctrinæ hactenus traditæ ad usum.

C A P V T P O S T R E M V M.



Elebratur dictum Aristotelis, quo ait, illam philosophiam solam probandam esse, quæ habet usum in aliqua parte vitæ, id est, quæ conducit vel ad sapientiam, vel ad eloquentiam. Ita nos possumus dicere, eam doctrinam in Ecclesia valde esse probandam, quæ habet usum in quotidianis exercitiis pietatis. Nam regnum Dei, ut Paulus inquit, non consistit in sermone, sed in virtute, id est, in exercitiis pietatis. Est autem doctrinæ hactenus traditæ præcipuus usus in cultu inuocationis, quæ est maxima Ecclesiæ virtus & propria, maximèq; necessaria, & præcipuum præsidium in publicis & priuatis miseriis, denique est radix omnium aliarum virtutum. Quia, ut ait Macarius in quadam homilia: Inuocatio non tantum est caput omnis boni, sed etiam est illa virtus, qua à Deo impetrare possumus, omnia alia bona & omnes virtutes.

Cùm

Cùm finis sit totius doctrinæ de Deo & de tribus personis, vera
Dei inuocatio, admonitiones
aliquas recitabo de vsu huius
doctrinæ in quotidiana preca-

Multæ sunt causæ, propter
quas assiduè exercenda sit inuocatio, sed hæc non est postrema,
quod inuocatio sit præcipuum

Ecclesiæ decus, & sit illa virtus, quæ discernit Ecclesiam ab omnibus
aliis sectis. Magna est virtus Scipionis abstinentis ab aliena sponsa,
& fortiter pugnantis pro patria, & parcentis suæ patriæ, & cum ma-
xima patientia vincentis ædiles, Tribunos & Catonem incitatore. Magna est iustitia Aristidis ciuis Attici, sed nec Scipio, nec Aristides
hac virtute prædicti fuerunt, quæ nominatur vera Dei inuocatio. Ne
que enim essentiam Dei aut voluntatem eius de nostra salute cogniti-
tam habuerunt. Ideoq; omnis ipsorum precatio aberrauit à Deo, &
fuit coniuncta cum dubitatione, an Deus exaudiat preces. Ecclesiæ
autem superat alias sectas vera inuocatione Dei. Quare vel ob hanc
causam sæpe recitantur piæ preces, vt sit illustris distinctio inter eos,
qui sunt membra Ecclesiæ, & alios, qui sunt extra Ecclesiam.

Prima est. Omnis vera inuocatio, quæ fit ad Deum, complecti
debet Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Nam in preicatione
Dominica Pater est nomen es-
sentiæ, non tantum vnius per-
sonæ. Et in formula baptisimi
nominatim tres personæ recen-
sentur, & tribuitur eis par po-
tentia & honor, yidelicet libe-
ratio à peccato & à morte, do-
natio iustitiae & vitæ æternæ.

Quando verò intra se extra creaturas describitur diuinitas, ibi ne-
cessè est personas discerni.

Sic Polycarpus impositus rogo ardenti, tres personas in inuo-
catione complexus est: Deus Pa-
ter dilecti Filij tui Iesu Christi,
per quem agnitionem tui acce-
pimus, conditor vniuersæ crea-
turæ, te inuoco, te confiteor esse

Tota diuinitas est Pater, respe-
ctu nostri & Ecclesiæ, sed respe-
ctu Filij οὐδὲν prima persona
specialiter appellatur Pater. Quā-
do enim Deus confertur cum
creaturis, seu opponitur creatu-
ris, seu discernitur à creaturis, fit
mentio vnius æternæ essentiæ.

Polycarpi precatio extat apud
Eusebium li.4. histor. Ecclesiast.
pag.38. vide de Polycarpo Chro-
nicon Philippi in parte secunda,

verum Deum , te glorifico per pontificem dilectum Filium tuum,cum Spiritu sancto, susci pe me.& fac me socium resurrectionis sanctorum tuorum.

& in oratione de vita Polycarpi 2.tomo declamat. Cuius summa hæc est : Polycarpus Episcopus Smirnæus fuit auditor & discipulus Iohannis Apostoli, qui in vrbe Epheso non tantum rexit

sanc*tissimum ministerium Euangeli*, sed etiam habuit suam scho-lam, ex qua prodierunt præclari milites Christi, Ignatius , Polycarpus & Papias, & multi alij. Polycarpus autem, cùm vixisset annos 86.admodum senex raptus est ad supplicium tempore M.Antonini philosophi, quod magno animo pertulit, vt hæc ipsius precatio declarat, quæ est contexta ex multis flosculis Scripturæ. Impositus igitur rogo, cùm vis flammaturum eum non consumeret, sed ei parceret(ut Virgilius in AEthna loquitur de duobus adolescentibus, qui suos parentes ex incendio humeris impositos extulerunt.

Erubuere pios iuuenes attingere flammæ,

Et quacunque ferunt illi vestigia, cedunt,

Nam meritò pietas hominie est tutissima virtus)

iussit tyrannus executor supplicij eum gladio transfodere : ita clausit suam vitam vir sanctissimus, de quo verè dicitur illud, quod in Apocalypsi de martyribus recitatur: Hi sunt qui venerunt ex afflictione magna, & dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem agni.

Et Basilius in lib.de Spiritu sancto cap. 29. hoc dictum Eusebij Palestini citat. Sanctum Deum

lucis conditorem per Saluatorrem nostrum Iesum Christum cum Spiritu sancto inuocantes &c. Ac talis inuocatio illustre testimonium est de diuinitate Filij & Spiritus sancti, quia Deus solus videt corda petentium, & discernit veram inuocationem à similitudine.

caliginis & tenebrarum. Si Deus omnia corpora condidisset & non addidisset lucem, quæ posset percipi ex eis utilitas vel voluptas?

Nominat Deum φωταγωγό lucis conditorem. Nam inter omnes qualitates nulla est melior, nulla præstantior, nulla iucundior quam lux, quia & se se monstrat, & præbet conspicienda alia corpora. Et Deus ipse primo die creationis condidit lucem, vt ipsis facto ostenderet, se esse lucē seu lucidam essentiam, experts

Secunda

Secunda admonitio. Simul etiam cogitet pia mens de distinctione personarum, ut discernatur inuocatio vera ab Ethnica inuocatione. Suprà autem de dupli discrimine personarum satis dictum est.

Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. Aliud sumitur à beneficiis erga Ecclesiā. Pater mittit Filium & Spiritum sed magno discrimine. Mittit Filium, ut fiat victimā pro nostris peccatis, & sit perpetuus Mediator inter Deum ac homines, & sit interpellator ac deprecator. Spiritum sanctum effundit, ut sit sanctificator, ut nos regeneret & renouet ad vitam aeternam, & in nobis restituat imaginem Dei.

Tertia admonitio. Quoties incipis precationem, non tantum cogites, quem Deum & quomodo patefactum & distinctum à commentitiis numinibus velis alloqui, sed etiam qualis sit Deus, & cure exaudiat. Est autem sapiens, beneficus, iustus, verax, iudex, cæltus, liber, misericors, recipiēs nos propter Filium Mediatorem. Hæc omnia in qualibet inuocatione cogitari necesse est.

EXPLICATIO TEXTVS DE SPIRITU SANTO.



PETIMA regula studiorum traditur à Platone in 2. epistola, his verbis πολλάς δὲ λεγόμενα καὶ ἀκρόμενα, καὶ πολλάτην μόνις ὥστε χειροῦς ἐκπατεῖ. Μετὰ πολλῆς σεγυματίας. Etiam cum eadem doctrina sàpere repetitur, & multis annis auditur, vix tamē ut aurū per�atur cum magnis exercitiis. Nam ut Epicetetus inquit: εἰδέναι χεὶς ἐπὶ τὸν δόγμα παραχρέων ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καὶ ἔκαστον οὐ μέρεα τὰ αὐτὰ καὶ λέγην, καὶ ἀνέν, καὶ ἀμαχεῖται ποὺς τὰς έισοδούς, id est, doctrina non potest radices agere in animo, nisi quis eadem ab aliis & audiat & ipsis dicat, & transferat ad vsum. Hęc dicta ide o nunc repeto, ne quis putet, se inanem laborem conferre in iisdem rebus toties audiendis, quarum crebra repetitio solet multis parere fastidium.

Nomen Spiritus in genere significat agitationem]

Definitio nominis. Nam alia definitio est nō nominis, alia rei. Talis est distinctio illa: Ius aliud est nominis, aliud rei. Vnde queritur, vtrum Papa Imperatoribus conferat ius rei, id est, ipsum imperium. Respondeo. Nequaquam. Nam ius rei confertur à septem Electoribus Imperatori. Papa sua renuntiatione seu coronatione tantum confert ius nominis.

Significat agitationem, aut naturam, seu ym agitantem]

Seneca lib. 6. quæst. natural. Nobis placet hunc spiritum esse, quia tanta posset conari, quo nihil est in rerum natura potius, nihil acris, sine quo nec illa quidem, quæ vehementissima sunt, valent. Ignem spiritus concitat: Aquæ, si ventum detrahas, inertes sunt, tunc demum impetum sumūt, cum illas agit flatus, qui potest dissipare magna spatio terrarum, & nouos montes subiectos extollere, & insulas non ante vias in medio mari ponere. Hæc Seneca in disputatione de causis terræ motus.

Nos verò hanc descriptionem spiritus ideo attentiùs consideramus, quia sicut lux primo die condita, testatur Deum esse lucidam essentiam: ita natura spiritus, quæ est efficacissima, non solum in reliquis mundi corporibus, sed etiā in nostro corpore, significat, Deum esse spiritum agitatem & mouentem omnia, iuxta dictum Actorum 17. In ipso vivimus, mouemur & sumus.

Viuificat corda]

sancti. Iohan. 6. Caro nō prodest quicquam, spiritus est qui viuificat.

Hæc phrasis sàpe in Scriptura usurpatur de persona spiritus

Caro, id est, carnales imaginatiōnes de mandatione Messiae. Ante annos sex in colloquio VVormaciensi quæstio proponebatur Theologis: An caro Christi seu corpus illius trahi ciatur in vetriculum. Hæc verè est imaginatio Capernaïtica.

Rom. 8. Sensus carnis, mors, sensus spiritus est vita & pax. 2. Corinth. 3. Litera occidit, spiritus viuificat.

Hic est Filius meus dilectus]

Ἐρόπην μα, gesinnet seyn. Est nō generale, & complectiūr actiones mentis & voluntatis, id est, opinione & affectus corruptæ naturæ.

Hæc verba sàpe cogitada sunt, & vt

& vt nos confirmēt de hoc articulo , videlicet de discriminē personarum Patris & Filij, & vt nos commonefaciant de ingenti amore eterni Patris erga suum Filium & erga Ecclesiam, quæ est hæreditas psal. 2. & Filij. Verè enim à Paulo dictum est Ephes.1. Dilexit nos propter dilectum, id est, vt Iohannes inquit cap.1. Ex plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia. Et Filius Dei Iohan. 17. hæc vota pro Ecclesia facit : Sittua dilectio in eis, qua me diligis, id est, eadem ἐπιγνῶν complectaris Ecclesiam, qua me Filium vñigenitū complecteris. Eadem verba, quibus Pater eternus vititur in baptismo Filij, extant apud Esaiam cap.42. Ecce seruus meus, sustentabo eum, electus meus, quo delectatur anima mea. De hoc amore eterni Patris erga Filium & erga Ecclesiam admoneant nos ἐπιγνῶν nostræ, quæ non tantum sunt vincula societatis humanæ, sed etiam commonefactiones de vero & ardenti amore Patris erga Filium, & totius divinitatis erga Ecclesiam, vt Iohannes in epistola inquit : Deus est charitas. Et psalmi.103. dicitur: Sicut Pater miseretur filiorum, ita Dominus miseretur timientium se.

Mittitur in corda]

Deus tribus modis se obligavit Ecclesię: primùm verbo seu promissione: deinde scripto: tertio pignore, videlicet missō Filio vñigenito & donato Spiritu sancto. Differunt autem causæ finales missionis Filij & Spiritus sancti teste Paulo Galat.4. Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex muliere, factum sub Lege, vt eos, qui sub Lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum consequeremur. Et quoniam filij Dei sumus, misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamātem Abba Pater. Cùm autem filij sumus, erimus etiam hæredes, hæredes quidem Dei, co-hæredes autem Christi. Hæc verbata testantur, aliter mitti Filium, aliter mitti Spiritum sanctum. Filius mittitur in carne, vt sit redemptor, Spiritus sanctus mittitur non in carne, sed in verbo & Sacramentis, vt sit sanctificator. De hac triplici obligatione Dei erga Ecclesiam Augustinus psal.109. præclarè dicit: Fidelis Deus se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiēdo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, velut faciens nobiscum chirographum promissorum suorum. Non solum autem scripturam cum hominibus fecit, vt crederent, sed etiam fidei sua posuit Mediatorem vnicum Filium suum. Hæc Augustinus. Congruūt autem ista ad distinctionem, quæ traditur à Iurisconsultis,

qui dicunt quatuor modis obligationem contrahi. 1. verbis, id est, stipulatione. 2. Literis, ut sunt chirographa. 3. Re ipsa, ut sunt pignus & depositum. 4. Consensu, ut in emptione & venditione. Has species obligationis accommodat Augustinus ad obligationem Dei. Initio Deus se obligauit tradito verbo & promissionibus: deinde ut esset promissionis memoria ad diuturnitatem stabilis, iussit promissiones per Prophetas tanquam suos notarios mandari certis monumentis literarum. Tertiò ut tolleret ex mentibus nostris omnem dubitandi occasionem de voluntate sua & nostra salute: addidit verbis & literis duo pignora maxima, Filium in carne, & Spiritum sanctum arrhabonem in cordibus nostris.

Paracletus]

Solutio obiectionis:

Qui confundit officia, confundit personas.

Scriptura videtur miscere officia Christi & Spiritus sancti, quia vtrumque appellat paracletum.

Ergo videtur confundere personas.

Respondeo ad Minorem. Filius est paracletus, 1. Iohann. 3, quia interpellat pro nobis, id est, quia applicat nobis sua merita. Spiritus sanctus est paracletus, quia mouet corda ad invocationem.

Spiritus veritatis]

id est, ostendens veram doctrinam, flectens corda ad veræ do-

cctrinæ assensionem, & efficiens vera & æterna bona in cordibus hominum, non umbras fugaces & euanescentes. Veritas propriè significat congruentiam opinionum, sermonum, gestuum & rerum. Ita est quedam velut harmonia, ad quam requiriuntur hæc quatuor, opinio, sermo, gestus & res ipsa. Hæc enim omnia quando inter se conueniunt, tunc merentur laudé veritatis. Deinde significat *veritatem* seu propositum constans, dicendi vera & seruandi promissa. Tertiò per metalepsin usurpatur veritas pro veris rebus & bonis, quæ non sunt umbras, ut Iohann. 1. vbi traditur discrimen Legis & Euangelij. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Hoc loco veritas significat vera & permanentia bona, non umbras perituras. Magnum fuit beneficium politia Mosaica, templum, sacerdotium. Sed hodierno die, qui est octauus Septembbris, funditus est deleta Hierosolima à Tito. Talia bona non affert Christus, sed vera bona, sapientiam, iustitiam, lætitiam in Deo, vitam & Spiritum sanctum. Veritas igitur aut propriè significat vel notitiam, vel *veritatem*; aut impro-

prie

priè significat per metalepsin res non euanescentes: sic Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis , non tantum quòd ipse fit verax , sed quòd etiam efficiat veraces, non hypocritas,

Vnus est Spiritus] Sequitur in eodem textu: Et singulis diuidit, vt vult. Hæc non possunt dici de motu creato, sed personæ conueniunt.

Spiritus Christi] Cur Spiritus sanctus dicitur Spiritus Christi , vel, vt dicitur Galat. 4. Spiritus Filij, misit Spiritum Filij sui? Respondeo. Quia Spiritus sanctus non tantum à Patre, sed etiam à Filio procedit , deinde quia per eum & propter eum hic Spiritus Ecclesiæ donatur.

Omnis electi omnibus temporibus] Hæc congruunt cum articulo Symboli: Credo Ecclesiam sanctam Catholicam. Sic autem vocatur Ecclesia respectu temporis & loci. Temporis, quia omnibus temporibus & æratibus mundi aliqua fuit, est, & erit Ecclesia Dei: deinde respectu loci, quia Ecclesia non est alligata ad unum aliquem locum, sed est sparsa per omnia imperia, in quibus sonat vox Evangelij. Vnde David Ecclesiam postremi temporis vocat dispersionem, id est, cœtum dissipatum , vagantem in mundo, sine certa sede. De novo Testamento non est dubium, quia ipse Christus inquit: Ite in mundum vniuersum. Et in psalmo 19. dicitur: Exiuit sonus eorum in omnem terram. De Ecclesia autem veteris Testamenti videtur esse obscurior asseueratio, sed sciendum est, non in sola Iudea Deum fuisse notum, verum etiam extra Iudeam. Nam Ioseph in Aegypto non tantum fuit politicus gubernator, sed etiam doctror Ecclesiæ, vt testatur Genes. & psalm. 106. Item Daniel in Babylone quatuor summos Monarchs vocavit ad agnitionem Dei, Nabugdonosor Chaldaeum, & filium eius Euilmerodach, deinde Darium Medium & Cyrum Persam. Hi quatuor Monarchæ proposuerunt publicum edictum, quibus prohibuerunt blasphemiam aduersus Deum Israël, & simul præceperunt , vt hic Deus reiectis omnibus idolis, coleretur & inuocaretur. Deus igitur etiam ante Christum natum, non in sola Iudea fuit notus, sed etiam in aliis regnis, vt in Aegyptio & Babylónico. Possemus huic etiam exemplum Naaman Syri referre. Est igitur Ecclesia omnium temporum & locorum, in quibus auditur vox Evangelij. Hæc est magna consolatio, præsertim iis, qui sunt auulsi à

publico ministerio contra suam voluntatē. Meminerint iuniores & Augustini dictum, qui inquit: Non audeo fideles huius temporis anteponere iis, per quos nobis hæc prophetata sunt. Ratio huius assuerationis sumitur ex Pauli dicto 2. Corinth. 4. Habentes eundem Spiritum fidei. Non est igitur assentiendum illis, qui vociferantur, Deum nobis magis propicium esse, quam iis, qui vixerūt ante Christum natum, aut aliam esse *novariorum* sanctorum in nouo Testamento, quam in veteri.

Hoc est fœdus meum cum
eis]

Omnibus piis notissima sit concio Esaiæ cap. 59. quia contineat dulcissimam doctrinam de beneficiis Christi & de Ecclesia. Ostendit quid sit vera Ecclesia, & affirmat semper aliquam futuram esse: Veniet ex Sion redemptor, & auerteret iniquitates Iacob, hoc est fœdus meum, &c. id est, hæc est vera Ecclesia, in qua sonat verbum, traditum Esaiæ de redemptore tollente peccatum, & in ea certò sanctificantur credentes Spiritu sancto. Talem Eccleiam semper mansuram esse affirmat. Esaias amandus est propter exemplum Christi & Pauli, quorum uterque fuit diligentissimus lector Esaiæ. Deinde amandus est partim propter copiam bonarum rerum, partim propter splendorem elocutionis. Nam Esaias omnes Prophetas eloquentia superat.

Verba quæ misit]

Zacharias & Haggæus fuerūt
collegæ eiusdem munieris & offi-

cij. Nam post redditum populi ex Babylone, id est, annis ferè quingentis ante natum Christum, hi Prophetæ diuinitus excitati sunt, & sicut singuli Prophetæ habuerunt sua curricula & πολιτεύματα, in quibus Deo obedientiam præstiterunt, ita horum Prophetarum πολιτεύμα fuit, hortari & incitare populum ad instaurationē Vrbis & templi. Fuit enim res valde impedita, ardua & difficilis, instaurare collapsam politiam, inter tot gentes inimicas, quæ vrebantur gloria populi Dei, & inuidabant ei hanc felicitatem diuinitus concessam per reges Persicos, Cyrum & Artaxerxem Longimanum, qui fuerunt valde benefici & liberales erga Ecclesiam populi Iudaici. Ac verè scribitur de instauratoribus vrbis, quod una manu ædificarent, & altera gladium tenuerint. Sæpe enim opera architectorum & fabrorum interruptæ sunt subitis incursionibus vicinorum, in quibus coacti fuerunt dimicare ædificatores. Ne igitur languefieret populus

pulus, neque abiiceret omnem conatum instauracionis: Deus excitauit Zachariam & Haggæum, & horum doctrina & consolatione intenta confirmauit populum, vt gnauiter facerent suas operas, & perficerent totum ædificium vrbis & templi.

Brachio maiestatis suæ]

Filius Dei nominatur à Prophetis brachium Domini, qui a sicut manus in corpore nostro est organum organorum, sic omnia opera Dei sunt per Filium in creatione & sustentatione rerum, item in gubernatione & defensione Ecclesiæ.

Narrabo tibi sermonem Syri
• cuiusdam.

Ieronymus eundem locum enarrans, vtitur argumento à pōdere verbi, Spiritus sanctus est viuificator, ergo est conditor. Si conditor, Ergo Deus. Basilius eruditissimas homiliae scripsit in primum caput Genesis, quas in Latinum sermonem, & quasi in suum succum conuertit Ambroſius, enarrans idem caput. Cūm autem dicitur de Spiritu Domini, qui ferebatur super aquas: in eo loco aquæ non significant elementum aquæ, sed totam massam cæli, terræ, maris & omnium creaturarum, quam postea sex diebus distinxit Deus. Spiritus sanctus igitur totam molem, totam materiam futuri ædificij suo calore viuificauit, pro modo & ratione cuiusque speciei deinceps formandæ.

Hic tres vnum sunt]

scilicet essentialiter, non personaliter. Et eodem loco: Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua & sanguis, & hi tres ad vnum sunt, id est, ade eundem finem & effectum referuntur, Spiritus, aqua & sanguis, quia idem effectus est & finis verbi & Sacramentorum, iuxta dictum Augustini tractatu 8o. in Iohannem: Accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum.

Cūm clamat, Hic est Filius

Matth. 3. & 17: Hæc vox pri-
meus]

mùm promulgata est in baptismo Christi, vt esset quasi publica renunciatio huius Doctoris. Eadem vox deinde repetita est in monte Thabor, vt aliqui putant, vbi tres Apostoli, Petrus, Iohannes, Iacobus, fuerunt auditores huius vocis, & spectatores gloriae Christi. Et hanc patefactionem magnificè laudat Petrus 2. cap. 1. Accepérat enim à Deo Patre gloriam & honoré, voce ad illum delata

huiusmodi, à magnifica gloria. Hic est ille Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Et hāc vocem nos audiuiimus ē celo delatam, cùm essemus vñà cum illo in monte sancto. Iohan. 1. dicitur: Vidi mus gloriam eius, gloriam quasi vñigeniti. Vbi viderunt Apostoli gloriam Christi? In baptismo, in monte Thabor, & paulò ante passionem. Iohan. 12. Cùm hanc vocem æternus Pater sonaret de Filio, Glorificaui & glorificabo. Deinde viderunt gloriam Christi in omnibus miraculis ipsius. Postremò summus gradus fuit gloriæ Christi resurgentis & triumphantis de Diabolo, peccato & morte, & in ascensione ad cælum ducentis secum magnum agmen patrum. Sicut Thaddæus inquit, citante Eusebio: Solus descendit, sed non solus ascendit.

Testificatur postea]

Duplicia sunt testimonia Spiritus sancti de Christo, Alia publica, alia priuata. Publica sunt, quæ in omnium oculos incurruunt, vt miracula, fortitudo martyrum in suppliciis, perpetua series doctorum in Ecclesia, & poenæ hostium Euangelij. Priuata sunt sensus consolationis in conuersione, inuocatio & constantia in confessione.

Noui Testamenti dicta magis sunt perspicua]

Sicut vetus Testamentum est fons noui, quia Apostolicæ conciones hauriuntur ex sanctissimis & augustissimis fontibus Prophetarum: ita nouum Testamentum est lux veteris.

Appellationes veteris & noui Testamenti dupliciter usurpan-
tur. 1. Propriè pro Lege & Euangeliō. Nam vetus Testamentum est promissio certæ politiæ in terra Canaan, cum obligatione ad seruandam Legem. Nouum Testamentum est promissio æternorū bonorum cum obligatione ad credendū. Hæc est principalis & propria significatio. Deinde usurpatur minus propriè pro ipsis libris Propheticis & Apostolicis. Hac significatione nunc vtimur, cùm dicimus, Vetus Testamentum est fons noui, & nouum est lux veteris. Rectè enim dicitur: Vetus est fons noui, quia Christus ipse & Apostoli deducunt nos ad fontes Israël, id est, ad scripta prophetica. Sic Christus Iohan. 5. inquit, Scrutamini Scripturas, id est, Propheticas. Et Apostoli in Actis semper allegant testimonia Prophetarum, vt Petrus Actor. 2. citat testimonium Ioëlis & aliquot psalmos. Et in domo Cornelij Actor. 10. Petrus de Christo inquit: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accepturus

cepturus sit per nomen eius, quisquis crediderit in eum. Et Paulus Roman. 3. Nunc verò absque Lege iustitia Dei manifestata est, dum comprobatur testimonio Legis & Prophetarum. Ecōtrariò nouum est lux veteris. Quia collatio Euangelistarum & Epistolarum Pauli, Petri, Iohannis, valde illustrant Prophetas. In primis epistola Pauli ad Romanos est clavis, qua fores veteris Testamenti & Prophetarum aperiuntur.

Effundam de Spiritu meo Singula verba in dicto Ioēlis super omnem carnem]

sunt emphatica.

Effundam]

In hoc verbo significatur liberalitas Dei, & cumulatissima bonitas in dando hoc munere, de qua etiam Paulus ait, Quem effudit Deus in nos πλεσίος, opulenter.

Meo]

Hæc particula primò testatur non mitti creatam agitationem, sed Spiritum coëssentialem Deo. Deinde significat quantus sit amor Dei erga Ecclesiam, cui communicat Deus Spiritum, cuius essentia verè est diuina. Lutherus aliquoties hanc regulam repetit ad Galatas. Emphases pronominum in Scripturis diligentissime obseruantur, ut statim in primo capite ad Galatas inquit Paulus. Qui me dilexit, & se ipsum tradidit pro me. Hæc est fides specialis, quæ linguis applicat beneficia Christi.

Omnem]

Hac particula vniuersali refutat imaginationem de particularitate.

Carnem]

Appellatione carnis refutat temptationem de indignitate nostra. et siigitur breue est dictum Ioēlis, tamen singula verba singulas sententias continent.

Quod meminisse vtile est]

Patrum scripta legenda sunt propter duas causas. 1. propter Ecclesiæ historiam. 2. propter doctrinæ antiquitatem & consensum.

Saluatorem]

Cicero actione 4. in Verrem, negat σωτῆρα yno verbo Latino posse redi, esse quem quis salutem dederit. Saluatoris nomen recentius est, sed eo vtuntur Lactantius, Ausonius & reliqui sacri scri-

ptores, quare & nos eo vtamur sine metu cauillationis.

Quod recitamus in Symbo-
lo] Quinque sunt causæ, propter
quas Symboli verba quotidie
recitanda sunt. I. Quia in hac
recitatione, si mens est pia, fit applicatio beneficiorum Filij Dei. Cre-
do remissionem peccatorum, scilicet mihi quoque dari. II. Hæc re-
citatio commonefactio est de omnibus Dei operibus, de creatione,
de redemptione, & de perpetua Ecclesiæ collectione. III. Nihil in
summis periculis & in ipsa morte efficacius est ad consolationem
totius Symboli consideratione. IV. Est & quotidie ostendenda
contra Diabolos confessio. V. Recitatio Symboli assuefacit nos ad
cogitanda doctrinæ testimonia, patæfactio[n]es diuinæ & miracula
omnium temporum, ut fides confirmetur.

Reuerendus & illuistris Princeps Georgius Anhaltinus, edidit par-
num quædam libellum, in quo fratrem graui morbo oppressum cō-
solatur. Inter ceteras consolationes hanc ferè præcipuam vrget, quæ
sumpta est ex Symbolo, Totum, inquit, Symbolum & omnes eius
articuli, tanquam ad finem vltimum, referuntur ad hos tres articu-
los, Credo remissionem peccatorum : Credo resurrectionem car-
nis: Credo vitam æternam. Reliquos omnes articulos amplecteris,
ut habeas remissionem peccatorum & spem lætissimæ resurrec-
tio[n]is, non ad iudicium, sed ad vitam. Et verè dicit Augustinus in libro
de ciuitate Dei: articulum de remissione peccatorum esse asylum Christianorum. Asylum locus est, à quo nō licet anellere supplicem. Ter-
tullianus in lib. de resurrectione carnis, appellat articulum de resur-
rectione mortuorum, fiduciam Christianorum.

Marcion]

yrbe Ponti Sinope, patria Mithridatis, & à patre propter vagas libi-
dines excōmunicatus est. Cum
autem venisset Romam, anno à
natali Christi 170. & non statim
absolueretur à sacerdotibus, im-
pudenti oratione affirmauit, se
sparsurū semina dissensionis Ec-
clesiasticæ, quæ non facile oppri-
mi atque extingui possent. Hunc
sermonem re atque euentu na-

Marcion fuit filius pij Episcopi-

pi, qui gubernauit Ecclesiam in

Extat versus Aufonij in epi-
grammatis de Cesaribus Roma-
nis, quem usurpat de Marco An-
tonino philosopho, qui fuit o-
ptimus Princeps, & filiu[m] habuit
pessimum Commodum. Hoc so-
lo patriæ, quod genuit, nocuit. I-
ta de illo pio Episcopo licet di-
uiter

uiter comprobauit, quia autor fuit fanaticarum opinionum de duobus diis, de celibatu, de iteratione baptismi, de abrogatione Legis, negauit præterea resurrectionem corporum & naturam humanam in Christo. Hæc delirialatè graflata sunt non modò in Asia, sed etiam in ipsa vrbe Roma, ac diu hæserunt in Ecclesia. Nam ex hoc fonte Manichæi orti sunt, & superstitiones Montani & Pepulianorum, de quibus legant studiosi plura apud Eusebium.

Hesiódum]

Iudicium Domini Philippi
de Theogonia Hesiodi: Hesiodi

Theogonia est partim physica, partim Ethica, partim phantastica.

Nec alias opinione admittere]

Trachea arteria est imago veteræ Ecclesiæ. Vt enim arteria trachea omnem cibum respuit, & nihil nisi aërem recipit: ita Ecclesia est inimica Sophisticæ, quæ falsa dogmata fucolis prætextibus ornat, & nihil amat nisi puritatem doctrinæ à Deo traditæ.

Vt fœtus in matre]

Hæc imago anatomica proponitur ab Esaiæ cap. 46. Nam Deus tres fasciolas condidit, quarum una seruit nutritioni, reliquæ duæ defensioni fœtus. Prima vocatur χόειον, id est, secundina: Secunda est similis farcimini, tertia vocatur agnina. De harum fasciolarum utilitatibus legant studiosi libellum de anima. Discamus igitur ex hoc loco Esaiæ, triplicem esse vitam hominis, primam in utero. secundam in mundo: tertiam in omni æternitate. Vt autem fœtus præparatur ad hanc vitam, sic nos præparamur ad futurā. Deinde

de vt fœtus non alitur per os, sed per vmbilicum: ita Ecclesia

in hac vita cernit Deum per verbum, tanquam per

ænigma, & fruetur conspectu eius æterno post hanc vitam.



FINIS LOCI DE SPI-

RITV SANCTO.

Studiosis in Academia Lipsica

S. D.

V O D Cicero de doctrina physica dixit: Nec pietas erga Deum, nec quanta huic gratia debatur sine explicatione naturae intelligi potest, id nos de creatione dictum esse statuamus. Etsi enim consilia Dei omnia in creatione enarrari non possunt: tamen initia huius doctrine vult Deus in hac vita cognosci, iuxta dictum: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Conspicitur in opere creationis multiplex sapientia Dei, & immensus amor erga genus humaanum, cuius consideratio excitat in piis pietatem & veram gratitudinem. Quantum enim consilij & artis in fabricatione corporis humani sapientissimus conditor adhibuerit, quis enarrare potest? Nam in singulis corporum partibus nihil est inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum, sed omnia non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta sunt. Quid? quod omnia in hominis figura plena sunt significarionum, quae nos de maximis rebus admonent? Arteria trachea imago est Ecclesia. Sicut enim arteria trachea cibum respuit: ita Ecclesia inimica est sophistica, qua falsa dogmata fucosis pretextibus ornat. Deinde imago plurimarum rerum, quas Deus vult consociatas esse, proposita est in copulatione venarum & arteriarum, ut Ecclesia & scholarum, verbi & Spiritus sancti, fidei & operum, magnarum & paruarum artium. Oraculum esse dixerunt, Nosse se ipsum. Quod et si multa monet, tamen etiam hoc accommodetur, ut illa, qua in nobis ipsis admiratione digna sunt, studiosè aspiciamus. Quis autem non iure miretur anima nostra naturam, in qua tanta est celeritas cogitationum, tanta memoria prateritorum, futurorum prouidentia, notitia numerorum, discriminem honestorum &

& turpiū, ratiocinatio, iudicium? Haec admiranda actiones in nobis sunt illustria testimonia sapientiae & prouidentiae diuinae. Neque vero quicquam evidentius declarat, quanta sit hominis dignitas & excellentia, & quantus amor Dei erga genus humaanum, quam sabbathum creationis. Ideo enim post conditum hominem Deus nullam speciem nouam creauit, ut testaretur genus humanum esse ultimum opus, ad quod fabricatio aliarum rerum praecipue directa fuerit, & in quo tanquam in domicilio & templo conditor habitare & acquiescere velit. Ut ergo pietas & gratitudo erga Deum prototactantis donis in nobis fiat ardenter, ordinar Deo iuuante, die Mercurij, qui est 15. Septemb. explanationem loci de creatione hominis & aliarum rerum. Nec dubito quin studiosi pietatis sine longiori cohortatione libenter hunc


Locum sint audituri. Deum toto pectore oro, ut seruet in his regionibus cætus recte docentium & discen-
tium, & eorum hospitiaprotegat. Bene
valete. die 12. Septembri.

Anno 1563.



Victorinus Strigelius.

EE



LOCVS DE CREATIONE.



V A N Q V A M vniuersa Scriptura sacra & omnes eius partes ad hunc finem referuntur, vt non modò doctrinam, sed etiam consolationem coniunctam cum patientia & spe firmiter teneamus: tamen articuli de creatione maximus usus est in doctrina, in consolatione, in gubernatione vitæ & morum, in quotidiana precatione & gratiarum actione. Primum enim hic articulus docet nos de rebus maximis, videlicet de proprietatibꝫ Dei, & de amore Dei erga genus humanū. Quod n. Deus sit sapiens, ostendit pulcherrimus ordo corporum cœlestiū & inferiorum, qui est opus naturæ intelligentis & sapientis. Quod autem Deus sit omnipotens, testatur magnitudo penè incredibilis corporum cœlestium, & sustentatio omnium specierum perpetua. Quia enim potentia omnes creaturæ ab initio constitutæ sunt, eadem deinceps conservantur, gubernantur & sustentantur. Quod autem Deus sit bonus & beneficus, & humano generi amicus, ipso factō euidenter declarauit, quia omnes res hominis causa constitutæ & paratae sunt. Homo est finis aliarum rerum omnium, vt recte philosophi dixerunt. Hanc doctrinam de creatione valde necessariam Ecclesiæ tradit David psalm. 33.104.139.148. Eandem doctrinam illustrat Iob in suo libro eruditissimo, & Salomon in Ecclæsiast. & Philo in libro sapientiæ. Nam hæc scripta omnia sunt perspicuae assuerationes de creatione & de prouidentia Dei contra Epicuræos. Deinde quod ad consolationem attinet, ipse Filius Dei apud Matthæum 6. & 10. sumit præcipuas consolations opponendas nostræ sollicitudini & diffidentiæ, ex loco de prouidentia & creatione. Sic enim cap. 10. confirmans suos discipulos contra metum in periculis, inquit: Nonne duo passeræ veneunt asse, & unus ex illis non cadet in terram sine Patre vestro? vestri vero etiā pili capitis omnes numerati sunt. Ne igitur metuatis, vos pluris estis, quam multi passerculi. Sic cap. 6. Christus deducit nos ad locum de creatione & prouidentia, prohibet avaritiā, & impiam ac præpostorā sollicitudinem de victu & iis rebus, quæ ad cultum corporis pertinent. Nonne anima pluris est quam cibus, & corpus pluris quam indumentum? Et Iob cap. 10. inquit: Nonne sicut lac multisti me, & sicut caseum me coagulasti? pelle & carnis vestisti me, ossibus & neruis compiegisti me,

me, vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit Spiritum meum: licet hæc celestis in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris. Hæc ferè sunt physica & Anatomica, quæ cùm recitat vir sanctus in magna vi tempestatum & concursu calamitatum, satis significat, locum de creatione & prouidentia plurimum seruire consolatiōni piorum. Tertiò, in gubernatione vitæ & morum præcipuum gubernaculū est timor Dei, vt Salomon inquit: Initium sapientiæ timor Domini. Quis autem non timeat Deum, non modò rerum omnium conditorem, sed etiam cernentem & videntem, quid quisque agat, qua mente, qua pietate religionem collat? Praclarè ergo in psalmo 33. cùm descripsisset Dauid creationē & prouidentiam, inquit: Timeat Dominum omnis terra, ab eo autem metuant omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ita prodebat ad timorem Dei in nobis exuscitandum consideratio creationis. Quod fidem augeat & confirmet, nemo sanus dubitare potest. Qui enim nos cōdidit, quomodo non diligenter suum opus? cùm sit naturalis copulatio inter causam efficientem & effectum. Nec fieri potest, vt Deus deserat opus manuum suarum. Quid? quod Salomon proverbiis. deducit nos ad formicam exiguum bestiolam, & iubet nos eius exemplum imitari. Omnes denique creaturæ sunt picturæ, commonefacientes nos de virtutū officiis, & dehortantes à flagitiis. Postremò, Prophetæ quoties Deo agunt gratias, quoties inuocant Deum, semper faciunt mentionem primi operis Dei, scilicet creationis & sustentationis. Ita Ieremias in sua prectione orditur ab hoc loco cap. 32. Tu Domine Deus, ecce tu fecisti celum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extéto, non erit tibi difficile omne verbum. Vides quomodo Prophetæ inter precandum se erigat mentione creationis. Idem nobis faciendum est, quoties recitamus in prectione hæc verba: Pater noster; qui es in cælis, id est, qui es conditor & conseruator liberrimus, qui: ubique ades, & exaudis preces inuocatiū. Nec verrò vlla res alia magis exultitat, & ardentiorem facit gratiarum actionem, quam memoria & recordatio mirabilium operum Dei in corpore & anima. Ideo Psalm. 139. exclamat: Confitebor tibi, quia mirabiliter formatus sum, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet valde. Quare cùm hic locus de creatione, tot scriptis nostrorum variū sit luculententer enarratus, videlicet à Mose, Dauide, Salomon, Christo & omnibus aliis pijs Doctoribus, & tantas res cōplete-

etatur, quantas vix queo dicere: meritò discentibus commendatus esse debet. Quem nos quidem in sex capita distribuemus.

Primum docet quid sit creatio, & quæ sint eius causæ, Efficiens & finalis.

Secundū admonet nos de præcipuis circumstantiis huius operis.

Tertium docet de creatione hominis ad imaginem Dei, & quid sit imago Dei in homine.

Quartum complectitur asseverationem de prouidentia, & confirmationem huius asseverationis, quæ sumitur ex operibus Dei ordinariis & extraordinariis, & verbo Dei.

In quinto nouem demonstrationes colliguntur de prouidentia. Id eti videtur esse philosophicum, tamen congruit ad dictum Pauli Rom. 1. Siquidem quæ sunt inuisibilia eius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas in hoc, ut sint inexcusabiles. Et de eadem sententia dicitur Actor. 17. vt quærerent Deum, si fortè palpent eum, quamvis non longè abit ab unoquoque nostrum, per ipsum enim viuimus, mouemur & sumus.


Sextum explicabit præcipuam obiectionem Epicuri contra prouidentiam:

Si esset prouidentia, bonis bene, malis malè esset.

Sed bonis malè est, & malis bene.

Nulla est ergo prouidentia.

Quid



Quid sit creatio, & de causis creationis.

CAP. I.

SERVIVS, qui scripsit commentarios in Virgilium, his verbis laudat librum sextum Aeneidos: Totus Virgilius resertus est multiplici sapientia, sed omnium maximè laude hac excellit liber sextus, in quo ferè tota philosophia Platonis comprehenditur: Ita possum dicere: Tota Scriptura est plena sapientiæ, quæ nunquam potest exhaustari in hac vita, sed verè hic locus de creatione abundat copia & varietate rerum optimatum.

Creatio est actio externa Dei, qua Deus volens omnes res alias, inuisibiles & visibiles ex nihilo fabricauit suo consilio, ut æternam Ecclesiam sibi conderet, à qua agnoscatur & celebretur, & in qua tanquam in templo in æternum habitat.

Constituta definitione, causæ creationis considerentur. Efficiens est Deus æternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui vñà cum Filio suo coæterno, & cum Spiritu sancto suo totam molem istam, ut Tertulliani verbis vtar, cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit: ratione qua disposit: virtute qua potuit: de nihilo expressit: in ornementum maiestatis suæ. Vnde Græci nomen Mundo κόσμον accommodauerunt.

Cum autem minùs sit totum dicere, quam omnia, & in affectus

EE 3

Actio externa dicitur ad differentiam internarum actionum. **V O L E N S**, liberrimè sine necessitate. **A L I A S**, quæ non sunt Deus. **C O N S I L I O**, sapientia. psalm. 104. Omnia in sapientia fecisti. **E C C L E S I A M**, Angelicā & humanam. **T A N Q U A M** **I N** **T E M P L O**, Deus omnibus creaturis adest generali præsencia, sed in nulla creatura habitat, nisi in angelis & sanctis. Cum dicitur habitare in templo Hierosolymitano, hoc dicitur metaphoricè, propter verbum & Sacramenta.

minus penetret breuis hic veluti nuncius, repetam ex Tertulliano splendidam amplificationem, qua veluti clave aperiuntur, quæ uno verbo inclusa sunt. Regula exigit veritatis, ut primò omnium credamus in Deum Patrem, & Dominum omnipotentem, id est, rerum omnium perfectissimum conditorem, qui cælum alta sublimitate suspenderit, terram deiecta mole solidauerit, maria soluto liquore diffuderit, & hæc omnia propriis & condignis instrumentis & ornata & plena

instrumenta Mundisunt elem-
menta.

digesserit. Nam in solidamento cæli luciferos Solis ortus excitat, Lunæ candentem globum ad solatium noctis menstruis incrementis orbis impleuit, astrorum etiam radios variis fulgoribus micantis lucis accedit, & hæc omnia legitimis meatibus circumire totum mundi ambitum voluit, humano generi dies, menses, annos, signa, tempora, utilitatesque factura.

Plinius lib. 2. Luna est remedium nocturnarum tenebrarum, & magistra omnium quæ in cælo obseruata sunt.

Deus condidit duo lumina-
ria Solem & Lunam. Solem, vt

esset fons lucis, quæ mundum yniuersum illustrat. Lunam, vt esset remedium nocturnarum tenebrarum. His luminibus addidit quinque stipatores, videlicet planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Mercurium, Venerem, qui mirabiliter temperant suos motus & accommodant ad Solem, vt harmoniam cum eius motu efficiant. In firmamento accedit innumerabiles stellas, quarum lux est dissimilis. Nam aliae sunt primæ magnitudinis, quæ superant terram magnitudine centies & plus, vt signa Zodiaci, oculus Tauri, cor Leonis, spica Virginis, cor Scorpionis: Extra Zodiacum, vt Lyra, Arcturus &c. Ceteræ stellæ sunt secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ magnitudinis, vñque ad sextam magnitudinem extra Zodiacum.

In terris quoque altissimos montes in verticem sustulit, valles in ima deiecit, campos æqualiter stravit, animalium fruges ad varias hominum seruitutes utiliter instituit, syluarum quoque robora humanis usibus profutæ solidauit, fruges in cibum

Sicut Scriptura diuidit hunc mundum in tres partes præci-
puas, & maximè conspicuas: in elicit,

elicuit, fontium ora referauit, & lac singulis fluminibus infudit, post quæ, ne non ipsis etiam de- liciis procurasset oculorum, variis florum coloribus ad volu- ptatem spectantium cuncta ve- stiuit.

quasdam compages, telluris visceribus densandis, simul ad impetus fluminum domandos fluctusq; frangendos, ac minimè quietas par- tes cohercendas durissima sui materia. Hæc Plinius. Nam vt in cor- pore humano sunt ossa, quæ continent corporis compagem: ita mon- tes sunt turres, quæ continent murum totius terræ. Longus murus non potest esse firmus & stabilis sine turribus: ita terra similis pulue- ri, non diu maneret in eodem statu, si esset absque montibus: Deinde montes sunt oppoliti rapiditati fluminum & æstibus marinis.

[Ne non ipsis deliciis] Theodoretus in oratione se- cunda, pag. 35. de eadem sen- tia differens, inquit: ἡ τὸ ποίκιλον τῆς θέσεως ἐπέφερε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέ- πει τῶν ἀνθρώπων τὰς ὄψεις. φιλεῖ γὰρ τὰ μυροῦδην ἐπάγειν τὸν κόπον. Varie- tas in positu terræ, non solùm prodest ad nutritionem (alia enim fe- licius proueniunt in collibus, alia in planicie, alia in vallibus) sed e- tiam delectat spectantium oculos. Nihil enim ad delectationem a- ptius est quam varietas.

In ipso quoque mari, quamuis esset & magnitudine & utilita- te mirabile, multimoda animalia, nunc mediocris nunc vasti cor- poris finxit, ingenium artificis de institutionis varietate testantia, quibus non contentus, ne forte fremitus & cursus aquarum cum dispendio possessoris humani a- [ideft, terram] fines littoribus in- clusit, quòd cum fremens fluctus, & ex alto sinu spumans vnda ve- nisset, rursum in se rediret, nec terminos concessos excederet, ser- uans iura præscripta, vt diuinæ leges tanto magis homo custo- diret, quanto illas etiam elemē- ta seruassent.

Homo est possessor mundi, vil- lienium occuparet elementum, licus & atriensis Dei.

Deus impressit singulis mun- di partibus aliquas imagines vir- tutum, vt hæ picturæ nos inui-

tarent ad virtutum officia, & simul de hortarentur à vitiis. Ita Salomon deducit nos ad formicam ca. 6. Ito piger ad formicam. Ex quo dicto Augustinus hanc allegoriam eruit in psalm. 66. Christiani debent esse formicæ, id est, debent colligere tranquillo tempore, & in pace, grana verbi diuinæ, vt in hyeme, id est, in magna vi tempestatum & concursu calamitatum habeant firma solatia, quibus se sustentent. Sic Tertullianus proponit exemplum obedientiæ in mari, vt hoc exemplo admoniti, nos ipsi quoque discamus, nostras vires esse minores diuinis, & reuerenter nos Deo subiiciamus. Mare cùm æstuat & agitatur ventis, est quidem iracundum, & valde fremit, sed tamen quando primùm allisit suos fluctus littoribus, resilit, & in se redit quadam reuerentia erga conditorem. Curigitur nos quoque non frangimus & domamus nostros stultos impetus propter Dei metum? Omnes creaturæ constantissimè suo creatori obtemperat, excepto homine.

De copulatione maris & terræ Plinius libro 2. capite 65. Hoc ita formasse artifex natura credi debet, vt cùm terra arida & sicca constare per se, ac sine humore non possit: nec rursus stare aqua, nisi sustinente terra, mutuo amplexu iungerentur, hac sinus pandente, illa verò permeante totam &c. Qualis est copulatio inter marem & foeminam, talis est ουματιδεια inter mare & terram. In libro Iob cap. 38. ipse Deus dicit de mari. Quis conludit ostium mare, quando erumperebat quasi de vtero procedens? Cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantia obvolverem. Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumultes fluctus tuos. Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? Ecclesia est similis terræ: Ut enim Ecclesia quiescit in medio mundi, ita ferè pīj sunt quieti, non seditiosi, non turbulenti, sed fountes concordiam salua religione. Ut autem mare fremit & æstuat, & conatur diluvio obruere terram, & tamen diuinitus coercetur: ita quamuis impia multitudo ignes & fulmina spirat: tamen Ecclesiam loco non potest mouere, quia Dominus fundavit eam, vt inquit Psalmus.

Post quæ hominem quoque mundo præposuit, & quidem ad imaginem Dei factum, cui

Anima est subiectum imaginis Dei, non corpus. Puerilis imaginatio est, tribuere Deo corpus, mentem

mentem & rationem indidit & prudentiam, vt Deum posset imitari, cuius et si corporis terrena primordia, cælestis tamen & diuini halitus inspirata substantia. Hęc Tertullianus in exordio libri de Trinitate.

quæ sunt analogæ fidei. Deinde propter exemplum grandiloquentiaz.

Si quis autem querit, quæ causa Deum impulerit, vt cælū, terram, mare, angelos & homines conderet, autore utrū Augustino, qui in libro u. de ciuitate Dei cap. 24. breui dicto totum locum de causa impulsuā creationis conficit. In eo quod dicitur: Vedit Deus, quia bonum est: satis significatur, Deum nulla necessitate, nulla suā vtilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est. Hanc etiam Plato causam condendi mundi iustissimam dicit, vt à bono Deo bona opera fierent, siue ista legerit, siue ab his, qui legerant, forte cognoverit, siue acerrimo ingenio inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerit, siue ab his, qui ista conspexerant, & ipse didicerit.

Huc referatur & illa Eusebij Euangeli. Deus cùm sit perfectè bonus, & omnis boni principium & fons, voluit plures habere socios suorum thesaurorum. mensuram superante, voluit iis etiam, quæ nihil sunt, ipsum esse donare.

Iohan. i. dicitur: Deus est Spiritus. Ideo etiam anima, quæ est spiritualis substantia, gerit imaginem Dei. Vnde Paulus inquit: Renouamini spiritu mentis vestrae.

Hunc locum Tertulliani recitauit propter rerum bonitatem,

Causa creationis impulsuā.

In eo quod dicitur: Vedit Deus, quia bonum est: satis significatur, Deum nulla necessitate, nulla suā vtilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est. Hanc etiam Plato cau-

sum condendi mundi iustissimam dicit, vt à bono Deo bona opera fierent, siue ista legerit, siue ab his, qui legerant, forte cognoverit, siue acerrimo ingenio inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerit, siue ab his, qui ista conspexerant, & ipse didicerit.

Augustinus fuit valde eruditus in philosophia Platonica. Plato fuit profectus in Aegyptum, cui vicina est Palæstina. Quare est verisimile, Platonem leguisse Genesim, quia Platonis ætate libri sacri fuerunt conuersi in Græcā linguam à septuaginta interpretibus, liberalitate Ptolemai Philadelphi.

sententia in lib. 4. demonstrat.

Simile est dictum Theodoreti orat. 2. de prouid. Deus cùm sit bonus, & excellat bonitate admirabili & incredibili, & omnē

Deinde finalis causa consideranda est. Ideo Deus condidit naturentes intelligentes, quae sunt præcipuum opus, ut se in eis pateficeret, & eis suam sapientiam & bonitatem communicaret. Nam essentia optima voluit habere opera, in quæ riuulos suæ sapientiæ & bonitatis spargeret, & à quibus vicissim agnosceretur & celebraretur. Hanc esse causam diuinum consilij inde manifestum est, quia effectu ipso Deus hoc ostendit, cum transfudit in angelos & homines imaginem suæ, id est, notitiæ multas, & in his notitiâ Dei conditoris & Legis, quæ congruit cum æterna & immota sapientia Dei, & ostendit qualis sit Deus. Simul etiâ addidit angelis & hominibus liberam voluntatem, & hanc ornauit iustitia congruente cum mente & voluntate Dei. Hæc testimonia manifestè ostendunt hoc consilio conditas esse naturentes intelligentes, ut Deus communicaret nobis suam sapientiam & bonitatem, & à nobis vicissim agnosceretur ipse, & sapientia & bonitas eius celebraretur. Deinde hæc ipsa transfiguratio lucis diuinæ in nos testatur, hanc creaturam vero & non simulato amore diligere à Deo, cum ei talia bona communicaret, quæ in ipso Deo sunt summa, scilicet sapientiam, libertatem voluntatis, & iustitiam cōgruentem cum ipsius voluntate.

Quanquâ consilia Dei omnia exauriri nequeunt: tamé querundam operum diuinorum causæ sunt nobis notæ, partim ex verbo Dei, partim ex consideratione rerum à Deo conditarum. Nâ de causa impulsu creationis docet nos psalmus 136. multoties repetens hunc versum intercalarem, Quoniam bonus, quoniā in seculū misericordia eius. Qui facit cœlos in sapientia sua, quoniam in seculum misericordia eius. Hinc discimus, Deum, cùm sit bonus, bonitate permotum esse, ut conderet angelos & homines.

Causa finalis creationis æstimari potest ex ipso effectu seu opere. Cum enim dicat textus, loquens de creatione hominis: Homo factus est ad imaginem Dei, non difficilis est ratiocinatio, quem ad finem homo sit conditus, cuius nos admonet ipsa similitudinis & imaginis appellatio. Imago propriè est repræsentatio archetypi. Homo est imago Dei. Ergo talis est copulatio hominis cum Deo, ut Deus se communiceat homini tanquam imagini suæ, & vicissim homo conditorem suum agnoscat & celebret. Omnes

Has


Has igitur causas creationis semper in mentibus nostris circuferamus, & sape cogitemus, vt nos ad agnitionem & amorem Dei exuscitemus.

quidem creaturæ propter hunc finem sunt conditæ, vt sint præcones Dei, & testes de sapientia, potentia & bonitate Dci. vnde psalm.19.dicit: Celi enarrant gloriam Dei &c. Sed hoc est discri-

men inter reliquias creaturas & homines atque angelos. Reliquæ creaturæ sunt tantum σύγχρητες κύρικες, id est, muti præcones, qui celebrant Deum, monstrantes vestigia Dei, vt cælum ostendit generi humano suam pulcritudinem & magnitudinem, & hoc spectaculo testatur, qualis sit conditor, & simul inuitat nos ad celebrationem Dei. Non autem voluit Deus tantum habere mutos præcones, sed etiam intelligentes & loquentes, quare condidit angelos & homines, à quibus mente & lingua posset celebrari. Sol celebrat Deum, sed non agnoscit Deum, & non celebrat eum mente & lingua, sed tantum opere ipso. vnde Theodoreetus in oratione 4. de prouidentia: εγαρὸς φαινόμενος, κατόπιν μέγεθος, τόπος κάλλος ἡ ποδεικνύσ, καὶ τῆς κορυφῆς τοῖς ἀνθρώποις παρέχων τὴν χεῖλαν, σιγῶν κυρήτει τὸν ποιητὸν, καὶ τὰς ἀπάνταν τὸν γλάστρας εἰς ἴμνῳ διανυνεῖ. Cælum incurrens in oculos, & cum magnitudinem, tum pulchritudinem ostendens, ac te fai ut litatem hominibus præbens, tacitus præco est conditoris, & omnium linguas ad celebrationem inuitat. Et Nazianzenus in concione de natuitate Filij Dei, nominat reliquias creaturas mutos præcones magnificorum operum Dei.

De circunstantiis creationis.

C A P V T I I .

N vulgari versu comprehenduntur præcipuæ circumstantiæ,

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomo-
do, quando :

Quæ illustrant omnia dicta & facta, vt inquit Hi-
larius.

Quanquam nec consilium Dei de creatione rerum exhaustiri,

nec ipsum opus penitus perspici potest, tamen præcipuas circumstantias tanti operis & munieris, quæ in verbo patefactæ sunt, animo complectamur, ut Deo gratias agamus, quod se patefecit in creatione mundi, quem sua bonitate vtilem, sapientia pulcerimum, potètia maximum, ut ait Basilius in concione de sex diebus operibus, fabricauit.

Ac prima quidem circumstantia creationis est, quod creatio sit commune opus æterni Patris, Filij & Spiritus sancti, iuxta regulâ suprà traditâ. Opera diuinitatis externa sunt communia, seruata cuiusque personæ proprietate. Est igitur rerum creatarum omniū causa τεχνατη ποιησις, æternus Pater: δημιουργικὴ, æternus Filius, λόγος & imago Patris: τελεωπηκὴ Spiritus sanctus, ut hæc copiosè declarat Basilius in libro de Spiritu sancto, cap. 16. Nam voluntate seu decreto Patris omnia extiterunt, & Filij efficacia ex nihilo facta, & præsentia Spiritus sancti perfecta sunt.

Apud medicos & physicos causa τεχνατη ποιησις propriè illa est, quam dicimus lacescentem, seu irritatricem. Nos hincappellatione causæ τεχνατη ποιησις vertimur alio modo, pro causa inchoante aliiquid: Ita æternus Pater est causa τεχνατη ποιησις, quia

est ἀρχὴ & πήγη operum diuinorum.

Secunda circumstantia est, quod res sint ex nihilo conditæ. Testatur enim historia creationis, Deum ex nulla priori materia rudi & informi distinctas operum species finxisse, sed materiam vnam cum ipsis corporibus condidisse ex nihilo, solo verbo. Basilius quidem in secunda concione de sex dierum operibus, falsè refutat Stoicos ponentes duo coæterna principia, mentem & materiam. Quid est, inquit, absurdius quam æternitatem, quæ est solius Dei proprietas, tribuere rudi & indigestæ moli, qualis est opinione philosophorum, materia prima. Eusebius autem libro 7. præparat. Euangelic. citat dicta Origenis & Maximi, perspicue refutantia somnium de æternitate materia, quæ, qui voler, inde assumat.

Deum fuisse in materia, aut materiam in Deo, aut fuisse hæc duo sepa-

Summa prolixæ disputacionis apud Eusebium hæc est: Si duo sunt principia, vt fingunt Stoici, coæterna, videlicet mens & materia prima, necesse est aut

separata. Si fuit Deus in materia, habuit locum minimè conuenientem suæ maiestati. Quid enim est deformius materia prima, quæ est expers omnium qualitatum? Si materia in Deo fuit, eadem sequitur absurditas. Quid enim est indignius maiestate Dei, quam in se continere, & quali in finu fouere talem massam rudem & indigestam? Si fuit separata & locis distincta materia à Deo, fuit aliquod interuallum, & per consequens vacuum.

Tertia circumstantia, quòd Deus liberè & volens tunc cùm voluit, condiderit mundum, & quòd sit agens liberissimum, nec necessariò effuderit hanc machinam. De hac circumstantia concionatur psalmus 115. Deus noster in cælo, omnia quæcunque voluit, fecit. Et psalm. 135. Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.

Quarta, quòd non discesserit à suo opere, sed adsit vniuersæ creaturæ, & rerum substantias seruet, sustentet cælum & motus cælestes, fecundet terram, procreet fruges in terra, impertiat vitam animalibus. Huius præsentia in conseruatione & sustentatione rerum locuples testis est Paulus Actor. 17. In ipso viuimus, mouemur & sumus. Ebræ. 1. Ferens omnia verbo potentia suæ. Coloss. 1. Omnia per ipsum consistunt. 1. Timoth. 6. Qui viuiscat omnia.

His testimoniosis adiungantur duo insignia dicta, vnum Theodoreti, alterum Eusebij. Sic enim Theodoretus oratione prima de prouidentia inquit: Gu-

bernat creaturam conditor, nec relinquit sine gubernatione nauem, quam fabricauit, sed idem est & fabricator nauis, & materiæ plantator, & nauis à se concinnataz gubernacula perpetuò tenet. Et Eusebius lib. 7. præparat.

Euangelicæ pag 187. Theologia Hebræorum docet, non sic desertum, velut orphanum à patre relictum, vniuersum mundum à conditore, sed omni tē-

Theodoretus historicus & Episcopus, de prouidentia scriptis decem orationes, quæ sunt editæ superioribus annis Romæ.

Vocat non modò architectū nauis, sed etiam plantatorē materiæ & gubernatorem nauis.

Eusebius in libris præparationis Euangelicæ, refutat Ethnicas religiones, & differit de gradibus testimoniorum, quæ confirmant certitudinem doctrinæ Christianæ. In libris de demon-

pore ipsius Dei prouidentia ad-
ministrari, nec tātū opificem
esse totius vniuersitatis rerum,
& fabricatorem Deum, sed etiā
Saluatorem & administratorem, & regem & ducem, ipsi Soli &
Lunæ & astris, & vniuerso cælo atque mundo semper præfiden-
tem, & magno oculo & diuina
potentia omnia aspicientem, o-
mnibus cælestibus & terrenis
rebus præsentem: deniq; omnia
in mundo ordinantem & gubernantem.

Quinta, quòd non sit alligatus ad causas secundas. De hac cir-
cumstantia erudiendæ sunt pīx mentes, ut sciant, Deum esse agens
liberrimum, non alligatum ad causas secundas, sed eas propter no-
strōs gemitus posse & velle aut moderari, aut impedire, aut muta-
re. Hanc piā sententiam confirmant dicta, quæ testantur Deum
tunc opitulari, cūm à creaturis
deserti sumus. psalm. 72. libera-
uit pauperem, cui non erat ad-
iutor. psalm. 10. Tibi derelictus
est pauper, pupillo tu eris adiu-
tor. psalm. 27. Pater & mater de-
reliquerunt me, Dominus autē
suscepit me. psalm. 23. Etiam si
ambulauero in valle umbræ
mortis, non timebo mala, quia
tu mecum es. psalm. 73. Cūm
contabescunt caro mea & cor
meum, tu petra cordis mei, &
pars mea Deus in æternū, psal.
146. Dominus facit iudicium
iniuriā patiētibus, dat escam
esurienti, solvit vinc̄tos, illumina-
t cæcos, custodit aduenas, pu-
illum & viduam.

stratione, refutat somnia recen-
tium Iudæorum, qui negāt Chri-
stum apparuisse.

Basilius inquit: Oculus Dei
est ~~anōlūnt~~, nūquam dormit,
neque dormitat.

Hæc facilè dicūtur, sed in ex-
perientia sunt difficilima. Cūm
non indigemus, suauia nobis vi-
dentur: cūm verð in miseriis &
concurſu calamitatum sumus,
facilè illa nobis elabūtur. D. Er-
hartus Schnephius solebat dicere:
Es ist nicht gut auf dem Herren Chri-
sto / als auf dem fels blos sitzen / wir
wollen alle haben ein fein weich vnd
ausgefüllt Büßlein. Item: Es thut
sehr wehe wenn sich einer soll anhal-
ten / vnd ihm doch alle nägel von der
wand seind verhawen. Quibus ver-
bis volebat significare difficili-
mā esse luctam fidei cum dubita-
tione, quoties à creaturis deserimur,
aut destituimur causis se-
cundis.

Aduenæ, pupilli, viduæ, sunt
cœtus pauperū, de quo dici po-
test

test illud Sophoniæ 3. Et relinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in nomine Domini.

His & similibus testimoniiis confirmemus nos contra Stoicos furores, & petamus atq[ue] expectemus auxilium Dei in vocatione & negotiis necessariis, siue causæ secundæ nos adiuuent, siue destituant.

De creatione hominis, & de imagine Dei.

C A P . I I I .

 **S**T in concione Nazianzeni de nativitate Filij Deidulcissima philosophia de creatione mundi & angelorum & hominum. Illius concionis summa ferè est: Deus, qui est Spiritus, primum omnium condidit agmina angelorum. Qui angelinō propagantur ut homines: sed simul sunt conditi. Et sicut Deus ipse est natura spiritualis, intelligens, benefica, iusta, casta &c. ita angeli sunt Spiritus incorporei, intelligentes, pleni lucis diuinæ & amoris erga Deum & Ecclesiam. Deinde Deus condidit mundum, id est, molem hanc vniuersam corporum cœlestium & inferiorum. Hæc species opponitur Spiritui, & est quiddam toto genere diuersum à spirituali natura. Ne quid autem deesset de perfectione creaturarum, Deus addidit tertium genus, videlicet humanum, quod est mixtum & compositum ex spiritu & ex corpore. Et propter hanc causam homo rectè appellatur parvus mundus, quia respectu animæ est similis angelicæ naturæ, respectu corporis est exemplar totius machinæ corporeæ. Cerebrum est simile cœlo: & sicut cœlum non habet fulcra, quibus sustentatur: ita ventriculi cerebri non habent sustentacula. Et quanquam cerebrum est massa valde grauis, tamen non ruit, nemine, nisi solo Deo sustentante. Cor in homine est imago Solis. Sicut enim Sol sua luce hunc mundum illustrat, & est fons vitalis caloris: ita cor est fons spirituum vitalium, qui sunt vehicula vitæ. Culina seu infimus ventriculus est

exemplum terræ & aquæ. Sicut enim hæc duo inferiora elementa sunt impuriora reliquis superioribus: ita hæc pars corporis est sordidior, quam reliquæ, cuius tamen nullus erit usus in vita æterna. Verba Nazianzeni sunt: εἰς τὰ γενέθλια; θεὸς δημιουργὸς ἐπὶ τὸν ἀνθρώπον ἔγγειον ἀλλον, περισσοκαντίῳ μικτὸν, ἐπόπλῳ τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μίστῳ τῆς νοούμενης, Εαυτὸν ἀτὸν ἐπὶ γῆς, Εαυτὸν δόμενον ἀνθρώπον, ἐπίγειον ὑπὲράνθιον, περισσοκαντίῳ ἀθάνατον, ὁρατὸν ὑπὲρμενον, μέσον μεγέθεις ὑπὲρταπεινότητος, τὸν αὐτὸν πνεῦματὸν σαρκα. Deus fabricauit hominem quasi angelum alterum, adoratorem mixtum, contemplatorem visibilis creaturæ, sacerdotem Dei, regem terræ & eorum, quæ sunt in terra, qui gubernatur desuper, terrestrem & cælestem, mortalem & immortalem, visibilem & spiritualem, medium inter excellētiā & humilitatem, & inter carnem & Sp̄ritum.

Tria sunt grauissima testimonia quæ ostendunt, quanta sit naturæ humanæ dignitas & excellentia. Primum est fabricatio corporis, plena artis, cōfiliij & significationis. Alterum natura animalia. Tertium creationis Sabbathū. Hæc testimonia vult Deus aliquo modo aspici & considerari, & tantum de eis cogitari, quantum ipse patefecit.

Nosce te ipsum. Cicero i. de leibibus hæc tria eruditè & copiose explicat. Primò enim differit de opificio humani corporis & animaliæ præstantia. Deinde ostendit, quod omnia sint ad usum hominum facta, & deinceps omnitem pore conseruentur.

Cum enim alia corpora omnia dicente ac iubente Deo subito extitissent, humanum corpus solum ipsius conditoris manu, & quidem singulari arte & consilio factum atque formatum est. De hac sententia dulcissime philosophantur Basilius in enarratione primi capitilis Geneseos: & Tertullianus in libro de resurrectione carnis. Ita enim Basilius inquit: Dignatus est Dominus propria manu effingere no-

Deus magna deliberatione usus est ante hominis conditionem: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hæc verba non dicuntur ad angelos aut creaturas, ut nugantur Iudei, sed Pater æternus colloquitur cum Filio & Sp̄itu sancto, & cum eis communicat sua consilia, de hominis tanquam principi operis formatione. Instrumentum

strum corpus. Neque enim angelis hunc laborem mandauit, neque terra sua sponte velut cicadas nos effudit, sed propria manu, quæ non artificiosa solùm, sed planè artifex est, terrā sumpxit. Quare si ad id quod sumpxit, respicias, quid est homo? Sin autem cogitatione tecouerteris ad eum, qui finxit, magnum quiddam est homo. Itaque & nihil est, propter materiam, & magnus propter honorem.

Tertulliani verba hæc sunt: Homo toties honoratur, quoties manum Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur, recognita totum illi Deum occupatum ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia & ipsa in primis affectione, quæ lineamenta dictabat. Nō enim membra in nostris corporibus sponte sua coagmentata sunt, aut sine arte casu nata, sed Deus cùm vellet nos esse suum templum & domicilium, singulas partes non modò ad usum, verum etiam ad venustatem conditò distinxit.

atione, sua manu formare corpus, quomodo poterit ipsius maiestate indigna esse corporum resuscitatio? Deinde Christus non est aspernatus societatem nostræ naturæ. Cùm igitur tanta sit dignitas nostræ naturæ propter Deum conditorem, & quia Filius assumpit corpus,

psum, etiam verbum formatiōnis admonet nos de rebus maximis. Etsi enim respectu materiæ, id est, terræ, ex qua factus est, homo est puluis & cinis, ut verè dicit Siracides : tamē respectu Dei conditoris, qui propria manu hominē formauit, magnum quidam est homo. Alia corpora subito extiterunt, iubente ac dicente Deo, sed maiore deliberatione & ipsa manu Dei homo est factus.

Tertullianus differit de dignitate carnis in libro de resurrectione, idq; ob hanc causam, quia eo tempore fuerunt haeretici, vt Marcion & alij, qui negarunt resurrectionem corporum, & interrogati, cur auderent negare hunc articulum? responderunt, Quia indignum est, tam Fordidæ & squalidam massam, quæ resolutur in quatuor elementa, obtinere regnum Dei. Huic obiectioni obuiam it Tertullianus, amplificans dignitatem nostræ carnis his rationibus. 1. Deus est conditor huius massæ. Si igitur Deus fuit dignatus in prima crea-

quis sanus & pius negare potest, sperandam esse resurrectionem nostrorum corporum?

Deinde cogitemus, qualis sit condita anima, videlicet talis, ut sit imago similis Deo. Hanc imaginem interpretatur Paulus Coloss. 3. & Ephes. 4. agnitionem Dei, iustitiam & sanctitatem veram. Complectitur ergo imago incorrupta potentiam cognoscentem, in quam transfusa est lux diuina, quæ est vera & firma cognitio Dei & Legis, & notitia de vera obedientia & de iudicio Dei: deinde complectitur voluntatem & cor, quod ardebat motibus Spiritus sancti, & integra obedientia sine peccato. Ad hæc dona adiuncta fuit libera & non impedita electio voluntatis. Sunt autem in Deo summa bona, sapientia, iustitia, & libertas electionis. Horum summorum bonorum radios cum in nos transfuderit, ipso facto ostendit, verè se hanc creaturam diligi. Iam cogita quantum decus fuit homo ante lapsum, cum verè esset domiciliū & templum Dei sine peccato & sine morte.

Verè agnouit Deum, & non retulit suas virtutes & officia ad hunc finem, ut Deus celebretur. Primi vero parentes non modo erant sapientes & iusti, sed etiam sancti, quia referebant suam obedientiam & iustitiam ad illum finem, de quo dicit Paulus: Omnia ad gloriam Dei facite &c.

Postremò consideremus Sabbathum creationis, de quo nos Sabba-

Verba Pauli sunt: Renouami nisi Spiritu mentis vestra, & induite nouum hominem, qui iuxta Deum conditus est in agnitione ipsius per iustitiam & sanctitatem veritatis. Ex his verbis colligitur definitio imaginis. Imago Dei in homine ante lapsum fuit agnitus Dei sine errore & tenebris: deinde fuit iustitia, quæ est chorus & copulatio omnium virtutum primæ & secundæ tabule. Hæc iustitia non fuit hypocrita, aut simulata, aut tantum externa disciplina, sed vera sanctitas celebrans Deum. Differunt enim iustitia & sanctitas. Iustitia significat ipsum formale, ipsam obedientiam conformem Decalogi, ardenter amorem Dei, & purum amorem proximi. Sanctitas complectitur formale & finem, ut Aristides est iustus ciuilter, quia præstitit obedientiam omnibus legibus Reipublicæ Atticæ: sed non est sanctus, quia non

Sabbathum pädagogicum testimonia. Ideo enim post conditum hominem, Deus nullam nouā speciem elementorum aut animalium creauit, vt testaretur, genus humanum esse ultimum opus, ad quod fabricatio aliarū rerum præcipue directa fuerit, & in quo velit acquiescere, & cui in omni æternitate communicaturus sit sese, suam sapientiam, iustitiam & lætitiam. Ex his testimoniis intelligi potest, quanta sit hominis dignitas & excellentia, & quantus amor Dei erga genus humanum.

Homo non primo aut secundo, sed sexto die fuit conditus, cum iam essent creati angeli ministri Dei & Ecclesiae: tota denique moles omnium corporum superiorum & inferiorum. Itaq; Deus hoc ipso ordine ostendit, hominem esse finem ultimum, ad quem directa fuit deliberatio in condendis reliquis speciebus & corporibus.

De prouidentia diuina.

C A P V T I V .

NO N satis est hunc articulum tenere, quod Deus sit conditor omniū rerum, nisi credas, hunc Deum omnibus rebus à se factis consulere & prouidere planè paterna bonitate, & deinceps omni tempore conseruare & gubernare opera manuum suarum.

Prouidentia diuina complectitur *oīyvatosiv* & *oīnōpopūlav*. Ad *oīyvatosiv* pertinent inspectio omnium quæ geruntur, præuisio futurorum eventuum, & cognitio omnium cogitationum, quas format natura cordis humani.

Ad *oīnōpopūlav* referuntur rerum conseruatio & sustentatio,

Hanc distinctionem non esse fictitiam, potest probari ex psalmo 139. qui est confessio de præsentiā & opere Dei in singulorū hominū formatione & vitæ conseruatione. *oīyvatosis* autē non tantum significat præuisiōnem rerum futurarum, sed &

destructio item & instauratio, fœcunditas terræ fundentis v-
bertatem fru-
gū & fructuū, salubres tem-
pestates, con-
stitutiones im-
periorū & ho-
rum transla-
tiones, pœnæ
atrocium sce-
lerum, libera-
tiones iniustè
oppressorum, & similia opera
Dei, quorum varietas admirā-
da & imperscrutabilis est hu-
mano ingenio, vt testatur psal-
mus 139. cuius initium est, Do-
mine, probasti me, &c.

mirabilior & excelsior est scientia, quām vt eam possim asequi. Et in eodē psalmo repetitur similis exclamatio. Sed mihi quām pretio-
ſæ sunt cogitationes tuæ, Deus, & quām multæ summae earum? Qui-
bus verbis significat, se vix posse summa sequi fastigia rerum in crea-
tione. Tantum abest, vt possit singula recensere & commemorare.

Cūm autem res secundæ iniustorum, & calamitates iustorum
valde turbent aſſectionem de prouidentia Dei, sciendū eſt, Deum
proposuisse testimonia prouiden-
tiaz in operibus ordinariis,
extraordinariis, & in expreſſo
verbo ſuo.

mitur ab operibus Dei extraordinariis.
4. dicitur : Funiculus triplex difficultè rum-
pitur: ſic Deus triplicia testimonia de prouidentia constituit. Aſſeueratio
perspicua de prouidentia Dei, extat in libro Salomonis, qui in-
ſcribitur Ecclesiastes. Nam totus ille liber nihil aliud eſt, quām ſolu-
tio

cognitionem præſentium, eorū
ſcilicet, quæ nunc geruntur, &
complectitur cognitionem o-
mnium cogitationum, quæ ab-
ditæ latēt in thalamis cordis hu-
mani. Ad hanc *ωέγγυωσιν* perti-
nent priores quatuor versus:
Domine probasti me, & co-
gnouisti me. Tu cognouisti ſe-
dere meum & ſurgere meum, in-
tellexisti cogitationes meas de-
longè. Semitam meam & accu-
bitum meum circumdedisti, &
omnes vias meas inuestigasti.
Quia nō eſt sermo in lingua mea:
Ecce tu D O M I N E cognouisti
omnia. Ad *οἰκονομίαν* pertinet
versus quintus. Posteriora & an-
teriora in me formasti, & poſui-
ſti ſuper me manū tuā. Sequitur
epiphonema ſeu exclamatio: Ad

Aſſeueratio de prouidentia di-
uina tribus gradibus testimo-
niorum probatur: 1. continet o-
pera ordinaria Dei. 2. Alter ſu-
periorum. 3. Tertius ſumitur ab ex-
preſſo verbo. 4. dicitur : Funiculus triplex difficultè rum-
pitur: ſic Deus triplicia testimonia de prouidentia constituit. Aſſeueratio
perspicua de prouidentia Dei, extat in libro Salomonis, qui in-
ſcribitur Ecclesiastes. Nam totus ille liber nihil aliud eſt, quām ſolu-
tio

tio obiectionis Epicuri contra prouidentiam, qui sic argumentatur:
Si Deo res humanæ essent curæ, bene esset bonis, malè malis,
quod nunc abest.

De hac obiectione sic respōdet Salomon: Deus cuncta, quæ sunt, adducet in iudicium, siue bonum siue malum sit. In hac confusione vita, fortuna videtur dominari in rebus humanis, & cæca manu distribuere sua munera, sed cum breuis sit & fugax hæc vita, respiciamus ad futurum iudicium, in quo discernet Deus Paulum à Nero-ne, Ieremiam ab Aprye, Baptistam ab Herode, & vniuersos pios ab impiis. De eadem prouidentia concionatur liber sapientiæ, quem aliqui à Philone Iudeo scriptum esse putant. Nec potest quidquam dici grauius & verius de prouidentia Dei & pœnis tyrannorum, quam quod scriptum est in libro sapientiæ. Inter cetera sic exclamat cap. 6.
Potentes potenter tormenta patientur. Et mox, Fortioribus fortior instat cruciatio: id est, tyranni, siue in hac, siue in futura vita grauiter punientur. Nam per potentes intelligit tyrannos, qui sua potentia abutuntur ad miserorum hominum oppressionem. Sic in libro Job magna pars disputationum consumitur in hoc arguento:

Peccatores à Deo affliguntur.

Tu es afflictus.

Ergo es atrox peccator, non habes bonam conscientiam.

De hoc arguento Deus ipse tandem respondet in fine libri Job. Hæc dico, ut sciant discentes, doctrinam de prouidentia non esse philosophicam tantum, sed verè Theologicam. Quod si quis popularē prouidentiæ definitionem requirit, is taleni habet in Germanico symbolo, quod publicè canitur.

Ordinaria opera, de quibus in sequenti capite plura dicam, ostendunt præsentiam Dei, & testantur hanc naturam non causu confluxisse, sed sapientem cōditorem autorem esse ordinis. Ex infinito cumulo eligamus versus exemplum, quod ostendit, Deū esse amantem ordinis, quo, vt Xenophon in Oeconomico inquit, nihil est melius, nihil pulcrius. Consideremus incrementa & decrementa dierum & noctium. In anno sunt duo æquinoctia, vernum & autumnale, id est, dies bis in anno æquantur nocti & noxi diei. Dies maximus apud nos est circa diem Viti. Minimus dies circa brumam. Hæc sunt extrema, inter quæ medium locū obtinent dies

æquinoctiales. Ab his dies intermedij mirabili analogia crescunt, ab æquinoctio verno vsque ad solsticium, & seruata eadem lege, decrescunt à solsticio vsque ad autumnale æquinoctium. Ab autumnali æquinoctio magis decrescent, sed ἀναλογικῶς vsque ad brumam, à bruma rursus incipiunt crescere ad æquinoctium vernum. Ac pulcrum est, quod inquit Theodoretus orat. i.de prouidentia. Nox & dies sunt duæ sorores, & vna alteri dat mutuò partem proportionalem, sed cum obligatione, ut vicissim accipiat non modò fortē, sed etiam usuram, & quando redditā est sors cum usurā vel diei vel nocti, tunc omnia redeunt in orbem, & restituitur ordo prior.

Deinde opera extraordinaria, quæ vītate vocantur miracula, vt conseruatio Nohæ in diluvio: eductio populi ex Aegypto, resuscitatio Lazari & similia, magis incurunt in oculos, & ostendunt, conditorem esse essentiam distinctam à mundo, & agens liberum esse, & posse aliter agere, quam carent causæ secundæ, & multa moderari in natura & in hominum voluntatibus suo liberrimo consilio.

ad Ierosolymam, sed Iaddus in somno admonitus & confirmatus diuina promissione, obuiam processit vñā cum Sacerdotum & Senatorum comitatu, quo conspecto, Alexander ab equo desiliit, & signa reuerentia erga hunc Sacerdotem ostendit. An non est magnum miraculum tam subita conuersio voluntatis in Alexandro? Ex hoste enim acerbissimo fit summus amicus populi Dei. Ita Ieremias fuit detrusus in carcerem vsque ad excidium vrbis. Tanta fuit impietas filiorum Iosiae, præsertim Zedechiæ. Sed quid fit? non liberatur à suis popularibus, sed ab idololatris & populi Iudaici hostibus, nec tantum liberatur mirando modo, sed etiam donatur viatico & aliis muneribus, & permittitur ei manere siue in patria, siue in Babylone, ac promittitur ei viactus necessarius & necessaria defensio.

His operibus ordinariis & extraordinariis Deus addidit expressum

Quid est mirabilius, quam Deum multa moderari in hominum animis & voluntatibus? Alexander Magnus in obfitione Tyri, ad Iaddum summum Pontificem misit, & ab eo petiuit pecuniam & alios neruos rei militaris. Iaddus vt vir sanctus & iustus, memor suæ obligationis ergareges Persicos, recusauit. Iراتus Alexáder, post expugnationem Tyri duxit exercitum hostilem

pressum verbum , quod affirmat ; non casu res secundas & aduersas inter homines spargi, sed regi has quoq; consilio Dei, vt Matth. 10. Vnus de ipsis passeribus non.

cadet super terram sine voluntate Patris. Item: Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.

Christus Matth.10.dat Aposto lis mādata de prædicatione Eu angelij. Cūm autem dixisset: Ecce ego mitto vos velut oves in medio luporum, mox addit consolationes. Inter quas hæ duæ sunt amplissimæ & efficacissimæ. Vna ab auxilio Spiritus sancti. Non vos estis loquentes, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Altera à diuina prouidentia. Nonne duo passerculi minuto asse veneunt, & vñus non cadet in terram sine Patre vestro ? As continet sex obulos, vel tres denarios. Sed cur facit mentionem capillorum ? Ideo vt præbeat nobis occasionem argumentandi à fortiori, seu à minori ad maius. Si Deus ista excrementsa, partes minus principales curat , & ita curat, vt habeat singulas numeratas , quantò magis curabit totum corpus & membra principalia?

Psalm. 56. Fugam meam tu numerasti, posuisti lacrymas meas in vtreem tuum , nunquid non in numero tuo sunt? Genes.45. Iosephi inquit: Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum , noti enim vestro, sed Dei cōsilio huc missus sum. Hæc testimonia confirmant nos , vt statuamus non accidere casu ærumnas, sed cerni à Deo, & reueraiustum iudicem irasci peccatis, & punire fontes, & pios calamitosos suo quodam consilio exercere.

Lutherus in explicatione huius loci vtitur incremento seu $\alpha\tilde{\epsilon}\gamma\sigma\tau\epsilon$, quæ fit, cūm oratio ascēdit per gradus , aut circumstantiis illustratur. Quis colligit lacrymas? non angelus, sed Deus ipse. Quid colligit? num aurum vel argentum? Non, sed lacrymas, quæ citò arescunt. Quorum lacrymas colligit? non angelorum, sed peccatorum , qui multas fordes circumferunt.

Collectio demonstrationum de Deo & de prouidentia.

C A P. V.



VE M A D M O D V M differunt in cælo fulgor Solis clarissimus & lumen Lunæ, quod est remedium nocturnarum tenebrarum: ita differunt in Ecclesia notitia Dei, quæ ex fontibus Israël sanctissimis & augustissimis hauritur, & notitia de Deo physica, quæ partim nobiscum nascitur, partim aspersione operum diuinorum cōfirmatur. Hoc discri-
men considerandum est propter duas causas. Primùm ideo, vt longè anteponamus sapientiam Ecclesiæ propriam, omnibus naturalibus notitiis & eruditis philosophorum disputationibus de Deo, religione, rebusq; diuinis. Deinde ne aspernemur barbaricè & Cypolicè ratiocinationem sobriam & eruditam, quæ colligit & contemplatur vestigia sapientiæ, potentiæ & bonitatis diuinæ, impressa singulis naturæ partibus. Ut enim nemo sanus Lunam contemnit, etiam si lumen eius obscurius est, quam clarissima lux Solis: ita etiam si verum est, doctrinam Ecclesiæ illustriorem esse quam physicas noticias & ratiocinationes: tamen nemo sit adeo agrestis & barbarus, vt omnino reiiciat collectionem testimoniorum ex operibus Dei ordinariis. Coniungamus potius vtrumque, patefactionē Dei, & hæc philosophica testimonia, & suum cuique locum geometrica analogia tribuamus.

Duplex lumen inditum est humanis mentibus. Notitia simplex, quòd sit Deus, & ratiocinatio quærens testimonia in ordine creaturarum. Etsi autem non satis est cogitare argumenta de Deo & de prouidentia, quæ ratio humana naturali luce cernit, tamen pædagogia utilis est, hæc quoque colligere ad refutandos Epicureos furores. Nam & Paulus iubet hæc vestigia Dei in natura aspicere.

Testimonia Pauli extat Rom 1. & Actor. 17. Nam ad Romanos 1. ita inquit Paulus: Palam fit ira Dei de cælo aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia detinēt, propterea quod id, quod de Deo agnoscit

agnosci potest, manifestum est in illis. Deus enim illis patefecit, si quidem quæ sunt inuisibilia ipsius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, ipsatq; æterna eius potentia & diuinitas in hoc, vt sint inexcusabiles. Accusat Paulus hac tristi concione totum genus humanum propter impietatem, quæ pugnat cum prima tabula, & propter iniustitiam, quæ est violatio secundæ tabulae. Et nominatim omnes homines accusat, quod veritatem Dei quasi captiuam detineant (id enim verbum κατεχόντων significat) veritas autem significat veras notitias, quæ nobiscum nascuntur, vt notitiam aliquam Dei, notitiam Legis, discrimen honestorum & turpium. Hanc veritatem seu has veras notitias ait inclusas esse veluti carceri ab iniustitia, id est, ab errantibus & vitiolis affectibus & cupiditatibus. Etsi enim videmus naturaliter meliora, & probamus, tamen deteriora sequimur, & quod ratio suadet, cæcus furor vincit, vt in Tragœdia dicitur. Quatenus enim Deus cognosci potest, manifestum est illis, id est, indidit Deus homini duplex lumē, unum simplex, quod est aliqua notitia Dei, quod sit Deus, & qualis sit, alterum est ratiocinatio, quæ præludente simplici notitia, querit vestigia Dei in natura rerum. De his Paulus inquit: Inuisibilia Dei, scilicet, æterna potentia ac diuinitas ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, peruidentur, id est, ex operum ordine ratiocinamur, quod sit, & qualis sit Deus.

Quod ad alterum locum Astorum 17. attinet, splendide de hac sententia concionatur Paulus, cùm venisset Athenas, & incidisset in philosophos Epicureos & Stoicos, Deus, inquit, fecit ex uno sanguine omne genus humanum, vt inhabitaret super universam faciem terræ, definiens præstituta tempora & terminos statutos habitacionis eorum, vt quererent Deum, si forte palpent eum & inueniant, quamvis non procul absit ab unoquoque nostrum, per ipsum enim vivimus, moriemur & sumus. Cùm igitur Paulus exemplo suo doceat Ecclesiam, non esse contemnenda hæc argumenta physica, nemō nostrum sit, tam præcepis in iudicando, aut tam furiosus, vt hæc collectionem demonstrationum philosophicarum aspernetur.

Colligam igitur breuiter alias demonstrationes, quarum cogitatio prodest ad Dei agnitionem & ad disciplinam.

Prima. Impossibile est casu aut fortuito factam esserem maxi-
mi & pulcherrimi ordinis. Sunt autem præcipue partes in natura certis legibus ordinatae, vt positus corporum cælestium & infe-

riorum, motus cæli, vices dierū & noctium, vices temporum quadripartitæ ad maturationē frugum & ad temperationem corporum aptæ, fœcundatio terræ, perennitas fontium & fluminis, distinctio specierum *συμπάθεια* & *αντισύμπαθεια*. Esse igitur præstantem aliquam æternamque naturam, pulcritudo mundi & ordo rerum cogit confiteri. Quis enim hunc hominem dixerit, qui, cùm tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque inter se omnia connexa & apta viderit, neget, in his yllam inesse rationem, eaque casu fieri dicat, quæ quanto confilio gerantur, nullo confilio assequi possumus. Præclarè ergo Cicero in 2. de natura Deorum dixit: Hæc omnis descriptio syderum, atque hic tantus cæli ornatus, ex corporibus huc & illuc casu & temerè concur-santibus potuisse effici, cui quāmne sano videri potest? aut verò alia natura mentis & rationis expers, hæc efficere potuit, quæ non modò vt fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sint, sine summaratione non possunt?

Saturnus, qui est tardissimus, ideo est remotissimus à terra, quia est frigidissimus *δυνάμει*. Si propiore esset, omnia animantia non tan-

Maior in hac demonstratione sumitur ex definitione ordinis. Ordo enim est dispositio & collocatio arte & consilio facta, & ordinatum esse, est consilio officis ad certam formam, & ad certum finem esse directum. Quæverò casu aut fortuitò fiunt, non sunt perpetua, sed sunt incerta & Euripo magis mobilia, & vt vulgo in scholis dici solet, sunt extra semper & frequenter. In Minorī considerentur præcipua membra. 1. Mirabilis est positus seu collocatio corporum cælestium, supremum locum tenet firmamentum, octauum cælum, quod est distinctum & ornatum astris, quæ ab artificib[us] in 48. imagines distribuuntur, quarum 12. sunt in Zodiaco, reliquæ sunt vel in austrina parte, vel in boreali. Firmamentum sequuntur septē orbes planetarū, inter quos Sol tanquam dux militiae cælestis, & vt Cicero inquit, moderator lumen reliquorum, medium tenet locum. Quia Sol est fons lucis in cælo & in natura. Sicut autem cor est in medio corporis humani, vt possit spargere calorem naturalem per omnes partes, ita Sol fons vitalis potentia est in medio loco inter planetas. Supra Solē tres planetæ collocati sunt: Saturnus, Iuppiter & Mars. Sa-

tum

tum laderet, sed etiam necaret. Mars verò supra Solem est collocatus, & aliquantò longius abest à terra, quia calor Martis non est temperatus, sed igneus. Quare ne suo calore immoderato omnia inflammet, estremotior. Inter hos maleficos planetas Saturnum & Martem, interie&tus est Iupiter stella benefica, quæ est temperatè calida & humida, & mittigat suo calore frigus Saturni, sua humiditate calorem Martis. Hęc est ratio theseos planetarum trium superiorum. Infra Solem tres planetæ collocātur, Venus, Mercurius & Luna. Sicut enim Saturnus & Iuppiter sunt consiliarij Solis, Mars quasi dux & bellator: ita blanda Venus est Oeconomia Solis, & Mercurius orator seū consiliarius in politia cælesti, & Luna quasi nuncius & tabellarius Solis. Vt autem Cancellarius raro abest à Principe, ita Mercurius nunquam discedit à Sole secundum longitudinem ultra gradus 28. Venus usque ad 50. gradus à Sole digreditur. Luna, quæ vicem ta bellarij sustinet, uno mense, & opponitur Soli, & coniungitur cum Sole, eundemq; aspicit tum quadrata tum triangulari irradiatione. Lunæ subiectus est hic mundus inferior elementaris, in quo supremum locum tenet ignis, cui succedit aér, reliquū spatiū circa centrum mundi occupat aqua & terra, quæ vnum globum constitunt, & ideo copulantur, quia nec terra propter siccitatem sine humore posset consistere, nec aqua haberet domicilium & alueum, si extra terram esset, siccum enim sine humore non conglutinatur, & humor sine siccо non consistit, vt in physicis dicitur.

2. Motus cæli.]

Hic nobis esset amplissimus campus expatiādi, sed vnum dabitimus exemplum de Sole. Sol semper manet in illa linea Zodiaci, quæ vocatur Eccliptica, neque ab ea discedit vel ad dextram vel ad sinistram. Est igitur Sol imago constantis principis, quem neque spes neque metus ab ullo honesto proposito potest dimouere. Deinde et si habet declinationem, tamen hæc quoque deflexio ab æquatore, certissimam habet metam. Nam maxima Solis declinatio est 23. graduum & 30. scrupul. Quando igitur Sol attigit has metas, quæ vocantur signa tropica, reflectit iter, & se conuertit ad oppositam mundi plagam.

3. Vices dierum & noctium.]

Quatuor sunt causæ huius vicissitudinis, vt Theodoreus docet in 1. Orat. de prouidētia. Prima est, vt varietas nos deleget. Magis

enim delectant nos desiderata, quā massiduē percepta. Alterā causa est, vt ex priuatione possimus aestimare habitum, & carendo discere quām carares sit lux. III. Vt nocturna quiete corpora hominum & iumentorum recreentur. Nam vt Poëta inquit: Quod caret alterna requie durabile non est. Item vt bestia carniuoræ noctū possint querere suum pabulum. Nam vt interdiu latent in suis spelæis: ita noctū venantur prædam. De hac causa præclarè differit psalmus 104. Posuit tenebras, & facta est nox, in ipsa reptabunt omnes bestię syluæ, catulileonum rugientes, vt rapiant & querant à Deo escam sibi, ortus est Sol & recolliguntur, & in speluncis suis cubant. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperā. Quartæ est, vt possimus distinguere tempora. Quia in æterna vita erunt perpetui dies, nulla erit nox. Nam sicut Deus est lux: sic æterna vita erit plena lucis, expers tenebrarum. Vt igitur possimus numerare septimanas, menses, annos, ordinata est hæc alternatio & vicissitudo dierum & noctium.

4. Vices temporum quadri-partitæ]

quitur: Aestas & hyems sunt duo extrema, & habent qualitates inter se extremè pugnantes, videlicet calorem & frigus. Cum autem omnis mutatio, præsertim subita ex contrario in contrarium sit naturæ inimica, & eam destruat: Deus inter æstatem & hyemem duo media interiecit tempora, post hyemem enim sequitur ver temperatè calidum & humidum. post æstatem autumnus, qui est frigidiusculus & humidus, & præparat nostra corpora, vt sensim assuecant tolerare sauitiam & asperitatem hyemis.

5. Perennitas fontium & fluminum]

interuallum est huius continui fluxus: ita nullus erit finis æternæ consuetudinis cum Deo, sed sine vlla temporis circuſcriptione fruemur aspectu Dei. Mirabilis autem res est ortus & perennitas fluminum. Ex monte pinifero in extremis finibus Voitlandiæ oriuntur quatuor magna flumina, & labuntur ad quatuor mundi plagas. Ex hoc enim monte oritur Sala, Menus, Egra & Naba. Sala labitur ad Septentrionem. Menus ad occasum, & prope Moguntiam labitur in Rhenum. Egra petit meridiem, Naba orientem, & miscetur Danubio.

Theodoreetus 1. oratione de prouidentia hoc ferè sensu de temporum vicibus quadripartitis lo-

Hæc est imago æternæ vitæ. sicut enim vnda pellit vndam, & fluctus trudit fluctum, & nullū

6. Distinctio

6. Distinctio specierum] est, quod ex homine homo, ex boe bos nascitur. Nec imbecillem aquilæ feroce procreant columbam.

7. Fœcundatio terræ] complectitur omnem illam varietatem frugum, fructuum, herbarum, plantarum, quæ singulis annis ex terra enascuntur.

8. συμπάθεια] significat naturalem consensum, seu concordiam, seu amicitiam, non legibus constitutam, sed à natura ortam & perfectam. ἀνπάθεια est naturale dissidium seu naturalis inimicitia & discordia, quæ nunquam potest reuocari in gratiam. Ut enim inter homines sunt concordia & discordia, amicitia & inimicitia: ita Deus plurimis rebus impressit consensum naturalem & dissidia naturalia. Quanquam autem non est huius loci & temporis prolixè philosopharide hac amplissima materia: tamen hortator sum studiolis, ut exempla συμπάθειας καὶ ἀνπάθειας requirant in Declamationibus Domini Philippi, & in Dialogo Erasmi de amicitia. Ac possunt sex gradus συμπάθειας & ἀνπάθειας, id est, naturalis amicitia & inimicitia docendi causa constitui. Primus est plantarum & membrorum corporis humani. Secundus plantarum inter se. Tertius, membrorum corporis humani. Quartus, bestiarum & plantarum. Quintus, bestiarum inter se. Sextus, gemmarum & metallorum.

Primus gradus latissime patet in arte medica, quia Deus singulis membris humani corporis, condidit remedia conuenientia, ut cerebro prodest amarus, vulgo Maioran: cordi Libanotis seu Rosmarinus: pulmoni hyssopus:epati & ventriculo absynthium: spleni teucrium. &c. &c sic deinceps.

Secundi gradus exemplum sit de olea & vite. Tāta est συμπάθεια cognatio naturæ, inter oleam & vitam, vt vitis insita olea, altero anno gignat & vuas & oliuas. Hanc imaginē proponit psalmus 128. de coniugio: Vxor tua, sicut vitis abundans in lateribus domus tua, filij tui sicut rami oliuarum in circuitu mensæ tuae. Comparat psalmus honestam & fœcundam matronam viti, liberos verd, oliuæ. Dicat aliquis, Cur non perseverauit psalmus in una metaphora, an non poterat comparare liberos viuis? Respondeo. Psalmus respexit ad hanc συμπάθειαν naturalem olea & vitis.

Tertijs gradus sit hoc exemplum de venis & arteriis. In toto cor-

pore iunctæ sunt & copulatae venæ & arteriæ, quia arteriæ communicat spiritum venis, & rursus ab eis accipiūt aliquid sanguinis, qua in re est proposita imago mutuæ communicationis inter homines.

Quarti gradus hoc sit exemplum: Serpentes ut oculis medeantur, querunt sceniculū, hirundines querunt chelidoniā, Schesbraut, Afini sentientes atræ bilis abundantiam, querunt asplenum, Hirschung.

Quinti gradus hoc sit exemplum: Aquila & cygnus inter se naturalem inimicitiam exercent, & quamquam cygnus non prouocat aut lacescit aquilam, tamen prouocatus plerunque est victor, quia Deus & leges magis fauent defensioni, quam offensioni.

Sexti gradus sit hoc exemplum: Inter adamantem & magnetem talis est inimicitia, ut adamas non finat magnetem ad se ferrum trahere, sed impedit sua præsentia vim magnetis, & tamen ipse adamas, quamquam iniustus, rumpitur hircino sanguine. Si quis plura exempla vult in promptu habere, legat orationem Philippi de sympathia & antipathia, & dialogum Erasmicum de amicitia.

Secunda demonstratio: Im-
possibile est, naturam intelligē-
Ci. 2. de Fi. tem oriri à bruta. Est autem ho-

mo natura intelligens, & qui-
dem in homine mens celerimè multa cogitat, & causas rerum &
consecutiones videt, & similitudines transfert, & disiuncta con-
iungit, & cum præsentibus futura copulat, omnemque comple-
ctitur vitæ consequentis statum. Ergo necesse est esse aliquid nu-
men præstantissimæ mentis, à quo hominum generi communi-
cata sit tanta celeritas cogitatio-
num, tanta memoria præteri-
torum, futurorum prouidētia,
tot artes, tantæ scientiæ, tot in-
uenta.

Quanquam tota rerum natu-
ratelitis est de Deo & prouiden-
tia: tamen præcipua testimonia
de hac sententia sumuntur ex na-
tura hominis. Secunda igitur de-
monstratio sumitur à natura mentis humanæ. Ac Maior manifesta
est, nec indiget declaracione, quia impossibile est effectū totū gene-
re præstantiorem esse causā: vel econtrā, causam esse deteriorem suo
effectū. Ad Minorem veniamus. Cogitate quanta sit celeritas
mentis humanæ. Magna est celeritas in motu cæli. Nam hæc tan-
ta machina intraviginti quatuor horas reuoluitur circa terram, &
redit

Iuxta regulam: Impossibile
est causam & effectum differre
toto genere.

redit ad suum principium, id est, ad orientem, sed longè Maior celeritas est humanarum cogitationum. Vno enim momento potes complecti cogitatione cælum, terram, mare, orientem, occasum, Septentrionem &c. Deinde quanta est capacitas memoriarum humanarum, quot verborum, quot rerum imagines quotidie mandantur memoriarum, & in eius thesaurum fideliter reponuntur. Omitto ceteras actiones mentis breuitatis causa. Tantum horror iuniores, ut diligenter considerent hæc duo, de quibus dixi, quām volucres sint motus mentis in cogitatione, deinde quanta sit vis memoriarum in tanta varietate rerum & verborum.

Tertia demonstratio. Impossibile est, discrimen honestorum & turpium, aut casu ex Democrati atomis, aut à natura bruta ortum esse. Est autem in mente humana hoc discrimen æternum & immotum. Ergo necesse est aliquam esse mentem architectricem, discernentem honesta & turpia, & eam suspiciendam admissam. Hæc demonstratio rursus haustarum ex fontibus naturarum humanarum, quæ certè præcipuum testimonium dicit de Deo & prouidentia. Ut igitur superior demonstratio sumitur ex natura mentis: ita hæc considerandum proponit discrimen honestorum & turpium, quod est διάφαγμα septum quoddam transuersum, dirimens recta à prauis. Estq; hoc septum adamantinum, quod nulla vi labefactari, & inquam dimoueri loco potest.

Quarta. Notitia naturales sunt veræ.

Esse Deum naturaliter omnes fatentur.

Hæc igitur notitia vera est.

Obiiciat hic aliquis exemplum Cyclopis apud Homerum & Euripidem, qui gloriatur se nulla expauescere numina &c. Respondeo. Etiam si Epicurei, Cyclopes & alij homines moribus & cultu barbari verbis negent Deum, tamen in corde & in conscientia tacite confitetur esse Deum, & fore iudicem humanarum actionum, tam bonarum quām malarum. Ipsa igitur abnegatione Deum esse testantur.

Minorem huius demonstrationis confirmat Cicero in 1. Tusculana his verbis: Firmissimum hoc asserri videtur, cur Deos esse

credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuuerit Deorum opinio. Multi de diis prava sentiunt (id enim vitioso more effici solet) omnes tamen esse vim & naturam diuinam arbitrantur. Nec verò id collocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus. Omni autem in re, consensio omnium gentium lex naturæ putanda est. Et in 2. de natura Deorum: Omnibus innatum est, & in animo quasi insculptum, esse Deos: quales sint, varium est: [ide est, variae sunt opiniones] esse, nemo [sanus aut non Cyclopicus] negat.

Idem in 1. de legibus, hanc memorabilem sententiam ponit: itaque ex tot generibus nullum est animal, præter hominē, quod habeat notitiam aliquam Dei. De ipsis quidem hominibus nulla gens est, neque tam immāsieta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciāt.

Cum autem quorundam hoc tempore tanta sit petulantia, vt non dubitent affirmare, notitiam Dei penitus ex corde hominis deletam esse, recitabo aliquot testimonia probatorum scriptorum contra istos, quos non necesse est prolixè refutare. Nam pauci sunt & indocti, qui vel sua sponte tacebunt, cum se intelligent, nihil proficere, vel eruditorum omnium consensu, cum monstrosis suis clamoribus reiicientur.

cij diuini reuerentiam. Ideo volūt ex se alios aestimare. Sed absit hoc ab humana mente, vt dicamus, siue in carmine, siue in soluta oratione penitus deletam esse in corde humano notitiam naturalem. Fateamur in hac natura magnas esse tenebras, & tristem caliginem. Et tamen haec non sunt ita hyperbolice exaggeranda vt transformemus hominem vel in truncum, vel asinum, vel Diabolum. Homo post lapsum est misera creatura, sine Mediatore, sed non est ideo asinus, truncus aut Diabolus. Ego non personas odi, sed petulantiam

Immanitas opponitur humana nitati.

Iantiam & malitiam non humanam sed Diabolicam, perfectio odio odi, non propter me, sed propter gloriam Dei & veritatem, ut commune bonum Ecclesiæ. Ego scio metas amicitia, & inteligo quatenus sint diligendi amici, & ita diligo homines, ut eorum tamen non diligam errores.

Tertullianus in Apologetico. Anima licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine [ex morbo] & sanitatem suam patitur, & Deum nominat, & iudicem contetur illum, Deus videt, & Deo commendato, & Deus mihi reddet [premium vel malum. Sunt verba μυητικά.] Hoc testimonium animæ naturaliter Christianæ. Denique pronuntians hæc, non ad Capitolium [arcem Romanam] sed ad Loquitur de naturali & physica notitia, non de Euangelica.

Nazianzenus in 2. oratione περὶ θεολογίας, pag. 199. Deum esse causam omnium rerum efficientem & conseruantem, non modò aspectio operum mundi, sed etiam lex naturalis testatur. Ut enim sensus oculorum intuetur omnia inter se connexa & apta, & immobiliter [id est, immutabiliter, perpetua lege.] ut sic dicam, mota, ita lex naturæ ex rebus pulcerimè ordinatis, ratiocinatur esse aliquem architectum tantum operis & muneris.

Lutherus in enarratione 1. cap. Ionæ. Omnium hominum mentibus hoc insculptum est, ut cognoscant esse Deum, & naturalis ratio, quæ communis est omnium hominum, sentit, diuinitatem esse excellens & maximū quidam præ omnibus creaturis. Cuius rei hoc argumentum habes, quod hi Ethnici Deum inuocant, quibus nihil prædicatum

Idem est quod nos sæpe dicere solemus: Duplex lumen inditum est humanæ menti: lumen simplex, quod sit Deus: & ratiocinatio colligēs vestigia Dei impressa creaturis.

In Dialecticis dicitur. Valet cō sequentia ab est tertij adiecti, ad est secundi adiecti in posituus, ut Ferdinandus est Imperator Romanus. Est ppositio habes. Est tertij adiecti, quia habet subiectum, prædicatum & copulam: Subiec-

est de Deo. Nam si prorsus nulla fuisset cognitio Dei in eis, quomodo in necessitate inuocasent Deum, aut clamassent ad eum? Idem capite 40. Esaiæ. Habetis naturaliter aliquam cognitionem de Deo, alioqui non coleretis Deum in idolis.

Nam si nihil esset, cur eum inuocares? Addit autem Lutherus particulam Aliquam, ne quis faciat ex scaldo nauem. Plura enim requiruntur ad perfectionē nauis quam scalmus. Ita non valet consequentia. Nos tribuimus aliquid notitiæ naturali, ergo confundimus eam cum doctrina Euangelij.

Sed quid attinet in rebus tā apertis plura requirere?

Piger aut frigidus, non vehementer commoueatur vellegens vel audiens exempla fanaticorum hominum, quorum tanta est immanitas & furiosa audacia, vt non dubitent ex suis & alienis pectoribus delere notitiam Dei naturalem, quæ est fons omnium legum honestarum, & est præcipuum vinculum humanæ societatis. Quid sunt iuramenta, sublata & extincta notitia Dei? Sed quoniam ad officiū eorum, qui in Scholis aut templis docent, pertinet, contradicere veteribus & recentibus furoribus, ideo breuiter attingere hæc volui, ne applaudant adolescentes illis doctoribus, qui lumen simplex opprimere atque extinguere volunt, quod perinde est, ac si quis homini tribuat facultatem numerandi, & tamen neget eum habere naturalem notitiam, de distinctione vnitatis & multitudinis. Nemo potest numerare res aut multiplicare, aut diuidere, aut alia opera arithmeticæ facere, nisi primum à natura habeat insitam notitiam, quod ingens sit discrimen intervnum & multa. Nam ex hoc fonte omnis numeratio hauritur. Ita si non fulgeret in nostra mente aliquod lumen simplex, quomodo posset institui ratiocinatio obseruans & quærens vestigia Dei impressa in totarum natura?

Quinta demonstratio. Post atrociascelera sequitur ingens dolor, quem et si audacissimi, & humana potentia probè muniti,

stum est Ferdinandus, copula est verbum substantiuum, Prædicatum, Imperator Romanus. Igitur valet consequentia ad est fecundi adiecti, Ferdinandus est. Ita si tu Deum inuocas, petis ab eo auxilium etiam extra Ecclesiam, hoc ipso facto ostendis esse Deū.

Nam si nihil esset, cur eum inuocares?

Non libenter versor in refutatione manifestorum mendaciorum. Quis enim nisi extremè

Xenophon in 8. παιδ.

excutere

excutere conantur, vincit tamen quædam vis arcana, quæ punit sceleratos. Est igitur numen, quod discernit iustos & iniustos. Hæc demonstratio fit illius, consideratis exemplis, quæ in Suetonio & Liuio recitantur. Ita enim de Nerone interfectore matris scribit Suetonius in Nerone. Neque tamen parricidij conscientiam, quam & militum & Senatus, populi gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut vñquam postea ferre potuit, saepe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum ac tædis ardentibus, quin & facto per Magos sacro euocare manes [*animam matris*] & exorare tentauit.

De Philippo patre Persei & Demetrij, Liuuius ad hunc modum scribit [libro 10. Decad. 4.] Philippus post necem filij Demetrij, animo magis quam corpore æger, curisque & vigiliis (cum identidem species & vmbra insontis interempti filij, eum diris agitarent) extintus est, cum execrationibus Persei. Hæc exempla congruant ad dictum Senecæ [lib. 16 epistolarum] Multos fortuna liberat pœna, neminem metu.

Reges & principes sunt collocati in tanto fastigio, ut nemo inferiorum aut æqualium possit de eis supplicium sumere. Sed tamen nulla est tanta fortuna, tanta potentia, quæ posset sceleratos liberare metu & paucoribus conscientię, vnde Lutherus: Es ist kein argney in der Apoteck/welche diesen nagen den Wurm kündte stillen. Summā historiæ de Philippo patre Persei & Demetrij breuiter recitabo, vt iuniores locum totum in Liuio diligenter legant. Duo fuerunt Philippi reges, prior & posterior. Prior fuit pater Alexandri Magni, de quo nunc nihil dicimus. Posterior fuit pater Persei & Demetrij. Demetrius fuit excellens virtute, & propter excellentiam virtutis successio regni ad eum omnium suffragiis deferebatur. Perseus fuit maior natu, & monstrosus homo, non dissimilis Cain, Ein blut hundt. Cum igitur videret Perseus fratrem Demetrium valere gratia & autoritate, non modò apud populum, sed etiam apud patrem, infidias fratri struxit, & calumniis de-

Iuuenalis. Nec tamen hos tu euafisse putas, quos diri cōscia facti

Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit.

Diabolorum Furiæ significat Poëtic Diabulos.

formatum in suspicionem affectati regni apud patrē adduxit. Hæc suspicio nimis cæca impulit Patrem, ut permitteret interfici innocētem iuuenem Demetrium, quo factō & pater mœstitia extinctus est, non aliquo corporis morbo, & Perseus parricida paulò post moto bello contra Romanos, pœnas parricidij persoluit. Ductus est enim in triumpho à Paulo Aemilio consule Romano, ac tandem in carcere mortuus est. Filij eius Romæ sunt facti Scribæ. Seneca. Non sic Lybicis Sirtibus æquor, furit alternos voluere fluctus, ut præcipites regum casus fortuna rotat.

Sexta. Politica societas non est omnis multitudo, sed cœtus iuris consensu & utilitatis communione consociatus. Nec verò posset hæc societas in tantis confusionibus & furoribus hominum & Diabolorum durare, nisi Deus sua potenti dextra tue retur. Est igitur Deus, cuius opera & auxilio multò magis hæc societas, quam ratione hominum & consilio gubernatur.

Cicer. pro
Rabirio.

Acluent in societate hac sapientia & iustitia Dei & bonitas erga genus humanum: Sapientia ostendit ordo, qui est discriminatio virtutis & vitiorum, & consociatio hominum per legitima imperia, & contractus miranda sapientia ordinati. Deinde iustitia Dei conspicitur in pœnis, quia Deus regulariter atrocias delicta punit atrocibus pœnis in hac vita. Conspicitur & bonitas Dei erga genus humanū, quia sicut stellarum motus sua potentia conseruat, sic quantum ordinis in hac confusione humanæ na-

Cicero in 3. de Repub. citante Augustino de ciuitate Dei. Vtinam extarent integri libri Ciceronis de Republ. Fragmenta quædam sunt conseruatum ab aliis, tum etiam ab Augustino in libris de ciuitate Dei. Decimus octauus liber Augustini prodest iis, qui delestantur lectione Metamorph. Ouid. Eo in loco multæ fabulæ allegoricè explicantur.

Ordo est opus naturæ sapientis, Notitia numerorum est fons ordinis, In brutis non est intellectus neque numerorum notitia, Igitur non est ordo.

Nero fugiens, cum Magistratus eum vellet rapere ad suppliçium, sibi necem consciuit, Ist sein selbst Henker gewesen. Philippus mœstitia & dolorib⁹ consciétiæ extinctus est. Perseus captus à Romanis, mortuus est in carcere. Hæc exéplasi considerarent naturæ

tur et manet, id omne à Deo ve-
rè & efficaciter conseruatur.
psal. 147.

Septima. Quicquid moue-
tur, ab alio mouetur. Non est
autem infinitus processus in
mouentibus & motis. Nam in
infinito nihil est nec summum,
nec infimum, nec medium, nec
ultimum, nec extremum. Ne-
cessere est igitur ad eam causam
deuenire, quæ increata & immo-
bilis, alia omnia moueat & ge-
neret.

creatis, sicut dicitur Iohan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, quæ facta
sunt. Non autem est processus infinitus, in hac serie & systemate mo-
uentium & mobilium, quia videmus ex terra nasci arbores, in ar-
boribus fructus. Ipsa autem terra foecundatur calore Solis & tem-
pestiuſ pluuiiſ. Cælum quoque habet alium motorem, à quo agita-
tur & impellitur. Quare necesse est nos tandem peruenire ad aliquā
ultimoſ & primam causam, quæ est increata & immobilis, & tamē
aliis rebus motum impertit. Quod si esset infinitus processus in cau-
sis mouentibus, nullum possemus animaduertere initium aut me-
dium, aut finem per definitionem infiniti.

Octaua. Creaturæ directæ sunt ad certos fines & vſus seruientes ho-
minū generi. Nam aliæ sunt nu-
trimenta corporis humani, aliæ
medicamenta certorum mor-
borum, nonnullæ instrumenta
actionum œconomicarum &
politiarum, quædam res nascé-
tes gignunt, fount, & humanis
vſibus attemperant. Hanc mi-
randam distributionem rerum
cælestium & inferiorum, quarū

ſtri Principes, fortassis modera-
tiores interdum effent.

Videtur hæc demonstratio iu-
nioribus obscurior, sed non est
obscura iis, qui prima initia do-
ctrinæ physicæ gustarunt. Aristo-
teles in 8. physicorum, disputans
de Deo, quem vocat primum mo-
torem, hac demonstratione vti-
tur. Quidquid mouetur in tota
rerum natura, aliunde moue-
tur: nihil est enim causa sui ipfius.
Hoc axioma intelligatur candi-
dè, non cauillatoriè, de rebus

Hæc demonstratio est popu-
laris, quæ ab omnibus etiam in-
doctis potest intelligi, & sumpta
est ex causis finalibus, & est ami-
plissima & vberrima, nec potest
integre declarari in tanta tem-
poris breuitate. Sed declaratur
copiosissimè à Galeno in libro
de vſu partium humani corpo-
ris, & in libris de facultatibus a-

singulæ ad certos vsls profuturos homini ordinatæ sunt , impossibile est aut casu extitisse , aut fortuitò manere. Necesse est igitur consilio architecti factū esse.

limitorum & remediorum. Nos ex magno cumulo paucitatù exempla eligamus. Omnes res in natura corporea & visibili sunt conditæ ad vsls humanos , qua ex re potest intelligi , quantus sit Dei amor erga genus humanū.

Sunt autem quatuor fines præcipui , propter quos omnia corpora cælestia & inferiora à sapiente & beneficentissimo architecto facta & constituta sunt.

Primus finis est , vt sint nutrimenta seu alimenta humanorum corporum , quo ex genere sunt fruges & fructus , vt triticum , olyra & hordeum quotidie nutriunt nostra corpora , siue in cibo , siue in potu. Fructus nascentes in arboribus secundum locum tenent inter nutrimenta.

Secundus finis eit , vt aliqua corpora sint medicamenta certorum morborum , vt Rhabarbarum omnibus notum , suauiter educit & euacuat ex corpore flauam bilem , & aperit obstruktionem epatis , Agaricum euacuat phlegma. Sed non licet mihi ingredi in hunc cāpum amplissimum , videlicet in commemorationem remediorum , quorum copia & varietas ostendit , Deum esse amantem vitæ hominum , & non delectari morte. Singulis enim membris singula remedia sunt attributa. Quædam etiam simul sunt nutrimenta & medicamenta , vt amygdalæ , laetucæ , vinum , quæ simul nutriunt & sanant.

Tertius finis est , vt aliqua corpora sint instrumenta seu organa actionum cœconomicarum & politicarum , vt metalla & iumenta , vt asini , equi , sunt instrumenta rei rusticæ. Certè non possumus colere agros & metere fruges sine ferro. Non possumus magnas moles importare aut exportare sine ministerio iumentorum.

Quartus finis est , vt quædam corpora , cuiusmodi sunt cælestia & meteora , gignant , foueant & conseruent res nascentes ex terra. Sol & homo generant hominem , vt inquit Aristoteles 2. physicorum. Hoc dictum intelligatur de causis secundis , à quibus non excludimus causam primam. Meteora quoque valde profundunt ad fruges conservandas & fouendas , vt tempestiuæ pluviæ . Sed non necesse est colligere omnia quæ de hac sententia dici possunt. Legant studiosi Ciceronem lib. 2. de natura Deorum.

Nona.

Nona. Certò monstrantur futuri euentus non modò per eclipses & meteora, vt sunt Cometæ, chasmata, terræ motus, parelia, quorum significaciones expōnunt Aratus in *φαινομένοις*. Ptolemaeus in 2. quadripartit. Plinius sparsim & alij: sed etiam per vaticinia Prophetarum in vera Ecclesia. Necesse est igitur aliquam mentem esse præuidētem & præmonstrantem euenitus, qui à nulla creatura prospici possunt.

Hæc argumenta non referantur ad inanem speculationem, sed confirment in bonis mentibus astensionem de prouidentia, & piam reverentiam erga Deum. Quis enim non timeat omnia præudentem & cogitatem, & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putantem Deum? Quis non diligit hunc Conditorem, tam beneficium, generique hominum amicum? Quamobrem cogitatione horum argumentorum exuscitur in nobis timor Dei, dilectio & gratiarum actio, cùm procerteris beneficiis omnibus, tum pro remediorum copia, quæ ostendit hominum vitam Deo curæ esse.

aëre talis species terribilis oculis hominum à Deo obiicitur, vt admoneantur de futuris mutationibus. Vidimus etiam intra paucos annos multa chasmata, quæ certè significant distractiones Doctorū in Ecclesia, & Principum in Repub. De terræmotu inquit Plinius

Ptolemaeus in secundo quadripartiti, & in ipso centiloquio primas partes significationum physicarum tribuit eclipsibus, quarum effectus sunt certissimi & minimè fallaces. Proximas assignat Cometis, traiectionibus, chasmatis, pareliis, & terræmotibus. De eclipsibus res manifesta est. Nam perpetua historia mundi & quotidiana exempla ostendunt & testantur, omnes eclipses Solis & Lunæ denūciasse humano generi maximas pœnas, vt pestem, bellum, famam, particularia diluvia. Post eclipses proximus locus tribuitur cometis, qui significant non solum æstus inusitatos seu fccitates, sed etiam bella & ea mala, quæ comitantur bella, id est, magnas commutationes Reipub. Videlimus nostra ætate multas Cometas, quæ autem acciderint, & iam versentur ante oculos, nemō est qui ignoret. Chasma significat Voraginem seu hiatum cæli. Cicero ita interpretatur in 2. de diuinat. Cùm cælum discessisse visum est. Non imaginemur cælum hiare seu discedere, sed in

lib. 2. grauissimè: Non tantum malis est in ipso motu terræ, quantum in ostento [*in significacione.*] Nunquam enim vrbis Roma tremuit, vt non alicuius futuri euentus id esset prænuncium. Parelia, id est, multi Soles seu imagines falsæ Solis, significant malas artes & sophismata, quæ struuntur veritati, partim in Ecclesia, partim in Republica. Sicut enim illæ imagines fallaces & simulacra ludificantur hominum oculos, ita præstigia sophismatum corrumpunt doctrinam Ecclesiæ, & omnia politica cōfilia. Nunc de vaticiniis Prophetarum dicendum est, de quibus breuiter aliquid commemorabimus.

Eusebius li. 6. præparationis Euangelicæ valde vrget hanc demonstrationem contra Ethnicos, & inter alia exempla hæc quatuor colligit.

Primum exemplum.

3. Regum 13. & 2. Paralip. 34. Post mortem Salomonis decem familiæ seu tribus auulsæ sunt à reliquis duabus, à tribu Iuda & Benjamin propter idolatriam Salomonis & libidines. Hæc diuulsio seu distractio peperit perpetua bella ciuilia, inter duas tribus & regnum decem tribuum, nec tantum causa fuit bellorum, sed etiam mutauit religionem. Nam Ieroboam primus rex Israël, vt in officio contineret populum, collocauit duos vitulos aureos, vnum in Bethel, alterum in Dan, & conduxit Sacerdotes & Leuitas transfugas ac defortores, vt ibi sacrificarent, atque ita retinerent populum, ne discurreret in Iudeam ad quærendum templum. Cum ita sacrificaret Ieroboam, venit vir Dei, id est, Propheta ex tribu Iuda, & magna voce exclamat: O altare, altare. Orietur domui Iuda Rex, nomine Iosias, qui non tantum euertet hæc altaria, sed etiam Sacerdotes mandabit, cuius meæ prædictionis hoc est signum: Altare ipsum scindetur, & effundetur cinis. Habes prædictionem. Quot anni numerantur ab hoc tempore Ieroboam usque ad Iosiam? anni trecēta aut circiter. Nam huic prædictioni respondit euentus anno 12. Iosiae, & vicecimo ætatis eiusdem. Quid est autem in hoc vaticinio tam mirabile, quam quod ante natum Iosiam, non tantum prædictum factum seu euertus, sed etiam nominatur rex Iosias executor decreti diuini?

Secundum exemplum Esaiæ 45.1. Esdræ 1.

Esaias cap. 45. annis ducentis, vt minimum, ante euentum nominatum prædicat fore, vt Cyrus rex Persarū cōcedat populo redditum

ex Babylone in patriam, & ei restituat vasa templi, & omnibus rebus instruat, quæ sunt necessariæ ad instauratem templi & vrbis. Si tantum prædiceret Esaias euentum, magnum quiddam esset, sed addit etiam (quod est magis mirandum) nomen Cyri, quem Cores appellat. Euentus autem describitur 1. Esdræ 1. Nam Cyrus rex Per-sarum non tantum concessit populo redditum, sed etiam vasa templi restituit, & omnibus rebus instruxit, quæ fuerunt necessarie ad instauratem templi & vrbis.

Tertium exemplum.

Ieremias 25. & 29. constituit certus numerus annorum, quibus exulauit tribus Iuda in Babylone. Vbi euentus describitur ? 1. Esdræ 1. in capite 25. Ieremias cōstituit certum numerum annorum, quādiu sit duraturum exilium, videlicet annos 70. In cap. 29. addit circumstantias. Tres tantum erunt reges in Babylone: Nabugdonosor, filius eius & nepos. Filius fuit Eulmerodach pius rex, nepos fuit Bal thasar. An non hoc est magnum, constituere numerum, & insuper recensere tres reges ordine usque ad finem exitus? Hæc certè sunt diuinitus monstrata.

Quartum Daniel 9.

Daniel non tantum concionatur de venturo Messia & eius beneficiis, de æterna iustitia, ut ceteri Prophetæ, sed etiam constituit certum numerum annorum, intra quos Messias venturus erat, & futurus victimæ pro genere humano. 70. hebdomadæ non dierum sed annorum, constituant annos 490. Quæritur quod sit initium, quis finis suppurationis? Magna est doctorum in Ecclesia de hac re dissensio, sed nos sequamur autoritatem præceptoris D. Philippi Melanthonis, qui in Chronico suo, & in explicatione Danielis, incoat suppurationem à secundo anno Longimani, & finem constituit in Pentecoste, quæ secuta est resurrectionem Domini. Hac suppuratione simus contenti, nec quæramus in scirpo nodum. Quod autem euentus responderit huic prædictioni, testantur quatuor Euangelistæ & Acta Apostolorum.



Refutatio præcipuæ obiectionis contra prouidentiam.

C A P V T VI.

Nrebus secundis facile est habere hanc persuasione, quod Deus adsit humano generi, & ei bona imperiat, sicut declarant voces, quibus multe vtuntur in magno fauore fortunæ: Deus adest, Deus hinc habitat. Sed in rebus aduersis, id est, in magna vi tempestatum & cōcursu calamitatum firmiter statuere, Deum curare genus humanū, Hoc opus, hic labor est, ut inquit Poëta. Quare admodum necessaria est non solum doctrina hactenus tradita de prouidentia, sed etiā solutio præcipue obiectionis contra prouidentiam, quæ non est exegitata ab otiosis ingeniosis, sed agitur & sentitur à nobis ipsis, quoties calamitates magno impetu in nos irruunt. Sic enim argumentamur in medio mari inter fluctus & procellas: Si Deus curaret genus humanum, bonis bene esset, & malis male. Videmus autem bonos plerunque opprimi etiam in optima & iustissima causa, contrà verò malos florere & dominari, & spiritus altos gerere, & ita grassari inter homines, quasi nullum restet iudicium Dei. Discamus igitur solutionem huius argumenti in tranquillitate & pace, ut hoc remedium possimus opponere nō ludis & præstigiis sophismatum, quæ facile possunt contemni, sed veris doloribus, qui in corde sentiuntur.

Magna pars libri Salomonis, qui inscribitur Ecclesiastes, recitat hanc obiectionem, quæ videtur aduersari prouidentiæ, & addit breues responsiones de iudicio Dei:

Prouidentia distribuit iustis præmia, iniustis pœnas.

Bonis autem in hac vita plerunque male, & malis bene est.

Non est igitur prouidentia.

Non debet separari iustitia à prouidentia. Prouidentia semper est coniuncta cum iustitia, quæ est æqualitas tribuens vnicuique quod suum est. Salomon filius Dauidis, rex sapientissimus, scripsit tres libellos

bellos dulcissimos & vtilissimos, quorum primus continet prouerbia, id est, sententias seu precepta primæ & secundæ tabulæ de omniu[m] virtutum officiis, in primis vero de timore, de fide & de patientia in ærumnis. Hunc libellum prouerbiorum nunquam debent adolescentes ponere de manibus, sed semper tractare, & vt ait Horatius, nocturna versare manu, versare diurna. Secundus libellus vocatur Ecclesiastes, ab Ἐκκλησίᾳ. Fuit enim Salomon non solum gubernator politicus, sed etiam doctor Ecclesiae, vt testantur eius scripta, & ipse se nominat in principio huius libri Ecclesiastes. In hoc libro non traduntur præcepta de agendo, sed consolatio, qua[rum] est asseueratio de prouidentia. Estq[ue] necessaria contra varios ventos & tempestates, quæ nobis obiiciuntur tanquam impedimenta nostræ vocationis. Nulla est vocatio tam parua, in qua non multa impedimenta, terriculamenta & multæ remoræ obiiciantur. Alium premit paupertas, aliud contemptus & odia potentum, aliud exercet calumniæ fratum falsorum, denique multa sunt incommoda in toto genere humano. Quid igitur agendum est? Estne deserenda vocatione, & aliud vitæ genus querendum? Profectò sape discedimus in hac cogitationem, vt existimemus omnino deserendam esse stationem, & aliud, itæ genus amplectendum esse: sed ab hac tristissima tentatione nos reuocat Ecclesiastes Salomonis, affirmans esse prouidentiam, & restare iudicium Dei post hanc vitam, in quo Deus tanquam iudex iustissimus vnicuique æqualia tribuet, iustis præmia, iniustis poenas. Ita enim concludit totum librum, Deus adducet omnia in iudicium, siue bona siue mala. In hoc igitur iudicium intuentes, magno animo brevia incommoda feramus. Hæc non est puerilis doctrina, sed grauissima & valde salutaris, præfertim iis, qui sunt in gubernatione. Tertius libellus Salomonis vocatur Cantica Cantorum, Das hohe Lied Salomonis. Est autem hic liber pulcherrimum epithalamium, id est, carmen nuptiale Christi & Ecclesiae, in quo sunt multa dulcissima n[ost]ra, & tamen mixta sunt simul tristissima n[ost]ra. De quibus nunc non est dicendi locus,

Hoc argumentum Cicero in 3. de natura Deorum sic recitat: Telamo uno versu locum totum conficit, cur Di[us] homines negligant. Nam si curent, bene bonis sit, male malis, quod nunc abest. Ut enim nec domus, nec Respub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea neque rectis factis præmia extent, ne-

que supplicia: sic mundi diuina in homines moderatio profectò nulla est, si in ea discriminè nullum est bonorum & malorum.

Huius argumenti solutio ignota philosophiæ, diligenter & re-ctè discenda est ex doctrina Ecclesiæ, quæ primù ex Legerespō-det: atrocia delicta puniri atro-cibus pœnis, vel in proprio cor-pore, vel in semine, id est, in po-steritate. Quāquam enim Diony-sius maior, qui ad impietatē in Deum, in homines adiunxe-rat iniuriam, in suo lectulo mortuus, in tyrannidis rogum illatus est, eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi iu-stam & legitimam, hæreditatis loco filio tradidit: tamen Diony-sius iunior propter sua & patris scelera graues iustasque pœnas hac etiam in vita persoluit. Plenæ sunt historiæ exemplis calam-itosarum familiarium, vbi paren-tum scelera pœnas posteris at-traxerunt, quæ in plurimos va-gatæ sunt, & totas absumperūt stirpes, aut perpetuis exiliis dis-sipauerūt, quale est exemplum Oedipi Thebani & similium.

Generationi restorum benedicetur. Quanta fuerit petulantia Diony-sij maioris, prolixè narrat Cicero 3. de natura Deorū, in fine. Quem locum Studio si legant ipsi, si non propter aliam causam, saltem propter splendorem orationis. Quanta fuerit Dionysij iunioris petu-lantia, narrat Athenæus. Qui quidem quatuor gradibus depingit initia & progressum & finem petulantia. Primus gradus est τρυφὴ, id est, luxus. Secundus est κόπος, id est, satietas & fastidium. Ter-tius, ἔλεις, petulantia. Postremus ὀλετρός, ruina. De Oedipo nota sunt narrationes Sophoclis,

Deinde, Ecclesia ex Euangeliō respondet. Etiam si differuntur pœnae & præmia: tamen restat aliud iudicium, in quo distribuen-tur præmia & pœnae non mométanæ, sed perpetuae & durabiles. Quod autem iustos aliquandiu

vt Ieremiam & alios.

finis

Exodi 20. Ego Dominus for-tis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.

sinit affligi Deus, causa est, quia in his hæret peccatum. Vult autem Deus agnoscere iram suam in Ecclesia aduersus peccata, ideo subiicit eam cruci. Hac solutione ita confirmandi sunt animi, ut eos etiam contemnere possumus, qui nos sic sentientes derident.

Hæc solutio traditur in fine libri Ecclesiastis cap. 12. Deus adducet cuncta in iudicium, siue bona sint, siue mala. Dicat aliquis Epicureus, Fortassis est inanis fabula prædictio futuri iudicij. Audi. Nonne historiæ testantur ea euenisce, quæ prædixit vox diuina ab initio usque ad hanc ætatem? Deus prædixit diluuium voce & ministerio Nohæ, & distulit hanc tristissimam pœnam annos centum, voluit enim concedere hominibus misericordiam spatiū ad conuercionem. An non secutum est diluuium prædictionem diuinam propositam à Noha Patriarcha? Quod etiam gentium historiæ testantur euenisce. Idem Deus prædixit seriem quatuor Monarchiarum. Annon historiæ testantur, ordine fuisse has quatuor Monarchias? Nonne Daniel prædixit veturum esse Mahometen & Antichristum Pontificem Romanum? An non videmus ante mille annos ferè respondisse euentum vaticinio Danielis? Daniel cap. 9. & Christus Luc: 19. prædixerunt excidium Ierosolymitanū: Annon post annos 40. à resurrectione Christi, Vespasianus pater, & filius eius Titus funditus deleuerunt politiam Iudaicam? Quanquam autem saepe conati sunt Iudei instaurare urbem & templum: tamen diuinitus repressi sunt. Si igitur ipso res conuincit te, ut fatearis prædictiones diuinæ non fuisse inanes, sed veras, quid causæ est, cur dubites paulo post secuturum esse universale iudicium toties prædictum à Prophetis, Christo & Apostolis, & ab ipso Enoch, qui vixit ante diluuium, teste epistola Iudei, in qua citantur verba Enoch? Hæc non frustra dico, sed quia præsens tempus, id est, senecta mundi nos de talibus rebus admonet.

Nam officium docentis est, non modò docere, sed etiam monere & hortari ad pietatem & timorem Dei.



EXPLICATIO TEXTVS IN LO.
CIS THEOLOGICIS PHI-
LIPPI MELANTHONIS
DE CREATIONE.



ON sit molesta nobis & iniucunda hæc repetitio, quia bonarum rerum nulla debet esse satietas, & quidem articuli de creatione & prouidentia tanta est amplitudo, vt nulla cogitatione, nulla eloquentia possit exhauiiri. Non igitur simus fastidiosi in hac repetitione earundem sententiarum, sed potius agamus Deo gratias, quod & in verbo suo, & in scriptis hominum piorum toties eandem doctrinam proponit, repetit & inculcat, quia profectò repetitio est confirmatio quædam. Nec possunt præcepta cuiusque doctrinæ subitò adhærescere memoriam & iudicio, nisi subinde ad calculos vocentur, & quasi in succum nostrum assiduitate repetitionis conuentantur.

Voluit Deus innotescere]

Est axioma Theologicum, id est, non latere voluit Deus in sua arcanaluce ignota creaturis.

Miram artem adhibuit]

Euripides, citante Plutarcho, in libro de placitis philosophorum:

κοσμὸς ἐσὶ καλὸν ποίκιλη τέχνη σοφῆς, id est, Mundus est opus magna varietate distinctū & ordinatū à sapiēte architecto. *Καλὸν*, secundum Aristotelem in libro de Poëtica, cōsūltū in duabus rebus: 1. in magnitudine. 2. in ordine. Quidquid igitur est magnum & ordinatum, dicitur *καλὸν*. Mundus etsi est finitus, tamen valde similis est infinito, vt Plinius loquitur. Quod sit ordinatus mundus, testis est experientia. *ποίκιλός*, id est, varius, distinctus, vt Athenis fuit *ποίκιλη σόζει*, id est, porticus variata, ubi fuerunt multæ tabulariæ continentes trophæa, triumphos, pugnas Themistoclis & aliorum. Mundus est *ποίκιλη*. id est, opus variatum, magna varietate distinctum. Plinius de Apelle narrat, illum proposuisse pulcherrimam tabellam spectandam prætereuntibus & viatoribus, & magna patientia audiuisse iudicia diuersorum artificum de sua pictura. Stetit autem post tabulam abditè latens ne posset confisci. Cùm igitur quidam

quidam Sutor de calceis recte iudicasset, & vellet ultra iudicium progrederi, ibi impatiens huius importunitatis, sutorum allocutus est his verbis: Sutor ne ultra crepidam. Ita cogitemus Deum proposuisse hunc mundum tanquam tabulam, nec procul abesse, sed audire & vide-re quid quisque sentiat de Deo, de verbo & de operibus ipsius. Nostrum verò est non temere nobis sumere iudicium de tanto artifice, quem recte Euripides nominat *τέκτονα σοφὸν*.

Vestigia Dei impressa natu-
ra]

Hactenus exordium, quod du-
citur à collatione duorum ope-
ram diuinorū. Primum est crea-
tio rerum ex nihilo. Secundum est patefactio Dei in Ecclesia. Magnū
opus est rerum fabricatio, sed longè maius beneficium est, quod
Deus se non tantum in creatione, sed etiam promulgata Lege, & e-
dita voce Euangelij, ac toties repetita & illustrata patefecit, & in hac
suam essentiam & voluntatem nobis monstrauit. Valde venusta sunt
exordia, quæ sumuntur à collatione.

Est autem articulus de crea-
tione]

Prima circumstantia creatio-
nis, quod creatio sit commune
opus trium personarum.

Verbo Domini]

Athanasius in libro *contragē-
tiles*, non procul à fine, interpre-
tatur Verbum de Filio Dei, & Spiritu oris diuini de Spiritu sancto:

Quare vtitur psalmus vocabulo exercitus? Est pulcherrima me-
taphora in vocabulo exercitus. Sicut enim in exercitu sunt gradus
personarum: Suprema persona est Imperator, postea sequuntur aliæ
personæ ducum & militum, tribunorum, centurionum: ita magnū
discrimen est inter stellas fixas & planetas: Stellarum fixarum aliæ
sunt primæ magnitudinis, quarum magnitudo superat terræ mo-
lem centies & septies, tales sunt numero 15. vt oculus Cancri, cor
Leonis, spica Virginis, cor Scorpij, Sirius, Arcturus & quedam aliæ.
Deinde sequuntur minores stellæ, sed tamen & ipsæ conspicuæ & il-
lustres. Inter planetas & dux & moderator est Sol: qualis autem sit
potest longum nunc repetere. Quando igitur legitis in psalmis & Pro-
phetis, Filium Dei appellari Dominum exercituum, cogitate vos ad-
moneri de tribus exercitibus, quibus cum imperio præstipse Filius
Dei. Primus exercitus est angelorum, id est, Spirituum inuilibilium,

Alter exercitus est stellarum fixarum & errantium. Tertius est Ecclesia in genere humano, sicut psalmus 68. inquit de Apostolis, Prophetis & aliis Doctoribus. Principes exercituum, id est, Ecclesiarum sunt inter se amici, id est, pulcherrima res est, suavis concordia docentium in Ecclesia, quæ quam rara sit, hoc tempore videmus.

Quod autem res ex nihilo] *ārt/đeořis.*

Infirmitas humana] Tertia circumstantia.

Vt faber discedit] De hac similitudine Eusebius lib. 7. præparat. Euangel. Et Theodoretus in i. orat. de prouident. & alij Græci scriptores sæpe.

Alij vt Stoici] Quarta circumstantia de libertate Dei. Prima igitur circumstantia est hæc. Creatio est opus commune totius Trinitatis. Secunda circumstantia docet, omnia ex nihilo facta esse, non ex aliqua materia priore. Tertia circumstantia docet de præfentia Dei in creaturis, & testatur Deum adesse suo operi, non discessisse à mundo, sicut architectus à naui. Quarta docet de libertate Dei, & affirmat Deum adesse creaturis, non vt Stoicum Deum, sed vt agens liberum.

Alligatum causis secundis] Augustinus in 5. de ciuitate Dei, cap. i. Hæc opinio quid aliud agit, nisi vt nullus omnino collatur aut rogetur Deus? Quasi dicat: Imaginatio Stoica de fatali & absoluta omnium rerum & euétuum necessitate, est maximum impedimentum inuocationis, imò tollit inuocationem. Ludouicus Viues lib. i. de doctrina Christiana, singit prosopopœiam Stoici Dei. Quando, inquit, tu inuocas Deum Stoicum, tunc ille tibi sic responderet: Mi amice, boni consule tuam fortunam & conditionem, quia vides me meam conditionem magno animo ferre. Ego enim qui debeo aliis opitulari, non sum mei iuris, non sum liber & *αἰτόνομος*, sed alligatus sum, tanquam Prometheus ad Caucasum montem, id est, ad creaturas, & nihil mihi licet facere contra illarum decretum & ordinem. Quare sicut ego meam conditionem magno animo fero, sic tu tuam feras. Hæc est summa illius prosopopœia, quam ideo recito, vt in hanc imaginem intuentes, cogitemus quantum sit impedimentum inuocationis Stoicai imaginatio de necessitate fatali.

Epicu-

Epicurei]

Lucanus lib.2. vtramque hyperbolē & Epicuri & Stoico-

rum his verbis describit:

Siue parens rerum, cùm primum informia regna.

Materiamq; rudem, flamma cedente recepit,

Finxit in æternum causas, qua cuncta cohercet,

Se quoque lege tenens, & secula iussa ferentem

Fatorum immoto diuiniti limite mundus.

Siue nihil positum est, sed sors incerta vagatur,

Ferrq; refertq; vices, & habent mortalia casum.

Actio Dei generalis]

Omnis actio Dei aut est inter-

na aut externa. Interna, vt gignere

re, nasci, procedere. Hæ actiones sunt naturales & æternæ sine principio & fine. Externa actio est patefactio Dei prodeuntis ex sua arcanaluce ignota creaturis. Hæc duplex est, generalis & specialis. Generalis est rerum creatio & sustentatio. Specialis propriè pertinet ad Ecclesiam, & vocatur viuificatio seu sanctificatio, seu inhabitatio. Huius distinctionis fons est dictum Pauli 1. Timoth. 4. Speramus in Deo viuo, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium, & psalm. 36. eadem distinctio traditur. Nam de generali actione inquit psalmus: Homines & iumenta saluabis [id est, sustentabis, & conseruabis eorum vitam] Domine. De speciali actione in Ecclesia sequitur in eodem psalmo. Quàm pretiosa misericordia tua Deus, & filij hominum in umbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniā apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen. Expande misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his, qui sunt recto corde. [Deus communicat se nobis in mutua agnitione] Ex hoc loco psalmi possimus extruere definitionem Ecclesie. Qualis cœtus est Ecclesia? Est cœtus agnoscantium verum & viuum Deum, & eorum, qui sunt recti corde, id est, iustificati propter Filium, & sanctificati per Spiritum sanctum. Quæ sunt bona huius cœtus? Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ &c. & quæ sequuntur. Legendi sunt psalmi non tantum propter pietatem, sed etiam propter eruditonem & eloquentiam. Quid potest dici splendidius de hac sententia ab ullo poëta, quām quod dicit psalmus &c. Actiones Dei internæ vocantur naturales. Pater naturaliter gignit Filium, Filius naturaliter nascitur à Patre. Spiritus sanctus naturaliter à Patre & Filio procedit.

Et quia actiones hæ sunt æternæ, rectè dicitur: Pater genuit filium, gignit filium & gignet Filium. Generalis actio dicitur, quia pertinet ad omnes creaturas sine exceptione. Specialis, quia tantum pertinet ad Ecclesiam, non ad totum genus humanum, multo minùs ad asinos aut porcos.

Monti iacta te in mare]

Posset aliquis sic argumentari: Omnia quæ petam à Deo, accipiam. Ego petam à Deo imperium Turcicum. Igitur mox fiam Imperator Turcicus. Item: Iste est meus inimicus, ego petam ut Deus eum tollat è medio, quemadmodum petiit Saul. Respondeo: Talia vota exorta ab iniustis affectibus, non exaudiuntur à Deo.

Omnia quæ petetis, credentes accipietis]

Omnia, scilicet necessaria, nō curiosa, non prohibita, & seruato ordine promissionum.

Non prohibita]

Vt Saul non debet petere, vt David tollatur è medio. Deinde etiam bona petenda sunt seruato ordine, scilicet, ut primum sanctificetur nomen Dei, ut adueniat regnum Dei, vel ut Christus inquit Matth. 6. Quærite primum regnum Dei, & cetera adiiciantur vobis tanquam *θησαύρα* & appendices bonorum spiritualium.

Si dicetis monti huic]

Mons hoc in loco significat metaphoricè potentiam magni Principis aut regis, ut Ieremiæ 51. Ecce ego ad te, mons peccifer. Sic enim compellat regem Babylonicum, cui minatur interitum.

Iacta curam]

psalm. 55. Est præcipua consolatio, quā repetit Petrus 1. Petri 5.

Vt in periculis nostris]

Applicatio doctrinæ ad vsum.

Non cogitemus nos casu op-
primi]

psalm. 138. Opera manuum tuarum ne deserás. Quid potest dici ad consolationem magis pa-

theticum? Dialecticè sic dici potest: Naturalis est copulatio inter causam & effectū, talis quidē, ut causa efficiens sit etiam conseruans. Tu Domine Deus es causa efficiens generis humani. Igitur sis etiam conservator. Admonet Deum de naturali copulatione inter artificem & opus, inter architectum & domum.

In ipso uiuimus, mouemur

Cyprianus in quadam con-
&

& sumus]

cione hoc modo accommodat
hoc dictum ad Trinitatem: In Pa-
tre sumus, in Filio viuimus, in Spiritu sancto mouemur. Est cogita-
tio analoga fidei. In Patre sumus, quia Pater est fons non modo es-
sentiæ diuinæ, sed etiam omnium operum diuinorum. In Filio viu-
imus, quia de Filio dicitur Iohann. i. In ipso vita erat, & vita erat lux
hominum. In Spiritu sancto mouemur, quia Spiritus sanctus est a-
gitator, ut dicitur Genes. i. Spiritus Domini ferebatur super aquas.
Sed hæc candidè sunt intelligenda. Scimus ut creationem, sic susten-
tationem esse commune opus Trinitatis, sed seruata cuiusque per-
sonæ proprietate.

Ferens omnia verbo]

id est, sustentans, ut dicitur,
paruoq[ue] lacte pastus est, per quem
nec ales esurit.

Qui viuificat]

Quale agens, talis actio, qualis
causa, talis effectus. Deus est fons
vitæ. Igitur viuificat omnia, & in hac, & in futura vita.

In Deo viuo]

Viuis oppositur idolis fictis
& commentitiis.

Qui est Saluator omnium
hominum]

scilicet generali actione. Maxi-
mè fideliū, speciali actione. Deus
aliter viuificat Neronem, aliter

Paulum. Neroni tantum suppeditat vitam corporalem. Paulum e-
tiam in Spiritu viuificat, id est, per Spiritum sanctum accedit in eo
nouos motus.

Vt colligatur]

Quare seruatur genus huma-
num & politiæ? propter colle-
ctionem Ecclesiæ, Deus seruat ministerium, politiam & econo-
miam.

Largitur æterna bona]

ut viuificationem & sanctifi-
cationem.

As]

In Græco ἀσάρειο diminuti-
um, valet nostris nummis tri-
bus, aut sex obulis. Quod obseruandum est propter locum illum
Matth. 5. vbi dicitur: Non exhibis donec persolueris ultimum qua-
drantem, quæ est quarta pars assis. Est minimum numisma æneum
apud Romanos, vngeschranderthalb Heller.

Magna profectò gratia debetur viro optimè de Ecclesia & literis merito, Philippo Melanthoni piæ memoriae, pro his tabulis, in quibus collecta sunt firma & perspicua testimonia singulorum articulorum fidei. Non est enim omnium, sed artificum hic labor colligèdi quodam momento atque iudicio, ea testimonia, quæ vel maximè confirmant vel illustrant articulos fidei. Sint igitur nobis haec tabellæ omnibus commendatae, quarum aspeçtione & consideratione excitetur in nobis quotidie fidei inuocatio, gratiarum actio & reliquæ virtutes.

Matth.10. Duo passeres affe
veneunt]

In eo capite Christus Apostolus & omnibus piis sine exceptione proponit consolationes valde necessarias & salutares in casu confessionis. Cum enim dixisset: Ecce ego mitto vos sicut miseras & imbecillas ouiculas in medium agmen luporum, mox addit efficacissimas consolationes contra metum in periculis cōfessionis. Non, inquit, vos estis, qui loqui-mihi, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Hic est primus consolationis locus ab auxilio Spiritus sancti. Sequitur altera consolatio ab immortalitate anime: Ne timeatis vobis ab his, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed metuite potius illum, qui potest & animam & corpus abiicere in gehennam. Tertius locus consolationis sumitur à prouidentia diuina, & hic locus ad nostrum institutum propriè pertinet. Duo, inquit, passerculi minuto affe veneunt, & unus ex illis non cadet in terram sine Patre vestro, &c. Passerculi sunt miseræ auiculae, quæ vix superstites sunt biennium propter salacitatem. Etsi, inquit, veneunt, id est, venduntur affe æneo, tamē unus eorum non cadit, id est, moritur, perit, sine Patre vestro. Hinc argumentatur à fortiori, seu à minore ad maius. Si passerculi, qui nullam habent insignem utilitatem in vita, nec condit is sunt ad immortalitatem, Deo curæ sunt, quantò magis vos estis Deo curæ, quos condidit ad imaginem suam, & redemit per Filium unigenitum post lapsum, & sanctificauit dato Spiritu sancto.

Sine Patre vestro]

Scientे & permittente. Vtrūque etim verum est, quod & prouideat omnia Deus, & naturas seruet liberrima voluntate, donec vult. Non igitur intereunt, nisi ipso deserente eas.

Capilli capitis vestri nume-

Hic cōfiderentur tres circum-rati

rati sunt]

stantiae. 1. quis numeret. 2. quid numeret. 3. quorum capillos nu-

meret. De prima circumstantia expedita est responsio: Deus non mandat angelis, aut aliis creaturis laboré numerandi nostros capillos, sed ipse immediatè est Arithmeticus numerans nostros capillos. Deinde quid numerat? Nō aureos Vngaricos aut Hispanicos, sed capillos, quorum multi de capite nostro defluunt nobis dormientibus aut aliud agentibus, nec animaduertentibus. 3. Quorum capillos numerat? Non angelorum, Solis aut Lunæ, sed peccatorum, qui in ipsis peccatis concepti & nati sunt, & in peccatis viuunt, quod ad ipsorum naturam attinet. Non loquor iam de relatione seu de imputatione diuina.

Vt des illis escam]

Psalm. 104. est paraphrasis primi capituli Genesios. Tu es magnus oeconomicus, omnes tui coniuctores expectant à te cibum.

Auferes Spiritum eorum]

id est, vitam eorum, id est, te deferente moriuntur.

Creabuntur]

resuscitabuntur.

Omnia ad te spectant]

Basilius in opere de Spiritu sancto: Omnes creaturæ ad Deū conuersæ sunt, desiderio minimè impedito, & amore inenarrabiliter tanquam ad ducem vitæ, & moderatorem suppeditantem vnicuique necessaria ad conseruationem in columbitatis, id est, omnes creaturæ non aliter desiderant Deum, quam tenellus infans desiderat vbera materna. Olim dabatur seruis sextarius vini, & quatuor acetabula seu duo sextarij farinæ, & hoc erat dimensum seruorum: sic Deus omnibus creaturis dat suum dimensum.

Et creabuntur]

Basilius in quadam epistola, pag 655. Tres sunt modi creationis in Scriptura. Primus describitur in Genesi cap. 1. qui est fabricatio rerum ex nihilo. Secundus modus est ipsa regeneratio, que non est fabricatio nouæ substanciæ, sed Augustinus. Quando renascitum mutatio qualitatum in mur, nō hoc agit Deus ut fiamus substantia prius à Deo condita. homines, sed ut bonifiamus homines. De hoc modo loquitur psalmus

51. Cor mundū crea in me Deus. Tertius modus est resuscitatio ex morte, quæ et si non fit ex nihilo, tamen valde similis est primæ creationi. De hoc modo intelligatur dictum psal. 104. Emitte Spiritum tuum & creabūtur.

sepultus in radicibus. Sed quid sit veris initio? quando omnia florēt, tunc omnia quasi ex morte resuscitantur, & renouatur facies terræ.

Imples omnia benedictio-ne]

Quare coniungit Paulus cibum & lātitiam? Quia profectō cibis est insipidus, quando cor est triste. Est igitur magnum donum Dei, & dignum laude & prædicatione, quando inter prandendum & cœnandum pectora gaudent, nec sunt astricta dolore, vt inquit Ouidius, sed talis hora est breuis & rara.

Fingit sigillatim corda]

Id est, vel adiuuat corda in bonis actionibus, vel impedit malos conatus & cōfilia, vel omnino mutat. Sicut impedit Saulem interficiat Dauidem. Denique sāpe mutat affectus, vt fiant ex malis boni, sicut mutauit cor Nabugdonosor, qui cām antea deleuisset templum & urbem, postea fit patronus & nutricius Ecclesiæ.

Qui operit cālum nubibus]

Etsi proxima causa pluviæ & aliorum aqueorum meteororū, est multitudo vaporum collecta in media regione aëris, & vi frigoris variè constricta, tamen psalmus verissimè affirmat meteora aquæ non referenda esse tantum ad materia fluxum, sed potius ad Deum, qui tanquam per cribrum (vt ait Scriptura) guttulas pluviæ distribuit, ne terram mole sua, quasi quodam diluicio obfruant. Scriptura multò melius loquitur de his rebus, quam philosophia. Contrà posset aliquis obiicere, quod in aliquibus locis, aut nullæ, aut rarissimæ sint pluviæ, vt in Aegypto & Mesopotamia. De hac questione respondet Plinius lib. 18. & alij Geographi: Vbicunque sunt aut rarae, aut nullæ pluviæ, Deus alia ratione terram humectat, videlicet effu-

scilicet non quo ad substantiā, sed quoad qualitates. Deus pro tenebris dat lucem, pro odio amorem Dei.

Nonne iam in hyeme omnia videntur esse mortua, quia succus arborum non est in ramis & frōdibus, sed est abditus & quasi sepultus in radicibus.

Sed quid sit veris initio? quando omnia florēt, tunc omnia quasi ex morte resuscitantur, & renouatur facies terræ.

Actorum 14. Paulus inquit, quasi enarrans hanc clausū. m:

Imples cibo & lātitia corda nostra.

effusione fluminum extra ripas, ut totam Aegyptum irrigat Nilus, Mesopotamiam Euphrates. Sed quare facit mentionem pullorum corui? Iob. 38. Quis dat pullis coruorum escam, quando parentes eos deserunt? Deus alit eos. quomodo? Mirando modo, ex putrefactione reliquiarum carnium, ossium, quæ importarunt parentes, nascuntur vermiculi, & muscae volitantes, & sese vtrò ingerentes in rostra pullorum. Hoc exemplum in natura non frustrà propositum est, sed admonet nos de psalmi versiculo: Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autem assumpli me.

Homines & iumenta saluabis Domine]

Hactenus dixit de generali prouidentia, quæ ad omnes creaturem pertinet, nunc dicit de speciali prouidentia erga Ecclesiam.

Osee 2. Et nesciuit hæc, quod ego ei frumentum dederim]

Ide est, ex priuatione æstimantur habitus. Ex tenebris potest æstimari bonitas lucis, ex morbis potes æstimare quantū bonum sit firma valetudo. Cicero. Quemadmodum valetudo bona gratior est iis, qui ex morbo conualuerūt: ita assiduè percepta minùs delectant, quam diu desiderata. Item, Carendo homines intelligunt, quam cara sint bona. Item, Carendo magis quam fruendo nostra intelligimus bona. Item: Homines non prius intelligunt sua bona, quam cum quæ in potestate habuerunt, ea amiserunt.

Benedictio Domini diuites facit]

scilicet pios, quales fuerunt Abraham, Isaac, sed impij perunque crescunt malis artibus,

Non casu nascimur]

Matthæi 4. inquit Christus:
Non in solo pane vivit homo, sed
in omni verbo Dei, quod procedit ex ore eius.

Panem quotidianum]

Petimus panem quotidianū,
ut fides exerceatur generaliter &
specialiter. Generaliter quidem, ut statuamus bona corporis esse dona Dei. Specialiter, quia non possunt peti bona corporis, nisi à Deo proprio iuxta promissionem gratiæ.

Omnibus petitionibus debet prælucere fides accipiēs remissionē peccatorū. Deinde in omni inuocatione aut fit aut crescit cōuerſio.

Multa mitigate]

Hesiodus: Sæpe mali malefacta viri populus luit omnis. Et

Virgilius in 1 Aeneid. Vnius ob noxam & furias Aiakis Oilei, id est, Sæpe totæ gentes & ciuitates delentur aut duriter castigantur propter vnius inobedientiam. Est igitur præstanta disciplina non tantum propter priuatam vtilitatem, sed etiam propter Rem publicam.

Naturali quadam vi]

Euripides in Cyclope: Terra
necessitate quadam, siue velit,

siue nolit, gignit herbam, & meas pingue facit oues, quas ego nulli offero, præterquam mihi, Diis verò nihil, sed maximo ventri huic Deorum.

Ideo tota natura condita est,
vt Deum monstreret]

Tota rerum natura est πανταχοειον την θεογνωσιας, id est,
schola agnitionis scilicet physi-

cæ, seu philosophicæ, non Euangelicæ. Notitia physica est partim lu-
men simplex, quod sit Deus, partim ratiocinatio quærens vestigia
Dei impressa creaturis singulis. Notitia Euāgelica est agnitus Patris,
Filii & Spiritus sancti, iuxta dictum Iohan. 17. Hæc est vita æterna, vt
cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum esse Christum.

Recitabo igitur]

Sæpe dictum est, tres esse gra-
dus testimoniorum de prouiden-
tia diuina. Primus gradus complectitur expressum verbum Dei,
seu perspicuam assuerationem de hoc articulo. Secundus gradus
continet opera extraordinaria, quæ visitatè vocatur miracula. Ter-
tius gradus complectitur opera ordinaria in tota rerum vniuersi-
te & in hominis natura. Cum igitur hactenus in textu dictum sit de
primo & secundo gradu, ipsa series nos deducit ad tertium gradum.

Ab effectibus monstranti-
bus opificem]

Duplex est demonstratio. Una
est à priori, altera à posteriori. De-
monstratio à priori procedit à

causis ad effectus: Item à principiis vel à definitione ad definitum.
Demonstratio à posteriori colligit effectus & signa, & ex his aliquid
bona consequentia ratiocinatur de causis & rebus antecedentibus.
Est igitur prima demonstratio à posteriori sumpta, id est, ab effecti-
bus. Adolescentes quærant hanc primam demonstrationem in 1.
Tusculana, & in 2.de natura Deor. vbi prolixa est inductio, quæ con-
firmat Minorem.

Quinta

Quinta à terroribus conscientiæ]

Sexta à politica societate,
quæ non est concursus]

Nec posset humana ope]

da conseruatio societatis humanæ
& imperiorum constitutio in tantis impedimentis. Quid enim mirabilius est, quæm Romam inter assidua tribunitia certamina, & tot bella ciuilia stare posse? Vt enim non dicam de tribunitiis furoribus, quem non vehementer commoueat bellorum ciuilium cōtinuatio quæ à Ludouico Vuelib. i. de ciuitate Dei cap. 30. his verbis recitatur: Ex seditione Caij Gracchi ortus est Tribunatus Liuij Drusi, quem patres e-quitibus, qui ex lege Gracchi [*Agraria*] iudicabant, opposuerūt. Ex hoc bellum sociale, quod promissa à Liuio Druso ciuitas non præstaretur. Ex hoc Mythridaticum, cum Mythridates rex Ponti confisus discordia Italiæ, multa ciuiū millia, quæ in suo regnō negotiabātur, iussit interfici.

natus impedita sunt, vt ostendit liber primus epist. famil Ciceronis ad Lentulum. Ac quanta fuerit Tribunorum autoritas, historia Tyberij & Caij Gracchi, quam luculentè describit Plutarchus, docet.

Ex hoc bella ciuilia, Marianum: cum Marius prouinciam & bellum Mythridaticum L. Syl la vellet eripere. Ex huius semi-

Apud Xenophontē in 8. πατέρων Cyri.

Hæc definitio extat apud Ciceronem in 3. de Rep. citante Augustino 2. de ciuitate Dei.

Manifestum testimonium est de Deo & de prouidentia, miran tam horredis confusionibus, & impedimentis. Quid enim mi-

Juuenal is inquit de tribunis: Et cum consulibus turbantes iuria Tribuni. Tres fuerunt ordines ciuium in Repub. Romana. Patricij, id est, principes, vt Pompeius & Cesar. Deinde fuerunt equites, id est, nobilitas. Infimus ordo fuit plebs. Semper autem fuit dissidium inter patricios & inter plebeios homines, quia vulgus inuidet gloriæ & florenti fortunæ Principium & potentum. Vt ititur vulgus haberet aliquod remedium suæ inuidiæ, & vide- retur plebs magis munita esse aduersus nobilitatem & patriciorum potentiam, constituti sunt Tribuni. i. populares Magistratus, quorum autoritate & intercessione multa decreta Se-

In magnis viris duo sunt acer- rimi motus, ambitio & ira. Hi duo affectus turbant & Ecclesiā & Rempublicam. & vt de ceteris

nibus bellum Sertorianum, Lepidanum, coniuratio Catilinæ, postremò Pompeianum, hinc Cæsaris regnum, quo occiso, belliciū exarserunt, Antonianū, Philippense, Brutii & Cassij, Siculum, Sexti Pompeij, Actiacū, Tandem Resp. in Monarchiā & tyrannidem versa est.

exemplis nihil dicam: Marius natum maior, cùm vreretur gloria Sylla natu minoris, conatus est ei eripere prouinciam & bellum Mythridaticum. Sylla animaduertens quanto in periculo esset futurus, bellum intulit Mario. Hinc Resp. in duas partes distracta est, magno cum detimento totius orbis terrarum.

Quid prodest hæc nosse? vt intelligas, politias nec constitui, nec conferuari tantum humanis consiliis & præfidiis, sed multò magis ope & confilio Dei.

In causis efficientibus]

Essentialiter copulatis, quarū vna non est efficax sine altera.

Terra non esset fœcunda, nisi à cælo fœcundaretur, non nascerentur ex terra arbores, fruges, nisi terra priùs esset fœcundata. Mas non gignit sine fœmina, fœmina non gignit sine mare. Necesse est concurrere copulationem maris & fœminæ in generatione. In talibus igitur causis essentialiter copulatis, non potest esse processus in infinitum.

Physici]

Aristoteles in 8. physicorum.

Necessariò]

Essentialiter.

Omnis res sunt destinatæ ad certos usus]

Omnium creaturarum corporalium quatuor sunt utilitates. Prima est nutrimentum: Se-

cunda, est medicamentum. Tertia, instrumenta seu organa. Quarta, res conseruans. Multæ herbæ seruunt nutritioni, plures medicationi: metalla & iumenta sunt organa & instrumenta rei familiaris & politiæ. Postremò quædam sunt res, quibus aliæ conseruantur, vt stellæ, meteora, quatuor elemēta. Galenus in libro de usu partium, hanc octauam demonstrationem multis voluminibus explicat. Cogitemus saltem de uno exemplo, videlicet de manu. Manu nostra aramus, serimus, metimus, colligimus vuas & oliuas, & alios fructus, colimus vineas & hortos, manu ædificamus domos, naues. Denique tanta est utilitas manuū, vt rectè Aristoteles dixerit, Magnum esse organum organorum.

Bileam]

Bileam]

Numer.24. Venient naues ex
Kittim [*partim ex Macedonia, par-*
tim ex Italia] & delebunt Assyrios & Hebræos [*scilicet diuersis tempo-*
ribus] & tandem ipsi quoque peribunt.

Kittim, appellatione Hebraica significat percussorē. Significan-
tur autem hac appellatione non tantū Macedones, vt Alexander
Macedo, sed etiam Itali, vicini Græcorum. Nam Alexander Macedo,
destruxit imperiū Persicum, Romani deleuerunt gentem Iudaicā.

Esaias]

De prima Monarchia vatici-
natur Esaias cap.13.14.47. in qui-
bus prædicti interitum Assyriis & Chaldæis. De secunda Monarchia
cap.21. & 45. De tertia Monarchia cap.23.

Ieremias]

De prima Monarchia hæc ca-
pita concionantur cap. 27.50. &
51. De tempore excidij Babylonici cōcionatur cap.25. & 27. Constituens
certum numerum annorum, videlicet annos 70.

Daniel]

De quatuor Monarchiis va-
ticipinatur cap.2. & 7. De duabus,
Persica & Græca cap.3. De Mahometo cap.7. De Antichristo cap. 8.
& 11. De Christo cap.9. Est igitur liber Danielis, quasi historia qua-
dam omnium ætatum & temporum post diluvium.

Pœnas sceleratorum]

Claudianus in Ruffino:
Abstulit hunc tandem Ruf-
fini pœnatum tumultum.

Absoluitq[ue] Deos, iam non ad culmina rerum,
Iniuosts creuisse queror, tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant.

Heroici viri]

Instructi excellenti sapientia,
virtute & felicitate, wunder leuth.

Scipio fuit vir heroicus, restituit Romanam Rempub. cū penè op-
pressa esset ab Hánibale. Ptolemæus est heroicus artifex in Astrono-
mia, quia dissipatas tabulas huius artis collegit, & in optimam for-
mam rededit.

Alia]

Vt ordo legum Atticarum &
Romanarum.

Discrimen honestorum]

Lex sine executione nihil va-
MM 2

let, est tanquam campana sine pistillo.

Nos ad primam admonitio-
nem redeamus]


Verissimè dixit Paulus Rom.
1. Inuisibilia Dei, videlicet diuinis
potentia & potentia eius conspiciū-
tur in creaturis, sed tanta est humanæ mentis imbecillitas, & tanta
Satanæ potentia, ut hæc cognitio Dei leui momento obruatur, mo-
le dubitationum, ut ostendunt prodigiosæ disputationes philoso-
phorum, quare opus est alia lucerna lucente in loco caliginoso, id
est, testimonii patefactionis diuinæ.

Discernamus]

Notitia naturalis de Deo est
Legis notitia, & non promissio
Euangelica de gratuita remissione propter Filium.

Studioſis

F I N I S L O C I D E C R E-
A T I O N E.



Studioſis in Academia Lipsica

S. D.

 V E M A D M O D V M ſeua & barbarica mulier totam domum euertens, & proprios liberos interficiens, ſeſeqꝫ ac maritum in aeternos luctus ac mærores coniiciens, apud Euripidem exclamat: Ζεὺ μὴ λάθοι οὐ τῶν δέ ὅσ αῖτοι γρενῶν. O Iuppiter, quæ eſt cauſa tantorū malorū? Ita Marcio & Manichæi portentosa deliria finixerunt de cauſa peccati, quo- rum extant vetuſte refutationes ſcriptæ ab Irenæo, Tertulliano & Auguſtino, quas legere eruditos vtile eſt. Cūm autem neceſſe fit vetera certamina & vera Eccleſia iudicia noſſe, ne quaquam ſilentio pratereunda eſt huius maxime controverſia diiudica- tio, praefertim cūm res oſte dat, nimis veru m eſſe quod Thucydi- des dixit in libro 3. deſcribens ſeditionem Corcyreorum. Multa acciderunt in ciuitate atrocia, quæ & fieri ſolent, & fient ſem- per, donec eadem erit hominum natura, ſeu crudeliora ſeu mi- tiora, ſed ſpecie non nihil mutata, ut cauſe motuum, ut tempora- ferent. Noſtra quidem memoria homines leuiter eruditii & cla- matores odiosi ac moleſti, acerrimè contendereunt, peccatum eſſe ſolav, quod neque ſancte ita dici potest, neque ſecum conſentit in explicatione. Omnis autem implicatio contradictionis, ut Diale- Etici loquuntur, tetrum mendacium eſt. Ut igitur inuentus con- tra veteres & recentes furores vera doctrina muniatur, ordiar Deo iuuante, die 18. Nouembris Locum de cauſa peccati & con- tingentia, in cuius explicatione studioſi memores erunt regula, quam ſepe repetere & inculcare ſolemus. Sit ea modetia inge- niorum, ut honestas ſententias & quidem diuinitus traditas conſtanter retineat, etiſi non omnes preſtitias, que contraria ſtruun- tur, deſtruere poſſunt. Eſt enim officium hominis moderari, ut

ait Aristoteles in 1. Ethic. ad Nicomachum, non maiorem in differendo subtilitatem desiderare, quam pro rei ipsius, de qua differitur, natura: πεπαιδευμένος ἐπὶ τοσοῦτον τάκεις θητεῖν καὶ
 ἔργον γέγοντες, εἰς τὸ σωματικὸν φύσις θητεῖς. Deum toto
 pectore oro, ut seruet in his regionibus cætus rectè
 docentium & dissentium, & eorum hospiti-
 tia protegat. Bene valete: die


14. Nouem. Anno

M.D.LXIII.



V. S.

LOCVS



LOCVS DE CAVSA PECCATI ET DE CONTINGENTIA.



M N E S sapientes extra veram Ecclesiam inde usq;
ab initio mirati sunt, vnde sint in natura hominum
infirma quidem, sed tamen præstanti, tanta mala,
peccatum & mors, cùm constet, Deum esse causam
omnis boni in tota rerum natura. Ratio autem hu-
ius admirationis coniunctæ cum dubitatione & ignorâtia, hæc fuit.
Videmus omnes alias res in cælo & in terra, in mari & in omnibus
abyssis, vt loquitur psalmus, congruere cum voluntate Dei, & con-
stantissimè suis legibus obtemperare, vt Sol quotidie oritur & occi-
dit. Luna singulis mensibus crescit & decrescit. Reliqui etiam quin-
que planetæ non incertis motibus feruntur, sed habent suas firmas
& ratas leges, ad quas periodici motus congruunt. Sic & stellæ fixæ
in firmamento, stato tempore anni oriuntur & occidunt. Planetæ
in terra seruiunt aut nutritioni aut medicationi. Animalia etsi ra-
tione carent, tamen ordinem suæ speciei tuentur & conseruant. So-
lus autem homo à se ipso & à conditore dissidet. A se ipso quidem:
quia est magna *χρεωστία*, id est, dissensio mentis & cordis in ho-
mine. Aliud enim mens suadet, aliud cupido. Videmus quidem me-
liora & prob.imus, scilicet iudicio mentis, & tamen deteriora sequi-
mur. Mens retinet aliquam Dei & Legis notitiam, quæ testatur Deū
esse iudicem & vindicem scelerum. Sed huic iudicio verissimo & re-
ctissimo contumaciter repugnat cor, quasi contrariis ventis in di-
uersam partem impulsu & agitatum. Deinde non tantum miran-
tur philosophi, vnde sit hoc dissidium rationis & affectuum, sed e-
tiam anxiè & sollicitè disputant de causa mortis & aliarum calamiti-
tum in genere humano. Quòd enim scelerati puniuntur, id con-
gruit iustitiae & diuinæ & humanæ: sed cur multi homines viuentes
sine manifestis sceleribus, vt pueri, matronæ, aut viri honesti, vt Pa-
lamedes, Socrates & alij innumerabiles, crudelissimè interficiun-
tur? Multò verò minus remedia tantorum malorum cernit philo-
sophia, sed & dubitat ipsa de rebus tantis, & reiñquit suos auditio-
res & discipulos in dubitatione. Quare cùm philosophia fateatur

suas tenebras & ignoret vtrumque, & causas & remedia peccati & mortis, agamus Deo gratias, quantas angustia nostri pectoris capere potest, quod harum maximarum rerum doctrinam & sapientiam nobis patefecit per Prophetas, Christum & Apostolos, qui & viua voce & scriptis, nos docuerunt, vnde sit peccatum, mors & reliquæ calamitates: & quæ remedia opponenda sint vtrique malo peccato & morti. Morbus est quidem maximus, sed maior est medicus, hoc est, Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, qui venit in hunc mundum, vt saluos faceret miseros peccatores. Hæc breuiter præfatus sum, vt hæc *ἀριθμός* philosophiæ & sapientiæ Ecclesiæ ostendat, doctrinam Ecclesiæ perfectiorem esse, quam philosophiam. Et vt iuuentus excitetur aliquo modo ad tantarum rerum attentissimam cogitationem. Nūc quidem, Dei beneficio, quotidie his vocibus aures nostræ personant, quæ docent, quæ sit causa peccati & mortis, & quæ sint remedia peccati & mortis, sed hæc sapientia extra Ecclesiæ ignota est Platonii & aliis summis ingenii.

Potest autem hic locus de causa peccati & de contingentia, cōmodè, vt mihi videtur distribui in hæc quinque capita. Quorum pri-
mū est refutatio veteris & recentis erroris, qui fingit peccatum esse *ἐστατη*, id est, substantiam. Nam & olim multi contenderunt peccatum esse substantiam, & nostra memoria Flacius, & qui eum sequitur, acerrimè pugnat de hac propositione, quod peccatum non sit accidens, sed substantia. Secundum caput est confirmatio veræ sententiæ, quæ est fundamentum huius totius Loci & doctrinæ, scilicet quod Deus non sit autor peccati. Hanc hypothesin necesse est probè confirmare & stabilire, quia ex hac hypothesi firma & rata, reliqua extruuntur. Tertium differit de contingentia & de causis contingentiarum, quia posita hac hypothesi, quod Deus non sit causa peccati (iicut reuera non est causa peccati) sequitur aliquam contingentiam concedendā esse. Quartum monstrabit discrimen inter tres appellations actionum Dei, videlicet inter præmissionem diuinam, *πρέγνωσιν*, sustentationem, *οἰκονομίαν*, & decretum diuinum, *πράξειν*. Haæc actiones comprehenduntur uno nomine determinationis diuinæ. Videndum igitur est, an *πρέγνωσις* imponat hominibus necessitatem agendi, an sustentatio sit causa adiuuans peccati, & quid existimandum sit de decreto diuino. Quintum explicabit quasdam obiectiones valde populares & plausibiles, contra veram sententiam de causa peccati & de contingentia. Sciant autem studioſi

studiosi utramque propositionem veram & concedendam esse, &
quod sit determinatio diuina, & quod sit aliqua contingentia.

Sic igitur moderemur hanc disputationem, ut vitemus
hyperbolas non tantum in hoc loco,
sed etiam in aliis.



Quod peccatum non sit

¶.

C A P V T I.

Dolendum est, tantam & olim fuisse & nunc
esse quorundam in differendo siue licen- Inscitiae parit auda-
tiam, siue inscitiam, ut Scientia autem
non dubitent pecca- mediocris industria est
tu collocare inter sub- nutricula modestiarum.
stantias. Hanc delirationem incredibilem non modò comprehé-
dere animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. Si enim
peccatum est ¶, non video,
cur Deum esse causam peccati Iohan. i. Omnia per ipsum fa-
negemus? cum à Deo omnes eta sunt, & sine eo nihil factum
substantias & initio cōstitutas, est, quod factum est. Loquitur
& deinceps seruari cōcedamus. hoc dictum de omnibus substantiis sine exceptione. Si igitur pec-
catum est substantia, sequitur, Filium Dei esse conditorem peccati.

Deinde hac falsa hypothesi posita atque concessa, sequitur, Christum in peccato conceptum & natum esse. Constat enim, Christus omnes partes naturæ humanae substantiales, æterno & immutabili fœdere assumpsisse. Sint igitur in promptu pia yetus statis testimonia, quæ hunc furo-

Christus assumpsit totam seu integrum naturam humanam, habentem omnes vires & appetitiones humanas sine peccato.

NN

rem (non enim omnis error stultitia dicenda est) perspicue refūtant.

Apud Eusebium libro 7. præparat. Euang. pag. 200. 201. & 202. extat longa concio Maximi de hac sententia, quod peccatum non sit substantia, sed accidens.

Basilius in concione, quod Deus non sit causa mali. Nemo existimet, peccatum esse quiddam subsistens. Nam malum est boni priuatio.

Regula apud Dialeticos est:
In eodem prædicamento ponuntur habitus, id est, res positiva, &

priuatio, ut lux & tenebrae, sanitas & morbus. Ita si peccatum est substantia, etiam iustitia est substantia. Quid igitur discriminis erit inter Filium Dei, angelos & homines, si non hec prærogatiua tribuatur Filio Deo, quod ipse solus fit imago substancialis Patris?

Nazianenus in carmine de passione Christi: Mali substantia nulla est, ideo malum esse nihil [*scilicet priuatuum*] statue.

Duplex est nihil. Aliud negatiuum, aliud priuatuum. Nihil negatiuum, est nihil simpliciter, hoc est, nec substantia nec accidens, ut chymæra, quam poëta describit, nihil est in rerum natura, neque fuit, neque erit. Tale nihil, non est peccatum, alioquin Deus irasperetur propter nihil, & misisset Filium suum propter nihil. Alterum nihil, est priuatuum, id est, priuatio alicuius rei positiva, quæ tamen priuatio hæret in subiecto, id est, in Diabolo & homine. Hæc ideo dico, ne quis cauilletur dictum Nazianzeni.

Epiphanius contra Basilidianos: Peccatum non est quiddam subsistens.

Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 9. Mali nulla natura est, sed amissio boni, nomen mali accepit.

Idem psalm. 68. Iniquitas non est substantia. Non enim iniquitas est natura, quam formauit Deus, sed iniquitas est peruersitas, quam fecit homo. Item naturæ omnes per ipsum factæ sunt, iniquitas per ipsum facta non est, virtus ex nobis & ex nostra voluntate habemus, & virtus non sunt substantiae. Et tractat. 96. in Iohannem. Quidam malum substantiam esse putant, cum sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiarum quidam defectus, quas fecit ex nihilo, ipsa immutabilis & summa substantia, quæ

quæ est Deus. His testimentiis animi non pertinaciter litigantes,
sic cedunt, vt lanx in libra pon-
deribus impositis deprimi so-
let.

Similitudo Ciceroniana.

Miretur fortasse aliquis, cur in hac refutatione non simus vsi ex-
presso verbo Dei, cùm D. Petrus dicat: Si quis loquitur in Ecclesia, lo-
quatur sermones Dei: cur tantum citamus testimonia Græcæ & La-
tinæ Ecclesiæ ad hunc errorem refutandum? Respondeo. Nusquam
in sacris literis usurpantur vocabula substantiæ & accidentis, quæ
sunt artium propria, quare frustra à nobis postulantur talia testimoni-
a Scripturæ, in quibus fiat expressa mentio vel substantiæ vel acci-
dentiæ. Deinde & hoc verissimum est, non omnes controuerfias in
Ecclesia ita posse iudicari, vt de singulis partibus & membris nobis
in promptu sint Scripturæ testimonia, sed sæpe vtendum est ratio-
catione, non quidem sophistica, à qua debet abhorrere Ecclesia,
sed vera & Dialectica. Sæpe enim Ecclesia in iudicandis controuer-
fis adhibet has duas regulas Dialecticas tanquam *κειρήεα* & nor-
mas iudicij. Vna est: Quidquid sequitur ad consequens bona conse-
quentiæ, sequitur & ad antecedens. Altera regula est: Quandoque ex
aliqua hypothesi sequuntur absurdia, pugnantia cum verbo Dei, &
cum articulis fidei, necesse est ipsam hypothesin falsam esse. Ratio
est, quia ex vero nihil nisi verum, & verum vero consentit. Huius
meæ assuerationis vnum tantum exemplum breuiter proponam.
Nusquam legitur in sacris literis expressè, infantes baptizados esse.
Legimus quidē hæc dicta: Nisi quis renatus fuerit. Item: Baptizate
omnes gentes. Sed nusquam disertè hæc verba ponūtur: Baptizate
infantes. Cùm igitur sit acerrima contentio inter veram Ecclesiam
& Anabaptistas, vnde sumemus argumenta? Respondeo. Vtemur
ratione, iuxta has regulas, quas recensui. Si enim vera est
propositio: Extra Ecclesiam non est salus: profectò necesse est infan-
tes admitti ad Baptismum, qui est testimonium insertionis in Ec-
clesiam. Alioqui non pertineret ad infantes promissio recitata Mat-
thæi 18. Taliū, scilicet qui inseruntur Ecclesiæ, est regnum cælo-
rum. Deinde vtemur & hoc argumento: Infantes afferunt pecca-
tum originis. Igitur indigent remedio, id est, regeneratione, quæ fit
& obligatur per baptismum. Tertiò vtemur & hac ratione
à consequentibus: Si non baptizarentur infantes, fieret magna in-
juria Deo, Ecclesiæ, parentibus & ipsis infantibus. Hæc possent longa

oratione declarari, sed suo loco ista exponentur copiosius. Postea ad refutandos Anabaptistas, citamus testimonia veteris Ecclesiæ, Origenis, Cypriani, Augustini & aliorum, qui testantur, ut testes fide digni, semper in Ecclesia visitatum fuisse morem baptizandi infantes. His arietibus oppugnamus mœnia Anabaptistarum. Igitur ut concludam, non vbiique requirendum est expressum Dei verbum, quando non est in promptu, sed satis est, nos ex aliis Scripturæ dictis, vel ex absurdis, vel ex perpetuo Ecclesiæ Catholicæ consensu aliquid statuere in hanc vel illam partem. Sæpe audiui ex D. præceptore Philippo Melanthone publicè hæc commemorantem: Quando Augustæ exhibita est Confessio Augustana, nostri Protestantes hac verborum forma apud Cæfarem vñi sunt, se non tātūm amplecti ea dogmata, quæ sunt expressè tradita in sacris literis, sed etiam illa, quæ bona consequentia sine sophistica ex verbo Dei extruuntur.

Quod Deus non sit causa peccati.

C A P V T I I .

 V M in Ecclesia sæpe magni tumultus exorti sunt de causa peccati, necesse est pias mentes confirmari certis testimoniiis, quæ ostendunt, peccatum ortum esse & oriri non à voluntate Dei, sed prorsus & simpliciter à voluntate Diaboli & hominis. Genes. i. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, id est, Deo placentia, rectè ordinata, Deo obedientia. Hæc enim propriè significat vocabulum boni, nec otiosè posita est in Moysè particula. Valde, quæ et si ad omnes creaturas pertinet: tamen maximè describit naturæ humanæ præstantiam, quæ erat valde bona, id est, valde placens Deo, prædita donis longè superantibus præsentes vires, valde ordinata, perfectè obediens Deo. Admonet igitur hæc particula, ex quanta dignitate excusi simus.

In Scholis olim ita dicebatur: Natura humana post lapsum est spoliata gratuitis donis, ut gratia, dilectione, quorum priuatione accersita est ira Dei. Deinde est vulnerata & fauciata in naturalibus, id est, in mente, voluntate

tate & corde, in quibus partibus horrenda sunt vulnera. Hæc distin-
ctio sumpta est ex Augustino.

Psalm. 5. Non Deus volens Iurisconsulti vocāt præcipua
iniquitatem tu es. testimonia, sedes materiarum.

Ita nos de psalmo 5. dicere possu-
mus, eum esse sedem materiæ, quam nunc tractamus de causa pec-
cati, quia nullum est illustrius testimonium ad refutandos Mani-
chaeos, & similes, quam psalmus quintus, quia non tantum hoc di-
cit, quod citauimus, sed etiam exaggerat hanc sententiam Rhetori-
cè. Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti an-
te oculos tuos, odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes qui
loquuntur mendacium, virum sanguinum & dolosum abomina-
bitur Dominus.

Zachariæ 8. Malum contra proximum ne cogitetis, & iuramē-
tum falsum ne diligatis. Omnia enim hæc odi, dicit Dominus.
Etsi autem hæc duo testimonia quidam futili cauillatione elude-
re conantur: tamen firma esse
certum est. Nam voluntas Dei
ita est bona & iusta, & volens
hunc ordinem, quem in Lege
exprimit, ut impossibile sit eam
velle efficere, adiuuare aut ap-
probare contraria.

Impossibile est in Deo esse vo-
luntas contradictorias. Quod
si quis tribuit Deo contradic-
torias voluntates, is eadem opera,
quod dictu & cogitatu horren-
dum est, tribuit ei mendacium.
Quia veritas est congruentia o-
pinionum, sermonis & gestuum exterritorum cum re ipsa. Si igitur
Deus aliquid foris ostendit nobis, & aliud intus circumfert, sequitur
eum non esse veracem. Non dico hæc in contumeliam Dei, sed in ho-
norem. Et sunt hæc argumentationes firmissimæ, quæ ducuntur ab
impossibili. Sic loquitur D. Lutherus per *advocatum*. Si Deus me de-
cipit, ego sum deceptus. Betreugt mich was/ so betreugt mich
Gott. Sed impossibile est, ut me Deus decipiatur. Ergo non decipiat.
Est vox plena πληροφορίας.

Scribit Aurelius Victor de Augusto Imperatore, fuisse eum seue-
rissimum luxuriæ vindicé, cùm
quidem ipse eidem vitio serui-
ret more hominum, qui in vl-
eiscédis vitiis, quibus ipsi vehe-

Sæpe miles obiurgat manipu-
larem suū propter blasphemias,
& dum illum obiurgat, vtitur
blasphemiis, & se ipsum accusat.

menter indulgent, acres sunt. Talem legislatorem nō cogitemus esse Deum. Ut enim hæc propositiones veræ, necessariæ, æternæ & immotæ sunt, Deus est, Deus est sapiens, Deus est castus : ita hæc perpetua & immota est, Deus irascitur libidinibus Neronis. 1. Iohann. 3. Qui facit peccatum, ex Diabolo est, id est, Diabolus est incoator peccati. Etsi enim natura Spirituū & hominum sic à Deo condita fuit, vt Deo placaret, rectè ordinata esset & Deo obediens : tamen Diaboli voluntas sese liberè auertit à Deo. Hæc auersio est peccatum, quia est inobedientia pugnans cum Lege Dei, & est neglectio, contemptus autodium Dei, postea Diabolus etiā humanas voluntates impunitas non aliqua coactione, sed persuasione sofert à Deo.

perseuerat in delictis contra conscientiam, tunc proximè accedit ad naturam Diaboli, & paulatim fit Epicurus contemptor aut hostis Dei. Tale peccatum habuit Saul, qui nullo officio placari potuit, vt coleret pacem cum Davide. Qui igitur perseuerat in delictis contra conscientiam, & lapsi non deplorant statim sua peccata, sed texūt longam telam peccatorum, sicut solet Diabolus ex uno peccato contexere & extruere infinita, tales sciant, se accusari & perterrefieri severissima concione Iohannis, Qui facit peccatum, scilicet contra conscientiam, & in eo perseuerat, ex Diabolo est. Talis enim peccat more Diaboli, & est Diabolus imitatione non natura. Qui verò circumferunt peccatum originis, vellapsi mox resurgent, non transferant ad se dictum Iohannis. Non enim dicit Iohannes, Qui peccat, ex Diabolo est, sed qui facit peccatum, scilicet more Diaboli.

1. Iohann. 2. Concupiscentia carnis non est ex Deo sed ex mundo.
Mundus

Multi pij legentes hunc locū, vehementer sunt solliciti, & precepit quodam dolore anguntur de suis peccatis. Ita enim argumentantur. Qui facit peccatum, ex Diabolo est: Ego quotidie pecco. Ergo sum ex Diabolo. Respondeo ad maiorem. Iohannes in cōcione cap. 3. Canonicæ epistolæ, non loquitur de omni peccato in genere, sed de certa specie peccati, id quod ostendit series orationis. Declarat enim hanc sententiam, quam citaui, exemplo Cain & Diaboli. Testatur igitur Iohannes, se loqui de lapsu voluntario πρωτηπαθη contra conscientiam, quando homo sciens & volens

Mundus secundum Aristotelem est *σύνημα*, compages, series, scala quædam corporum cælestium & inferiorum arte distributorum. Iam quero, an ex hoc systemate existit peccatum? Nequaquam. Cælum, terra, mare non est causa peccati, sed mundus phrasí Iohannis, significat multitudinem generis humani non cōuerfam ad Deum. Hac phrasí vtitur Christus etiam Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum &c. id est, homines nondum ad se conuersos, homines auersos à se, & multiplicititer errantes & peccantes.

Hoc dictum satis perspicuè & disertè affirmat, non oriri à Deo peccatum.

Huc etiam illud addi potest, Rom. 5. Per vnum hominem intravit peccatum in mundum. Est metaphora in hoc verbo. Primus lapsus Adæ & Euæ est magna ianua & porta, per quam peccatum & mors penetravit in totum genus humanum. Nihil potest ab ullo oratore dici splendidius, vel scribi magnificentius, quam quando Pauli oratio incipit assurgere. Verè est tonans & fulminans, relinquens aculeos in animis hominum, ut quondam de Pericle dictum est.

Sed maximè illustre testimonium est dictum, quod extat Ioh. 8. Quando Diabolus loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater mendacij. Cùm ait, Ex propriis, discerit res conditas à non conditis.

Natura Spiritus est res à Deo condita, sed præter hanc quiddam est proprium Diaboli, id est, nō conditum à Deo, videlicet aueratio à Deo, quæ est inobedientia pugnans cum Deo, & clarè dicit Christus Diabolum esse patrem [id est, architectum, fabrum, auctorem, magistrum] mendacij, & peccatum à Deo nō esse ortum.

contaminata est peccato. Et hæc deinceps fuit causa peccati impulsa *περιταρπή* in genere humano.

Non dicit Christus, Diabolū conditum esse in sua prauitate & malitia, sed in veritate, hoc est, in vera iustitia & sanctitate, in qua si perseverasset, sicut angeli boni, non in Diabolorum seu Spirituum malorum, nec in hominum genere quisquam videret vestigium peccati. Sed quia Diabolus à Deo defecit, & sicut Christus loquitur, in veritate non stet, ideo primò natura Spirituū

Est enim peccatum propriè
auersio intelligentis naturæ à
Deo, pugnans cum Lege Dei.

Quare Diabolus à Christo or-
natu his duobus epithetis: Dia-
bolus est mendax & homicida?
Facilis est responsio. Considera-

to dicto Zachariæ cap. 8. Diligite veritatem & pacem. In hoc dicto
Zachariæ, veritas significat omnes virtutes primæ tabulæ, vt verbi
causa, veram agnitionem & inuocationem Dei, & veram celebra-
tionem, quæ sit corde, lingua & externis gestibus. Pax in dicto Pro-
phetico complectitur omnes virtutes secundæ tabulæ, vt dilectionem proximi, & omnia officia necessaria ad fouendam societatem
humanigenesis. Vt igitur boni angeli huic præcepto obtemperan-
tes, diligunt veritatem & pacem, & habent omnes virtutes primæ &
secundæ tabulæ: Ita hostis Dei Diabolus est mendax & homicida, &
atrociter violat primam & secundam tabulam. Nam aduersus pri-
mam tabulam spargit in genere humano blasphemias, hæreses, ido-
la, & alia mille portenta opinionum & cultuum, quibus Deus affici-
tur contumelia. Aduersus secundam tabulam grassatur homicidiis,
adulteriis, furtis, mendaciis & mille aliis speciebus. Hæc confide-
randa sunt, vt cùm Diabolus obambulet in genere humano, tan-
quam leo rugiens, quærens quem detioret, ardenter inuocemus
Deum, & petamus à Filio Dei, vt destruat opera Diaboli, mendaciū
& homicidium, peccatum & mortem.

Nequeverò pugnant hac inter se: Naturam hominis à Deo
ortam esse, & peccatum non esse à Deo, quia peccatum est horri-
bilis destructio [*confusio, perturbatio*] operis & ordinis diuini, verè
displicens Deo, qui suum opus violare noluerat. Hæc diligēter cō-
sideranda sunt, & simplex veritas, quam exposui, retinenda est.
Discamus nos ipsos accusare, non Deum, & petamus à Deo reme-
dia nostrorum malorum. Sicut Oseæ 13. dicitur: Perditio tua ex te,
Israël, tantum in me auxilium tuum.

Quod verò obiiciunt aliqui hæc dicta: Ego indurabo cor Pha-
raonis, & similia: certa & vera explicatio est, hæc dicta [*Exodi 8. &*
alias sepe] loqui de permissione, si nam indurari. Nam phrasis He-
braica non postulat hæc verba durius exponi, vt cùm dicimus: Ne
nos inducas in temptationem, id est, ne finas nos induci, aut indu-
cos perire. Huius enarrationis testis est Augustinus in lib. de bo-
no perseuerant. cap. 6. Nihil sit nisi quod Deus aut ipse facit, aut
fieri

fieri permittit. Quòd itaque dicimus, Ne nos inducas in tentationem, quid dicimus? nisi, ne nos inferrisinas. Nam Deus neminem tentat, scilicet tentatione noxia.

Possit aliquis obiicere. Narratio in Genesi & libro Iob, testatur, Abraham & Iob à Deo tentatos esse. Igitur Deus est autor

tentationis, & per consequens, frustrà petitur in oratione Domini-
ca, Ne nos inducas in temptationem. Respondeo. Differunt tentatio
Dei & Diaboli, causis impulsuis & finalibus. Impulsua in Deo est
amor Ecclesiæ. Impulsua in Diabolo est odium implacabile ad-
uersus Deum & Ecclesiam. Quem Deus amat, hunc tentat. Quem
Diabolus odit, hunc etiam tentat. Odit autem omnes homines. Ideo
singulos aggreditur, & malis artibus expugnare conatur. Finalis
causa temptationis diuinæ, est salutaris δοκιμασία, id est, exploratio,
in qua homines sibi ipsis & Ecclesiæ innotescunt. Nemo enim, vt
ait Augustinus, sibi innotescit sine probationis examine.

Quare instituuntur examina? Bono & utili consilio. Nihil magis
prodest ad modestiam studiosorum, quam examina. Nam multi ha-
bent puerilem persuasionem, putant se multascire, cum reuera nihil
aut pauca sciant. Finis temptationis Diabolicæ est πανολεθρία, id est,
vniuersalis interitus & deletio animæ & corporis. Quando Deus
tentat vel Abraham vel Iob, non facit hoc odio adductus, sed amo-
re. Neminem enim tentat Deus, nisi valde amatum & dilectum. Sed
quam ob causam, seu propter quem finem tentat nos Deus? vt nos
exploret. Contra, Deus est καρδιογνώστης in spector cordium, igitur
non indiget hac δοκιμασίᾳ. Respondeo. Est fallacia secundum non
causam vt causam. Etsi enim Deo omnia sunt nota, quia penitus in-
trospicit latebras humani pectoris: tamen propter duas causas in-
stituuntur hæc examina & probationes. Primum vt homo discata-
gnoscere suam infirmitatem. Deinde etiam vt coram aliis homini-
bus fiat conspectior pietas & virtus hominis sancti. De altera hac
causa dicit Hieronymus in narratione primi capituli Iob.

Hæc acciderunt Iob, vt foris innotescerent

kuius viri virtutes, quas intus

Deus videbat.



De contingentia & de causis contingentiarum.

C A P. III.

APUD Horatium in arte poetica extat versiculus, qui venustè usurpari potest aduersus eos, qui dicunt aliena à proposito, & nimis longè digrediuntur à sententia. Amphoram instituis, currente rotacur vrceus exit? Metaphora est sumpta à sigulis, qui faciunt amphoras & vrceos. Amphora est vas quadratum. Ein Eymen, capax multorum congiorum. Vrceus est angustum vasculum, quod respuit superfusi humoris copiam, & sensim instillando impletur. Ita hīc dicet aliquis: Tu proposuisti nobis locum de causa peccati, quid habet commercij cum hoc loco disputatione de contingentia, tu misces philosophica Theologicis. Respondeo. Quidquid sequitur ad consequens bona consequentie, sequitur & ad antecedens. Posita hac hypothesis, quod Deus nō sit causa peccati, quæ hypothesis est firmissima & immota, nec potest illa vilabefactari, sequitur sua spōte sine Sophistica, esse aliquam contingentiam, id est, Diabolum & homines liberè peccasse, Deo nec approbante, nec volente, nec impellente. Causa peccati & contingentia sunt duo connexa & cognata.

Tetrum & Diabolicum mendacium est, contumeliosum contra Deum, & perniciosum moribus, fingere, omnia necessariò fieri, bonas & malas actiones. Hoc enim fundamento posito, omnia necessariò fieri, diligentia abicitur regendi mores, & sequitur aut desperatio in consternatis, aut in securis confidentia.

gehe dem fluß nach. Tu non potes prohibere fluxum Elistri, Danubij, Rheni. Siigitur omnia sic necessariò fiunt, sicut ynda pellit vndam,

Precatio Dominica satis probat contingentiam, & sufficit ad refutandam necessitatem Stoicam. Quia si fiunt omnia necessariò sive bona sive mala, quorum sum attinet precari? Mitte vadere, sicut vadit, quia vult vadere, sicut vadit. Et ut Græci loquuntur, Eat secundum fluxum. Es

dam, profectò inutilis & deridenda est precatio. Cùm autem non sit inutilis, sed efficax, sequitur, non omnia fieri necessariò, sed Deum multa propter preces piorum aut mutare, aut mitigare, aut impedire, aut omnino tollere.

Est igitur contingentia in diuinis actionibus fons libertas Dei, quæ est posse creature condere, & posse non condere, posse conferuare & destruere, & iunare mediata per creature, & immediate extra creature, & quamquam tantum bona facit, tamē posse bona multiplicia & dissimilia facere.

nem in multa secula, sed noluit differre.

Contingentiae verò nostrarum actionum fons est libertas voluntatis, quia homo potest velle seu eligere, seu reiicere ea, quæ cognitio ostendit, aut etiam suspen-

Suspendere hoc loco significat cohibere, Inhalten/ lassen anstehen. επέχειν. Sumatur de-

claratio ab antithesi. Duplicia sunt agentia. Omne enim agens aut est naturale, aut est liberum. Ignis est naturale agens, & sic agit, ut non possit suspendere actionem admota materia, & deinde semper eodem modo agit iuxta regulam Aristotelis: Natura est determinata ad unum & in libro de generat. & corruptione: Idem eodem modo se habens semper efficit idem. Econtral liberum agens potest suspendere actionem, & potest dissimilia opera facere, vt Alexander Magnus etiā miratur formas filiarum Darij regis Persici, & habet eas in sua potestate: tamen auertit suos oculos, & abstinet ab eis. Sic Scipio cùm ad eum adducta esset sponsa Principis Hispanici, sese cohibuit, & reddidit eam parentibus & sposo. Deinde idem Alexander agit dissimiliter, post captam Babylonem est ebriosus, qui ante captam Babylonem erat sobrius & castus.

Fuit autem longè præstantior hæc libertas in natura integra, tanquam pars similitudinis Dei, & præcipuum ornamentum hominis. Nunc etiā mutilata est, tamen quod ad electionem exter-

narum actionum , quæ rationi subiectæ sunt, attinet, in homine reliqua est, vt intelligamus discrimen inter agens naturale & agens liberum, & vt agnoscamus, Deum esse liberum agens: & vt possimus regere locomotiuam. Hæc libertas quatenus reliqua est, causæ est contingentia humanarum actionum. Ut igitur Eua & Adam sua libertate auerterunt se à Deo, sic affirmo, Pharaonem, Sauliem, Neronem sua voluntate libere & contingenter, non aliqua fatali necessitate, nec Deo impellente eorum voluntates, elegisse scelera, quæ fecerunt, sicut de Diabolo dicitur: Ex propriis mendacium loquitur.

omnes ciues Romani bene de Nerone sperabant, gratulabantur sibi huius Principis mores, in quibus nihil erat cruentum & fæcum. Sed idem aliquantò post adeo à se ipso est mutatus, vt nullum fuerit genus sceleris & flagitiij, quo se non contaminaret, ita vt aliquot annis ante finem vitæ, verè nihil fuerit aliud, nisi cloaca Diaboli: sicut enim Cicero vocat Glauciam stercus curię: ita D. Philippus solebat docere, Neronem esse cloacam Diaboli. Hanc historiam ideo recito, vt cogitent iuniores de discrimine inter vasā misericordiæ & inter vasā iræ, & vt hoc discrimine considerato, ardenter petant à Deo, vt faciat ipsos vasā misericordiæ, id est, organa salutaria Ecclesiæ & Reipub. & animæ, non abiciat ipsos inter pestes & vasā iræ.



De



De discrimine interactiones Dei, quæ vno nomine appellantur de- terminatio diuina.

C A P. I V.

LT S I actiones Dei non magis numerari possunt, quām stellæ cæli & arenæ maris, tamen tres præcipuas nunc consideremus, & quantum quæque valeat in rebus humanis, videamus. Ac prima quidem vocatur *oikonomia*, id est, præui-sio & scientia rerum futurarum: altera est *oikou-mia, domicilij*, quod mundum appellamus [*Deus est oikonomus, mun-dus est oikonomia*] administratio: tertia est *oikesis*, quam Latinè ap-pellare possumus decretum.

Est igitur *oikesis* notitia mentis diuinæ, prospicientis tan-quam in specula omnes euentus futuros. Hæc quatenus simplex est futurarum rerum notitia, nequaquam affer hominibus ne-cessitate in peccandi, vt præclarè Augustinus dixit tractatu 53. in Iohannem. Non propterea Deus quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominū peccata iam nouit. Idē, citante Prospero, hanc sententiā pluribus declarat: *Neminē, inquit, Deus ad peccandum co-git, præuidet tamen eos, qui propria voluntate peccabūt.* Cur igitur non vindicet iustus, quæ fieri non cogit præscius? Sicut enim ne-mo memoria sua cogit facta esse, quæ præterierūt, sic Deus præsci-entia sua non cogit facienda, quæ futura sunt, & sicut homo quædā, quæ fecit, meminir, nec omnia tamē, quæ meminīt, fecit: ita Deus omnia, quorum ipse autor est, præscit, nec tamen omnium, quæ præscit, ipse autor est, quorum autem non est malus autor, iu-stus est vltor.

AB

Dicat aliquis, Hæc magis sunt philosophica, quām Theologiæ ca, quorsum attinet Theologiæ misceri intempestiuæ quadam benevolentia philosophicas disputa-tiones, quæ non nituntur verbo Dei, sed confirmantur humanis di-ctis. Sæpe adolescentibus commendauit *psalmum 149.* cuius initium est: *Domine probasti me &c.* In eo psalmo hoc præcipue agit sanctis-

sumus Propheta Dauid, ut quantum possibile est, in hac vita duas actiones Dei ante oculos proponat, quarum *altera* est *oīōγνωσις*, *altera oīονομαία*, id est sustentatio & conseruatio. De præuisione dicit: Domine probasti me, & cognovisti me, tu nouisti sessionem meam & resurrectionem meam, id est, meum sedere & surgere, id est, tu scis quando ego cubitum eam, quando surgam ē lecto, nec tantum nouisti meas actiones externas, sed perspicis latebras humani cordis, quæ fugiunt humanos oculos & humana iudicia, imò etiam superant sapientiam angelorum & Diabolorum. Non est, inquit, sermo in lingua mea. Ecce tu Deus cognovisti omnia. Tandem addit psalmus in signe *epiphonema*: Admirabilior & excelsior est scientia Domini, quām ut possim eam assequi. Hac modesta oratione nos quoque vt amur, & sumus contenti aliquibus certis & veris hypothesisibus, quæ traduntur in Ecclesiæ doctrina, nec plus iusto sapiamus. Quis quis enim plus iusto non sapit, ille sapit. Hoc tantum possumus dicere de prima actione Dei, id est, de præuisione, quod Deus omnia presciat bona & mala, hoc enim congruit sapientiæ diuinæ. Deinde hæc hypothesis est certa, quod præuilio diuina non afferat hominibus necessitatem peccandi. Sicut enim memoria non est causa rerum præteritarum, quarum tamen imagines sunt in memoria, ita præscientia diuina non est causa omnium actionum, quas præuidet, sed tantum bonarum. Nō volo in hoc mysterio immorari, & de eo subtiliter disputare, cùm psalmus ipse fateatur, hanc scientiam esse admirabilem & excelsiorem, quām ut penitus in hac vita eam possumus assequi. Sumus igitur contenti hoc Catone, id est, hac simplicitate doctrina.

I I. Oeconomia est actio voluntatis diuinæ, qua Deus sustentat & gubernat ordinem à se in natura institutum, & suo operi impertit lucem, motum & vitam, iuxta dictum: In ipso sumus, Est aphorismus Paulinus. A. E.

mouemur & viuimus. 17. Cyprianus sic explicat dicit. Ú
Pauli. In Pater sumus, in Filio vivimus, in Spiritu sancto mouemur. Pater est fons omnis essentiaz. Li
Iesus est vita, ut dicitur Iohann 1. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et sæpe in Euangelio Iohannis hæc verba repetit Christus: Ego sum via, veritas & vita. Spiritus sanctus est agitator seu motor, unde & nomen habet apud Hebreos Ruah, quod significat endelichkeit, continuam & perennem agitationem.

Etsi

Etsi autem Deus irascitur peccato, quod est perturbatio ordinis diuini, & magna confusio, tamen opus à se factum, quatenus adhuc reliquum est, fouet & sustentat. Nisi enim sustentaretur genus humanum inenarrabili bonitate Dei, non posset ex hac misera massa Filio Dei æterna hæreditas colligi.

Ecclesia appellatur hæreditas

Dei, psalm. 2. & 16. Nihil potest dici dulcissimum ad nos consolandos,

quam hoc: Ecclesiam esse templum Dei & præclaram hæreditatem Filii Dei. Nonne tu magnificis hæreditatem paternam, quamquam exiguum, si non propter aliam causam, tamen vel propter nomen Patris, vel propter honorem familie? Contrà, ex hæreditationem ducis inter summa probra & calamitates, psalmo 2. loquitur Pater ad Elium: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Et ps. 16. qui est vaticinū de passione & resurrectione Christi, Filius Dei sic inquit in ardenter precatione: Funis ceciderunt mihi in amoenis, etenim hæreditas præclara est mihi. Quid vocat hæreditatem suam, & quidem præclaram & magni pretij? Ecclesia, hanc diligit ut sponsam, ut templum, ut hæreditatem, ut dilectam animam suam. Nam sic loquitur Ieremiæ 12. quod dictum cogitemus in his publicis calamitatibus & ærumnis. Dedi, inquit Deus, dilectam animam meam in manus inimicorum. Non disputemus, quare Deus permittat pios in maximis miseriis vagari, in exiliis, sedere in carcere, aut aliis calamitatibus premi, non ex euentu ratiocinemur, eos à Deo desertos esse, sicut ratio humana & amici lob argumentantur. Hic est calamitosus. Igitur est à Deo absiectus. Hanc imaginationem refutat Deus apud Prophetam, & affirmit, se tradere animam suam dilectam, id est, Eccleiam in manus hostium.

De hac sententia teneatur dictum Augustini, quod extat tractat. ii. in Iohānem: Et quia iniqutitas nostra opus eius non omni ex parte consumperat, nouerat simul in uno quoque nostrum, & adisse quod feceramus, &c. Deus seruat iustitiam distributiuam, quæ suum cuique tribuit, seruata proportione Geometrica, id est, singulis conuenientia assignat. In nobis sunt duo opera: unum est opus nostrum, id est, peccatum. Hoc opus Deus odit, auersatur, abominatur, teste psalmo

quinto. Non Deus volens iniquitatem tu es. Alterum opus est Dei, non nostrum, id est, nostra substantia, & quidquid adhuc est reliquum, ex primo lapsu. Hoc suum opus non potest deserere, sicut dulcissime precatur psalmus 138. Opera manuum tuarum ne deseras. Est in lingue ~~πάθος~~ in his verbis psalmi, quasi dicat: Sumus quidem miseri peccatores, quod ingenuè fatemur, sed tamen sumus & manemus opera manuum Dei, quæ nec vult, nec potest deserere, nisi nos prius à Deo deficiamus, & fiamus desertores Dei. Non enim prius nos deserit Deus quam à nobis deseratur. Deus non deseruerit primos parentes, si non ipsi prius fuissent desertores Dei.

III. Πρόθεσις est actio voluntatis diuinæ, decernentis aliquem euentum, qui et si sua natura contingens est: tamen non mutatur, nec impeditur, cum à sola voluntate Dei pendeat, ut Deus ~~κατὰ πρόθεσιν~~ secundum decreuit se mis propositū. hoc surum esse Fi verbo sapientie titur Paulus in carne, & re Rom. 8.

fiscitaturum esse omnes mortuos, & hæc sua decreta Ecclesiæ patescit. De hac specie actionis diuinæ loquitur Esaias cap. 46. Consilium meum stabit, & voluntas mea fieri.

Concludam huius capitinis explicationem repetitione solutionis argumenti Stoici. Sic enim Stoici argumentantur:

Omnis determinatio diuina est immutabilis.

Omnia fiunt Deo determinante.

Ergo omnia fiunt immutabiliter.

Videri potest hoc argumentum Stoicum puerile, sed reuera indiget explicatione non quidem insulsa, neque ineruditata. Ac memini ipse, quandam, qui sibi hoc tempore valde placet, & qui meus est aduersarius, non potuisse verbum respōdere ad hanc obiectionem, cum à præceptore Philippo Melanthone piæ memoriae, in publico examine interrogaretur. Ita autem ipse præceptor soluebat: Omnis determinatio diuina est immutabilis, scilicet necessitate consequētiæ. Non enim omnia fiunt absoluta necessitate, alioquin nulla esset contin-

Contingens, id est, mutabilis. Opponitur autem utriusque modo, necessario & impossibili. quādo igitur hoc nomen contingens audis, mox cogita, hæc res neque est necessaria, neque est impossibilis.

contingentia. Deinde ad Minorem respondebat per distinctionem: Dissimilis est determinatio diuinain bonis & malis actionibus hominum. Mala fiunt Deo determinante, id est, præsciente ac non impediente, non autem adiuuante vel impellente. Hoc modo Deus præuidet sceleram Neronis & Saulis, quorum tamen non est causa, sed tantum permittit, & constituit metas, vbi si repressurus illa. Item: Omnia fiunt Deo determinante, id est, sustentante, non semper adiuuante. Deus sustentat naturam tanquam opus suum, & tamen hinc non sequitur, Deum esse causam peccati, quia suum opus sustentat, & simul odit nostrum opus, id est, peccatum. Neque igitur sequitur, vel ex præuisione necessitas omnium rerum absoluta, nec ex sustentatione diuina extrui potest falsa consequentia, quod Deus sit causa peccati. Terriò, omnia fiunt Deo determinante, id est, euentus certos decernente, qui euentus etià sunt mutabiles sua natura, tamen ideo sunt necessarij, quia non à voluntate humana aut angelorum pendent, sed à sola voluntate Dei, de qua dicit Propheta: Consilium meum stabit, id est, firmum erit, & voluntas mea fiet. Hoc modo solebat Dominus Philippus respondere ad argumentum propositū. Alij malunt dicere, Non aliquos tantum, sed omnes euentus decerni à Deo. Hęc non improbo. sed tamen addi necesse est, aliter Deum decernere bona, aliter mala. Bona ita decernit, ut ipse velit illa efficiere. Mala decernit, ut ad bonum finem illa velit permettere, ut fiant ab aliis. Sed copiosior est illa disputatio, quam ut hoc loco explicari integrè pos sit.

Solutio quarundam obiectionum.

C AP. V.

DE P E T A N T studiosim memoria insigne dictum Aristotelis, quod extat. Ethic. ad Nicomachum: Est hominis moderati, non maiorem in die putando certitudinem aut subtilitatem explicationis, desiderare, quam re ipsius, de qua differitur, natura patitur. Hanc admonitionem seu regulam ab Aristotele traditam, ideo iunioribus in me-

PP

moriam reuoco, ne quis sit nimis argutus & subtilis in differendo contra Ecclesiæ doctrinam de causa peccati & de contingentia. Quemadmodum enim in physicis facilior est destructio, quam structura: ita in Sophisticis facilius est construere quam destruere, vt idem Aristoteles venustissime dixit: Non est homini ingenuo difficile ex cogitare prestatias sophismatum, & labyrinthos inextricabiles ad conuellendam & labefactandam veram sententiam, sed nos amamus simplicem veritatem, & in ea constanter acquiescamus, etiam si non possumus pertinaciter litigantibus satisfacere.

Præcipua obiectio contra doctrinam hactenus traditam sumitur à præuisione & permissione diuina:

Qui malum impendens præuidet, idque nullo negotio auerte-
re potest, nec tamen auertit, videtur eo genere mali gaudere
& delectari.

Deus autem cum non solum præuideat ruinam, verum etiam
nutu suo eam auertere possit, tamen sinit homines errare, la-
bi, decipi.

Igitur Deus videtur approbare nostros lapsus.

De hac quæstione eti diffcile est satisfacere pertinaciter litigantibus, tamen quod facilius intelligatur simplex respsio, in qua omnino acquiescendum est, yrar sumi iudine à re nauali sumpta. Quemadmodum hi, qui in summo periculo navigationis sapientem gubernatorem recta & salutaria monentem, non modò aspernantur ac respuunt, sed etiam è naui eiiciunt, iuste ab eo deseruntur, & sua voluntate sibi naufragium accersunt: ita primi paren tes contumaciter repudiantes mandatum Dei, & huic anteferentes mendacia Diaboli, iustissimo ordine à Deo deseruntur. Quod enim dictum est primis parentibus ante lapsum, Qua die ederitis de arbore prohibita, morte moriemini, hanc habet sententiam, teste Augustino. lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 15. Qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram vos per iustitiam. Neque enim nos deserit Deus, vt inquit Prosper in sententiis, nisi prius à nobis deseratur. Sed ne quis Deo tribuat επιχειρεια, id est, maleuolen tiam latantem alieno malo sine emolumento suo, is cogitet, quod res est, Deum periti & fidelis medici officio functum esse ante & post

post lapsum. Nam & ante lapsum nobis rectitudinem omnium virium tribuit, tanquam *ωρφυλακπηὸν* [vulgò *præseruatuum*] aduersus Diaboli Sophisticam, & post lapsum *ἀντίδοτον* [remedium opponenendum veneno, vt *Tyriaca*] ordinavit, quod vulneribus nostris efficaciter medetur. Hac simplici responsione contenti simus, & obtemperemus versiculo: *Qui quis plus iusto non sapit, ille sapit.*

Prima & præcipua obiectio contra doctrinam de causa peccati, hoc ferè Syllogismo comprehendendi potest: *Quicunque præuidet futurum malum, & facile hoc arcere potest, nec tamen arcet, prohibet aut auertit, is videtur quandam ex eo malo voluptatem capere, vt si tu posses duos inter serixantes, & iam stringentes gladium, tua autoritate & interuentu dirimere, nec faceres, profectò homines ciperent de te hanc suspicionem, te latari vulneribus rixantium.* *Certum est autem*, Deum non solum tanquam in specula prospicere omnes rerum euentus futuros, sed etiam nutu solo posse omnia mala procul arcere. *Ergo* videtur Deus non seuerè irasci lapsibus & peccatis. Non libenter vtor hac oratione, sed imitor alienum sermonem. Estenim hæc obiectio multis familiaris. Quid igitur respondendum est? *Respondeo per duas similitudines*, quas declarandi magis, quam confirmandi causa adhibeo. Nam ipsa sententia per se vera est, etiam non illustrata similitudine. Prima similitudo sumitur à re nauali, Si quis haberet in sua naui gubernatorem sapientem & beneficium, quo gubernante & clauum tenente nauis possit seruari incolumis, & portum optatum videre, is tamen ea esset petulantia & levitate, vt gubernatorem ex naui perturbaret seu eiiceret, an nō talis petulans homo iure desereretur à salutari gubernatore, & iustissimo ordine sibi ac sociis nauigationis extreum periculum accenseret? profectò homines fani interrogati de hoc casu, respondebant, rem ita se habere: Ita Adam & Eua habuerunt rectorem Spiritum sanctum, imò totam Trinitatem: nam ubi est Spiritus sanctus, ibi tota Trinitas habitat, iuxta dictum: Venimus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Sed propria voluntate & contumacia excusserunt primi parentes hunc gubernatorem suæ mentis, voluntatis & cordis, quod est dictu & auditu horribile, & anteposuerunt Sophisticam & mendacium Diaboli, veritati diuinæ. Quod enim in Genesi scribitur: *Quacunque die comederitis, &c. id habet hanc sententiam*, Quo die deserueritis me per contumaciam, id est, peccatum, ego deseram vos per iustitiam, id est, iustissimo ordine puniam ve-

stram ingratitudinem. Nam ut recte inquit Prosper: Non prius nos deserit Deus, nisi a nobis deseratur. Quare & in vita & in morte tangamus fimbriam vestium Christi, & dicamus cum illo Patre misero, Credo Domine, sed tu fer opem infirmitati meæ. Ita fiet ut non deseramur a Deo, præsertim cum simus opera manuum suarum.

Altera similitudo sumitur a re medica. Ille est fidelissimus & præstantissimus medicus, qui grassante aliqua peste & morbo populari, dat potentibus & consulentibus *αρχφυλακπιδην*, id est, præseruatum, seu præmuniens aduersus venenum. Si quis autem ominino in morbum incidit, & iam cum morbo conficitur, fidelis medici officium est, opponere conuenientia remedia grassanti malo. Talis medicus ante & post lapsum est Deus. Quid fecit antelapsum? Ante lapsum dedit nobis rectitudinem & integritatem omnium virium mentis, voluntatis & cordis, & addidit Legem, tanquam exercitiū obedientiaz, cui si homo obtemperasset, habuisset *αρχφυλακπιδην* aduersus sophismata Diaboli. Cum autem homo lapsus esset, & sibi ac posteris mala, humana ope immedicabilia accerisset, ordinavit aduersus hanc *αγνιδοτον*, longè potentius peccato & morte, de quo dicit Paulus Rom. 5. Gratia exuberat supra peccatum, id est, regnum Christi est longè potentius regno Diaboli, id est, peccati & mortis. Hoc *αγνιδοτον* magnificiamus, hoc miremur, hoc suspiciamus, & quotidie pro huius communicatione Deo agamus gratias, quantas angustias humani cordis concipere potest.

Alia obiectio.

Sustentans naturam peccantem, nec statim eam delens, vindetur approbare peccata.

Vt si tu reciperes furem, & eu domi foueres, profectò res ipsa ostenderet, tenò valde irasci furitis: hoc exemplum transferunt multi ad Deum.

Deus sustentat impios, nec statim eos ad pœnam rapit.

Ergo Deus videtur approbare peccatum.

R E S P O N D E O.

Discernenda est substantia condita ab impietate. Nam Deus sustentat subiectum, tanquam suum opus, etiam si impietati, quæ sit

est horribilis destruetio subiecti, serio irascitur. Ad hanc respōsionem accommodetur dictum Augustini sēpe citatum ex tractatu nō. in Iohannem: Quia iniqūitas nostra opus eius non omni ex parte consumperat, nouerat simul in vno quoque nostrum, & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat. Deinde tolerat impios aliquādiu, nō aliter quām colonus arbores fructuum expertes & vacuas. Ut enim colonus sperat arbores, de quibus dixi, cultu mitefcere posse: sic Deus non properat ad pœnam, sed concedit impiis spatium ad agendam pœnitentiam.

Lucæ 13. Christus in concione de pœnitentia hanc imaginem proponit. Fuit quidam colonus, vel agricola, qui voluit ex agro extirpare sterilem arborem, sed motus intercessione atriensist, sui distulit in aliud annum extirpationem, & plus culturæ quām antea adhibuit sterili arbori, postquam verò vidit, arborem tum quoque non factam esse mitiorem, ibi radicitūs eam ex terra extirpat, & in ignem coniicit. Quid significat hęc imago? Idem quod Rom. 2. dicitur: Deus est longanimes, sed tarditatem grauitate pœnæ compensat.

Porro ut colonus diu sua spē frustratus, tandem extirpat arbores non respondentes suis votis, easque in ignem abiicit: sic Deus aliquantis per impios furere finit, ac tandem insanabiles opprimit mirandis modis, ut in pœna cōspiciatur præsentia Dei, & agnoscat ira aduersus peccatum.

Magna est bonitas Dei in dandis bonis corporis & animæ, sed maior est bonitas Dei remittentis peccata magna & multa. Omnia verò maximus gradus bonitatis Dei est hęc longanimitas & patientia Dei, qua non subito nos opprimit & extinguít in ipsis lapisibus, sed concedit nobis spatium agendi pœnitentiam. De haec patientia & bonitate Cyprianus in oratione de Coena Domini inquit: Pietas inter data & condonata se diuidens, agit gratias tam vberis beneficij largitori. Sumamus declarationem huius dicti ex Luca cap. 6. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Iam querat quis, qua in re versatur misericordia Dei? Respondeat

Christus verbis sequentibus, Nolite condemnare, & non cōdemnabimini, date, & dabitur vobis, remittite, & remittetur vobis, id est, misericordia complectitur hæc tria officia, quorum primum est dare & communicare bona necessaria. Alterum officium est remittere offensiones, & neminem condemnare. Tertium est, non properare ad iudicandum. Hæc tria officia Deus nobis præstat liberalissime, finit Solem suum quotidie oriri super bonos & malos, pluit super gratos & ingratos, fecundat agros. Deinde agnoscentibus sua peccata, & confugientibus ad Mediatorem, delicta præterita condonat & remittit, imò etiam tegit præsentes reliquias peccati: Tertio non properat ad penitentiam, sed diu tolerat nostros mores, bene sperans de emendatione, quod si emendamur, nulla re magis delectatur: sin minus, iusto ytituri iudicio.

E X P L I C A T I O T E X T V S I N L O.
C I S T H E O L O G I C I S P H I-
L I P P I M E L A N T H O N I S
De causa peccati & de
contingentia.



N I T I O huius lectionis pauca sunt commemo-
randa de sesta Diabolica Manichæorū, vt postea
nobis sit in textu facilior & minùs impedita pro-
gressio.

MANES fuit genere Persa, id est, natus est in Persia, & ex seruo liber factus est. Cum autem non modò libertatem, sed etiam hæreditatem suæ dominæ adeptus esset, & iam haberet instrumenta malorum, cœpit spargere monstrosa & venenata dogmata, quæ erant conflata partim ex Stoicis deliramentis, partim ex veteribus hæresibus & superstitionibus. Ac ut tempus sciatur, quo ista Furia ex inferis emissa est ad turbandam Ecclesiam, sciendum est, tempore Aurelianii Imperatoris, hoc est, annis a nato Christo 239. extitisse hunc impium & blasphemum Do-
ctorem, cuius dogmata, qualia fuerint, narrat Augustinus in epistola

74. Nam vt ordinar à crassissimis erroribus, damnauit Manes, & qui cum sequuntur Manichæi, coniugia, imperia & omnes politicas ordinationes, & usum certorum ciborum, vt carnium. Hi furores a deo sunt manfesti, & ita cum veritate pugnant, vt non desiderent longam refutationē. Quia Paulus 1. Timoth. 4. tales doctores, & eorum doctrinas vocat Dæmonum præstigias, inquiens: In nouissimis temporibus venient falsi doctores, prohibentes coniugia, & certos cibos: ac talium dogmata expressè vocat doctrinas Dæmonum. Sed fuerunt alia dogmata Manis multò perniciosa, quæ maiorem pestem Ecclesiæ attulerunt, vt verbi causa, dogma blasphemū de duobus diis, bono & malo, & de duplice materia, venenata, & ea quæ est sanabilis. Einxit enim Manes cum suis afflicis & manipularibus, duos esse Deos, tenebras & lucem, seu bonum Deum & malum, & à bono quidem Deo ortos esse homines, qui sunt capaces luminis diuinī, & conuersiorum ad Deum. A malo verò Deo dixit ortos esse Pha raonem, Catilinam & similes, quos dixit, non posse cōuerti ad Deū, sed impossibile esse eos sanari posse. Defendit etiam Stoicum fatum, id est, necessitatē absolutam omnium euentuum, & prorsus sustulit libertatem voluntatis humanæ, quam comparauit saxo & truncō, & si quid est eius generis. De Christo & Spiritu sancto repetiuit veteres hæreses, vt quod inxit Christum nō assumpisse verum corpus & animam ex virgine Maria, sed offusuisse hominibus quandam speciem, nec reuera passum esse, sed tantum specie, opinione seu phantasia quadam hominum oculos præstrinxisse. Hæc & alia portenta innumerabilia prodierunt ex schola Manetis, cuius appellatio congruit cum re ipfa: nam párvus significat furiosum. Quid autem potest cogitari absurdius & furiosius, quam hæc dogmata fingere de Filio Dei & Spiritu sancto? Inxit se habere entusiasmos & afflatus diuinis seu colloquia cum Deo, vt hac specie autoritatem augeret. Quod igitur Virgilius dixit de Harpyis monstrib lib. 3. Aeneid. hoc nobis verè licet dicere de secta Manichæa. Nulla sæuior pestis Stygiis fese extulit vndis. Nam hæc secta non durauit vnum atque alterum annum, sed vagata est per totam Aphricā, Aegyptum & vicinas pro uincias annos 200. usque ad ætatem Augustini. Fuit autem Manis interitus tragicus, & conueniens tali personæ. Cùm enim hic impostor profiteretur artem Medicam, quam nunquam didicerat, & venisset in aulam Persicam, suis medicamentis interfecit filium regis Persici. Quare tandem deprehensa inscitia, seu dolo malo hominis

impostoris, detracta pelle, canibus obiectus est. Sed non est sepulta cum ipso autore hæretis, sed latissimè vagata est per totum orbem terrarum. Sciant autem studiosi, ipsum Augustinum, egregium Ecclesiæ doctorem & lumen, fascinatum fuisse his erroribus usque ad annum ætatis 30. ante conuersionem. Postquam verò conuersus est ad Deum, & veritatem amplexus est, non fuit acrior hostis non modò Manichæorum, sed etiam Pelagianorum, Donatistarum & similium. Hanc historiam de Manichæis & Augustino, legant iuniores in oratione de vita Augustini, quæ extat in 2. tomo declamationum D. Præceptoris, & in libello Chronico in historia Aurelianij.

mibi pag 28i. 46. 3.

Semper omnes sapientes mi
rati sunt]

Exordium dicitur à collatio-
ne seu ab antithesi philosophie &
doctrinæ Christianæ. Sæpe di-
xi, magnam esse sapientiam, & vix esse maiorem in hac vita, quam
eruditam & sobriam collationem, & discriminem generum doctrinæ,
videlicet philosophie, Legis & Euangelij. Ex hac collatione nascitur
in Ecclesia copia orationis, quæ est plena optimarum rerum.

Vt Philosophi]

Estne vera definitio Platonis,
Deus est mens æterna, causa boni
in natura? Est vera, sed non est sufficiens. Aliud est autem esse verum,
aliud sufficiens. Philosophia manca est & mutila sine collatione Ec-
clesiæ.

Philosophi partim in mate-
ria]

Philosophi rectè iudicant de
propinquis causis, sed ignorant
principalem causam, à qua orta
est infirmitas & confusio in materia, mente & voluntate. Hæc prin-
cipalis causa soli Ecclesiæ nota est. Differunt in philosophia & phys-
ica causæ propinquæ à causis remotis & principalibus. Nam causa
remota est causa causæ, vt aius est remota causa nepotis. Pater est
propinqua causa Filij. Etsi igitur rectè iudicant philosophi de causis
propinquis malorum & miseriарum humanarum: tamen ignorant
causam remotam & propriam, quæ est causa propinquarum causa-
rum. Hæc causa principalis in solo verbo Dei patefacta est. Philo-
phus interrogatus extra Ecclesiam, quæ sit causa mortis humanæ:
Respondet, causam esse fluxum materiae seu instabilitatem materiæ
appetentis subinde nouas formas: Sed omissa hac subtilitate, utramur
verbis

verbis Medicorum. Galenus & Hippocrates differentes de catisa mortis humanæ, querunt causam in quatuor primis qualitatibus, quæ inter se sunt contrariae, & bellum assiduum gerunt. Hæc pugna contrariarum qualitatum, non potest esse perpetua, sed altera tandem vincitur ab altera, ut calor vincit frigus, frigus pellit calorem. In febris calor vincit reliquias qualitates. In hydrope humor superat reliquias qualitates. Hinc dicunt esse morbum & mortem: & rectè dicunt de causis propinquis. sed hoc ipsum queritur, vnde oriatur talis infirmitas in tam præstanti natura hominis, cùm quidem homo ad immortalitatem sit conditus. Sic queritur in doctrina Ecclesiæ, vnde sit in mente tantum errorum & tenebrarum, de hac causa nihil dicunt philosophi. Deus has tantas res Ecclesiæ patefecit, ut testatur Moyles Genes. 3. Ibi est fons & sedes materiæ, ut loquuntur Iurisconsulti.

Fatum esse]

Cicero in 2. lib. de diuinat. Factum id appello, quod Crœci μερμένω, id est, ordinem seriemque causarum, cùm causa causæ nexa, rem ex se gignat, ea est ex omni æternitate fluens veritas semipeterna. Item eodem libro. Fatum est causæ æterna rerum, cur & ea quæ præterierunt, facta sint, & quæ instant, fiant, & quæ sequuntur, futura sint. In hac definitione fati Stoici, sunt duo errores. Prior de necessaria & immutabili connexione causæ primæ cum causis secundis, id est, creaturis. Secundus error de copulatione necessaria & immutabili voluntatis humanæ cum causis physicis, id est, cum temperamentis & obiectis. Primo errori tria argumenta opponenda sunt. Primum, verbum Dei expressum, quod testatur, Deum esse liberum agens, ut psalm. 115. dicitur: Omnia quæcumque voluit Deus, fecit. Secundum complectitur miracula, quæ sunt reales refutationes Stoici fati, & testimonia de libertate Dei. Si enim Deus alligatus esset causis secundis, non posset facere miracula extra ordinem naturæ. Tertium argumentum est precatio Ecclesiæ & singulorum piorum in Ecclesia. Si enim omnes euentus essent immutabiles, inanis esset nostra precatio.

Secundo errori opponatur testimonium experientiæ. Est enim Sophisticum, negare manifestam experiētiā, quæ testatur, voluntatem possé repugnare vitiosis inclinationibus temperamenti & illecebris obiectorum, ut Alexáder Magnus, et si erat iuuenis, & haud

QQ

dubie sentiebat flamas libidinis, tamen abstinet à Gynæco Darij.

Ex Stoica doctrina]

Ex Stoicis deliramentis. quare dicit corrupta philosophia? Ne quis dicat, philosophiam esse materiam omnium heretorum, sicut multi insulæ vociferantur. Id quidem verum est de corrupta philosophia, non de ipsa philosophia per se. Nam philosophia vera, est doctrina certa, quæ habet demonstrationes, non significat furores Epicureos & deliramenta Stoica, & præstigias dubitationum Academicarum. Hæ præstigia & hæc sophismata longè remoueantur à vera philosophia. Errata hominum non sunt ascribenda artibus.

Manichæi]

Tempore Aurelianii duæ Furtæ simul ex inferis emissæ sunt ad turbandam Ecclesiam, Samosatenus, similis blandæ meretriculæ, quæ habet medicamenta fucati candoris & ruboris. Et Manes non dissimilis Empusa seu spectro ostendenti varijs formas. Historiam verò de Manichæis legant studiosi in Epiphanio refutante. Manichæos multis paginis. Et apud Nicephorum lib. 6. cap. 21. & 32.

Est autem piæ mentis]

Regula studiorum verè aurea. Omnis sermo humanus debet esse verecundus, neque ullum est maius ornamētum, quam verecundia, quæ non despicit aliorum iudicia, sed ea reueretur, & auditoribus plura tribuit, quam sibi ipsi, sed qualis debet esse sermo in rebus diuinis? Respondeo. In sermone de rebus diuinis, non tantum sit verecundia, sed etiam reuerentia.

Reuerenter]

Seneca lib. 7. natural. quest. Aristoteles dixit, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de Deo disputamus, & diligenter caendum esse, ne quid temerè, ne quid impudenter, aut ignorantibus affirmemus, aut scientes mentiamur.

Grauibus iudiciis]

In definitione virtutis Aristotelicæ dicitur, Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens, quo ad nos, secundum rectam rationem, ut sapiens iudicat. Quia regula nostri iudicij non debet esse imaginatio, opinio & applausus vulgi, sed eruditorum artificum sententia, quia artifices, ut Plato inquit, sursum ac deorsum materias rerum euolutas penitus perspexerunt. Talia iudicia sunt longè certiora,

tiora, quām imperitorum, qui adhuc per transennam, id est, per inuolucra & integumenta res aspiciunt.

Tria sunt à μνήσει Ecclesiae. I. cognitio doctrinæ à Deo traditæ. II. pia precatio. III. Consensus iudiciorum in vera Ecclesia. Sicut Petrus Act. 10. in domo Cornelij allegat consensum omnium Prophetarum, inquiens: Huic Christo omnes Prophetæ testimonium prohibent. Ita post verbum Dei nihil nos magis confirmat & munit contra furem Diaboli, quām consensus piorum & doctorum in Ecclesia, quales multi fuerunt post Apostolos, in Græca & Latina lingua, quorum monumentis & fragmentis suauiter erudimur & confirmamur.

Vtiles moribus]

Illa philosophia est maximè approbanda, quæ habet usum in vita humana: ita in Ecclesia illa doctrina est probanda, quæ habet usum in docendo, consolando & exhortando, ut Paulus dicit ad Timotheum: Sis assiduus in doctrinæ & consolatione. Et Roman. 15. Quæcunque scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Potes igitur facile probare, an dogma sit rectum ac curuum, quando consideras applicationem ad usum, Regnum Dei non consistit in sermone, id est, rixis disputationum, sed in virtute, id est, in vero timore, fide, inuocatione & patientia, &c.

Hactenus audiimus exordium tituli de causa peccati, quod sumitur ex antithesi doctrinarum philosophiæ & doctrinæ Christianæ. Hac antithesi perpetuò nobis utendum est in Ecclesia, ut intelligamus quid interfit inter iudicium rationis humanæ sine Spiritu sancto, & sapientiam Ecclesiae propriam. Post exordium sequitur principalis propositio. Nam exordio proximè adiungenda est, & quasi annexanda propositio principalis, continens statum seu summam totius negotij. Audiamus igitur hanc propositionem. Estq; hec vera sententia utraque manu & verius toto pectore tenenda. Vtræ manu amplecti, est, auidè aliquam rem arripere, & in ea acquiescere.

Horribiliter irasci peccato]

Aristoteles in politicis citat versum ex Euripide, qui proponebat regulam in docendo maximè necessariam. Non dicas plausibilia & ad ostentationem comparata, sed salutaria Reipublicæ & patris. Hunc versum ideo repeto, ne quis à lectione huius propositionis ab-

alienetur propter simplicem & mollissimam formam orationis. Et si enim in his verbis nihil est νόμον πράξε ferens aliquam magnificentiam, tamen hæc ipsa simplicitas est verissima & salutaris piis mentibus. Possunt autem signa iræ Dei aduersus peccatum multa colligi, sed nunc tribus præcipuis contenti simus, quorum primum est vox Legis diuinæ, quæ non est inanis sonitus, ut multi securi putant, sed in veris patioribus conscientiæ, est eloquentia tonans ac fulgurans, sive ut Prophetæ loquuntur, ignis consumens, & malleus conterens petras. Quis enim non cohorrescat auditu hoc fulmine? Maledictus omnis, qui non seruat omnia scripta in libro Legis. Deuter. 27. Galat. 3. Alterum signum sumitur ab exemplis poenarum, cuiusmodi sunt abiectione Diabolorum in æternos cruciatus: poena primi lapsus in genere humano, quæ est longa tela peccatorum & miseriarum, vniuersale diluvium, cõflagratio quinque ciuitatum, excidiū verbi Hierosolymæ, Carthaginis, Romæ, & aliarum potentissimarum urbium. De his exemplis poenarum legatur secundum caput posterioris epist. Petri. Tertium signum, quod longè superat omnes alios gradus, est mors Filij Dei. Cum autem tota rerum natura mota sit, pendente hoc Domino in cruce, accusemus nostram duriciem & stuporem, quod non afficimur tantæ rei consideratione. Est enim mors Filij Dei speculum monstrans utrumque, ingentem iram Dei, & immensam misericordiam Dei.

Etiamsi non possumus omnia]

mias, qui abiecerat clypeum, non is qui abiecerat gladium, & additrationem legis, quia potior debet esse cura defensionis, quam offensionis. Hæc lex rectè accommodatur ad disputationes, quarum debet esse aliquis modus.

et, absoluerebat autem fugientem abiecto gladio, qui est ἀμυντήριον. Hæc lex significat, teste Plutarcho, maiorem esse habendam rationem defendendi, quam laedendi: sicut disputationibus magis debemus elaborare in confirmanda vera sententia, quam refutanda contraria, quia Sophistica est infinita, & unus fatuus potest plura cõstruere &

Plutarchus in vita Pelopidae narrat, apud Græcos fuisse legem militarem, qua notabatur infamia

duo sunt genera armorum, tegumenta & tela. Græcæ φυλακτήρια καὶ ἀμυντήρια. Lex igitur militaris apud Græcos, notabat infamia abiicientem φυλακτήριον, absoluerebat autem fugientem abiecto gladio, qui est ἀμυντήριον.

& intricare, quām decem sapientes destruere. Multa argumenta non aliter possunt solui, quām vt Alexander nodum Gordium dissecuit: ita in articulo de iustificatione, necesse est nos contentos esse dicto Pauli: Fide iustificamur, et si non ad omnia possumus responderē, quæ obiciuntur.

Odit peccatum]

Psalm. 11. Diligentem iniquitatem odit anima ipsius. Quare

dicit anima ipsius? vt discernat ~~negligat~~ à simulatione, non enim cadit in Deum simulatio, sed in Deo omnia sunt ~~negligentia~~, id est, seria.

Diabolus est pater mendacij]

id est, fons & principium mendaci. Est figurata prædicatio, non enim est res positiva mendacium.

Angeli à Deo creati sunt]

Psalm. 104. Qui facis angelos tuos Spiritus, & ministros tuos flammam ignis.

Quorum aliqui postea lapsi sunt]

De lapsu angelorum teneantur hæc testimonia Lucæ 10. Vidi, inquit Christus, Satanā sicut fulgur è cælo [ex sede beata] cadentem. Iohan. 8. Diabolus in veritate non stetit [perseueravit] 2. Petri 2. Si Deus angelis peccantibus nō pepereit, quantò minus nobis parcer? Etsi autem de causa impulsu huius lapsus nihil expressè scriptum est in sacris literis, tamen consentaneum est, superbiam fuisse causam, qua Diabolus contempnit Filium Dei, cuius humilitas maior est, quām omnium angelorum & hominum.

Sed omissa disputatione de causa lapsus Diabolorum, nocte neamus, quod certò traditū est, in pena Diabolorum propositū esse exemplum horrendæ & iustissime iræ Dei aduersus angelorum & hominum peccata, qua de re præclarè dixit Augustinus tractat. 95. in Iohannem: Metuam homines futurum iudicium; ne

Solus Filius Dei verè nouit Patrem, ideo etiam magis infra Patrem se abiicit vera reuerentia & subiectione, quām omnes creature. Propter hanc humilitatem & reuerentiam Filij erga Patrem, cōsentaneum est, Diabolum tibi placentem, præ se contempnisse Filium Dei. Hæc est conjectura Philippi, Lutheri, Bernhardi & aliorum.

cum mundi principe damnentur. Etenim ne fibi existimet pars superbia dura mortalium, de superborum terrena est supplicio angelorum.

Non est Domino suo maior seruus. Siigitur princeps mundi damnatus est iusto Dei iudicio, quantò minus parcet Deus mancipis & seruis Diaboli.

Sicut ipse Filius Dei est verè humilis: ita etiam angeli boni perseverantes in iustitia donata, imitatur exemplum Filii Dei. Sunt enim & ipsi humiles atque modesti, & cum sint multò præstantiores nobis, tamen seruiunt nobis, iuxta dictum Hebr. i. Angeli sunt ministratorij Spiritus, qui mittuntur à Deo ad Ecclesiam propter eos, qui sunt hæredes æternæ salutis,

Velle peccatum]

Quia cum Deus sit verax, non sunt in Deo voluntates contradictoriarum. Affirmat autem Deus se non velle peccatum. Ergo certissimum est, non esse in Deo contrariam voluntatem approbatricem peccati, nimisrum in quantum nihil aliud est quam peccatum.

De Spartanis inquit apud Euripidem generosa mulier Andromache: O dolosi homines, aliud sentientes, & aliud loquentes, male pereant. De Sophistis hoc verum est, & de omni insidiosa simulatione. Sic Diabolus comicafacie agit tragediam. Quam blandus est aduersus Euam! Sed longè aliud dicit, & aliud sentit.

Mundus]

Non significat substantiam, id est, seriem corporum cælestium & inferiorum arte distributorum, sed significat *ātāgīav* naturæ Diabolicae & humanæ.

Qui facit peccatum]

scilicet contra conscientiam. Aliud enim est habere peccatum, & aliud facere peccatum. Omnes sancti in hac vita habent peccatum, propter quod recitant preceptionem: Remitte nobis debita nostra. Et Psalm. 32. Pro hoc [scilicet peccato] orabit ad te omnis sanctus tempore opportuno: sed sancti donec manent tales, non faciunt peccatum, sed militant bonam militiam, retinentes fidem & bonam conscientiam. Quod autem haec sit nativa interpretatio dicti Iohannis, ostendit tota series concionis, in qua fit mentio Diaboli & Cain, qui lapsi sunt contra conscientiam.

Per hominem intravit]

Quare utitur Paulus hac metaphoram?

ræphora? Quia primus lapsus est ianua omnium scelerum & misericordiarum in tota posteritate, & mirum est, Adamum potuisse tamdiu viuere, & sustinere recordationem tanti lapsus, qui non erat priuatum malum, sed publicum, vagans per omnem posteritatem. Sed haud dubie Deus eum erexit alloquio suo familiari & angelorum, & aliis modis, alioquin non potuisset viuere unum diem.

Propagauit in posteritatem] Augustinus lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 14. Deus creauit hominem rectum naturarum [*scilicet substantiarum*] autor non vitiorum [*scilicet peccatorum*] sed sponte deprauatus iusteque damnatus, [*scilicet homo*] deprauatos damnatosque generauit. Omnes enim fuimus in illo uno velut in radice corrupta.

Sponte] sine coactione, nemine impel lente, nemine urgente & cogen te, voluntas propria non potest cogi.

Deprauatos damnatosque] Differunt deprauatio & damnatio. Deprauatio est ipse morsbus hærens in natura, id est, peccatum originis. Damatio est reatus, obligatio ad æternas poenas. Cōpletebitur igitur Augustinus utrumq; materiale & formale, id est, vitium & reatum. Quod Augustinus dicit: Omnes enim fuimus in illo &c. Hoc declarabo vno exemplo, quod extat Hebr. 7. In Genesi cap. 14. scribitur: Abraham post victoriā aduersus quinque reges potentissimos, qui abduxerant Loth & reliquos ciues, congressum fuisse cum Melchisedech, id est, Sem, filio Noë, qui tunc erat Sacerdos & gubernator Ecclesiæ. Huic Sacerdoti dedit Abraham decimas omnium spoliorum, reliquas vero partes dedit ciuiibus Sodomiticis. Ex hoc loco de decimis sic ratio cinatur epistola ad Hebreos. Ille cui dantur decimæ, est maior, minor vero, qui soluit decimas, quia omnis pensio est quædam confessio subiectionis & seruitutis: Constat autem Abraham dedisse decimas Melchisedech. Ergo Abraham fuit minor Melchisedech. Non autem solus Abraham prosua persona dedit decimas Melchisedech regi & Sacerdoti, sed etiam pro omni sua posteritate, in qua etiam numeratur tribus Leuitica, quæ tunc erat in lumbis Abraham. Summa hæc est: Pater Abraham dans decimas Melchisedech, decimauit suam totam posteritatem, & in hac tribum Leuiticam. Si igitur ipse pater Abraham ipso facto ostendit se esse minorem quam Melchi-

sed ezech, sequitur etiam Leuiticam tribum minorem esse Melchise-dech, quia nunquam filius maior est Patre, respectu eiusdem naturæ. sicut igitur tribus Leui decimata est, cum adhuc esset in lumbis Abraham: ita nos omnes sumus deprauati & damnati in lumbis Adæ.

Nec figuræ illæ]

Est puerilis obiectio, Verba a-
ctiua significant actionem. Deus

dicit: Ego induabo cor Pharaonis. Ergo Deus efficaciter Pharao-nem impellit ad peccatum. Respondeo. Non valet huius argumen-ti consequentia, quia alia phrasis est linguae Latinæ, alia sermonis Hebraici. Sæpe sermo diuinus congruit cum humano sermone, sed interdum considerandum est discrimen inter sermonem diuinum & quotidianum. Nobis in lingua Latina, verba actiua significant a-
ctionem, sed apud Hebreos multa significant permissionem, vt, Ne
nos inducas in temptationem, id est, ne finas nos induci. 2. Cor. 6. Du-
plex est tentatio. Una à dextris, altera à sinistris. Tentatio à dextris
significat impias illecebras, vt Ioseph tentabatur à dextris, quando à
sua domina incitabatur ad adulterium. Tentatio à sinistris signifi-
cat impiæ terriculamenta. Hoc modo tentati sunt omnes martyres
in suppliciis. Hoc igitur dicimus, Ne nos inducas in temptationem, id
est, ne finas nos vinci spe, aut frangi metu. Spes & metus debilitant
mentes hominum. Diabolus habet duas larvas seu facies, vnam co-
micam, alteram tragicam. Comica facies est tentatio à dextris, id est,
blanda tentatio. Tragica facies est tentatio à sinistris.

Pxterea & moneri]

Sequitur in textu declaratio

sentientiæ, quæ docet, peccatum
non esse rem posituam, sed priuatuum, id est, esse defectum seu
ἀταξίᾳ. Ac de peccato originis facilis est declaratio, quod est par-
tim spoliatio, partim sauciatio. Nam natura est spoliata gratuitis do-
nis, & sauciata in naturalibus. De peccato actuali etsi declaratio vi-
detur obscurior & difficilior, cum motus seu actio sit quiddam po-
situum: tamen si intueamur non modò externa facta, sed etiā men-
tem gubernatricem actionum, quæ caret rectore Deo, facilis erit de-
claratio. Post hanc declarationem, sequitur enarratio insignis dicti,
quod extat apud Ieremiam cap. 10. Scio Domine, quod nō est homi-
nis via eius, neque viri dirigere gressus eius. Hoc dicto, quod conti-
net doctrinam & consolationem valde necessariam, aliqui abutun-
tur ad tollendam contingentiam, & ad defensionem fati Stoici. Sed
his præstigiis & tenebris Stoicis relictis, audiemus in textu, quantū
boni

boni nobis in breui aphorismo Prophetæ, ad doctrinam & ad consolationem proponatur.

In mente tenebræ]

Tenebræ sunt priuatio lucis.

Ita in mente peccatum originis
est caligo, id est, obscura notitia de Deo, & languida assensio de pro-
uidentia & aliis rebus diuinis.

Affuefaciant se iuniores ad hanc diligentiam & methodum, vt in
doctrina de peccato originis, ordine eant, per potentias animæ pre-
cipuas, id est, per mentem, voluntatem & cor.

In voluntate est auersio]

Vnde hoc vocabulum est de-
sumptum auersionis? voluntatis

obiectum est bonum. Bonum autem duplex est, finitum & infinitū.
voluntas debet esse conuersa ad bonum infinitum, ad Deum, deinde
de suo ordine debet appetere bona finita, id est, reliquos gradus bo-
norū. Sicut igitur voluntas ante lapsum fuit conuersa ad Deum,
tanquam ad primum & præcipuum obiectum, in vera fiducia, ti-
more & dilectione: ita post lapsum eadem voluntas est auersa ab hoc
summo & infinito bono contrariis affectibus, scilicet securitate, que
pugnat cum timore Dei & diffidentia, quæ fugit & odit Deum, vt
Paulus inquit Rom. 8. Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum.
Dicat aliquis: Quomodo homo potest odire Deum? In rebus secū-
dis non appetet hoc odium, sed in rebus aduerbis, cùm impatientia
& fremitus appetet, animaduerti potest, latuisse & tectum fuisse hoc
odium Dei in natura humana, etiam in sanctissimis, vt Iob, Ieremia.

Et in corde]

Quantum chaos affectuum
errantium est in corde humano!

Hanc confusione describens Propheta Ieremias, cap. 17. inquit:
Prauum est cor hominis, & ærumnosum, & inscrutabile. Prauum:
quia habet inordinatos & errantes impetus contra Legem Dei.
Ærumnosum: quia propter peccatum iustissimo ordine sentit la-
cerationem, cruciatus & multas miserias. tādem additur ἀδύνατον:
Et inscrutabile: Quasi diceret, Quis enarrabit quantas sit ἀταξία
humani cordis, & quantæ miseriarum?

Seruat talem massam]

Genes. 5. Adam genuit filium
ad imaginem & similitudinem
suam, id est, qualis ipse erat post lapsum, talem ex se procreauit so-
RR

bolem, quia effectus nunquam est præstantior sua causa. In mente ante lapsum fuit lux seu sapientia. Nunc est in mente caligo seu tenebris. Deinde ante lapsum in voluntate fuit cōuercio ad Deum, nunc voluntas est auersa à Deo, & conuersa ac defixa in has fordes rerum humanarum. Tertiò, in corde ante lapsum fuit pulcerrimus ordo affectuum congruēs cum Lege Dei. Nunc autē est in corde ~~ātāzīd~~, id est, confusio & perturbatio omnium affectuum, etiam ~~sop̄yāzī~~ non recte reguntur. Nemo non magis amat suos liberos, quām Deum, sine luce Spiritus sancti.

Naturæ vulnus]

Non parue causæ sunt, cur Filius Dei assumperit humanam naturam, non leuis morbus est, nec medicus aspernandus. Vnde potest aliquo modo æstimari magnitudo peccati originis? Magnitudo peccati originalis æstimari potest ex tribus signis. I. Ex magnitudine poenarum, quæ vagantur per totum genus humanum. II. Ex lapsibus sanctorum iudicari potest, quantum malum sit peccatum originis, ut ex lapsu Aaronis, Dauidis & Salomonis. III. Sed omniū maximum signum est magnitudo remedij, iuxta aphorismum Hippocratis: Extremis morbis extrema remedia opponenda sunt. Si potuissent vulnera nostra sanari ope angelorum aut hominum, Deus pepercisset suo Filio vnigenito. Sed quoniam nec ab angelis, nec ab hominibus potuit fieri restitutio in integrum, ideo Deus misit Filium suum vnigenitum, natum ex muliere.

Cauillatio diluatur]

Deus non irascitur propter nihil. Peccatum est nihil, id est, non est res condita. Ergo Deus non irascitur propter peccatum. Negro consequentiam, est fallacia æquiuocationis. In Maiore significat nihil negatiuum, in Minore significat nihil priuatuum. Differunt autem negatio & priuatio. Negatio significat tales interitum, ybi nec subiectum reliquum est, ut Bucephalus iam est nihil negatiuè. Sed priuatio est destrutio bonæ rei in subiecto, quod reliquum est. Omnis priuatio est in aliquo subiecto, ut cæcitas est in oculo, surditas in auribus. Sic peccatum est in aliquo subiecto, id est, in natura Diabolica & humana.

Res positiva]

id est, res à Deo condita. Quando olla est rimosa, abiicitur. Olla est subiectum, rima priuatio.

Confu-

Confusio]

qualitatum.

Non solum facta, sed mente regentem facta] Sic in mente Cain est dubitatio de prouidentia & de poena, & voluntas sine rectore Deo. Quāquam igitur motus voluntatis & membrorum est res positiua, tamen in eo motu est aueratio à Deo. Quare non tātūm intueamur extēnum motum, sed mentem & voluntatem, quā propriè est subiectum peccati. Cogitemus nos esse nauiculam, Deum esse gubernatorem, Sathanam impellentem ad peccata, esse ventos & procellas.

Constituta hac sententia] Postquam fundamenta sunt iacta, quod Deus non sit causa peccati: iam procedit ex hypothesiuxta regulam: Quidquid sequitur ad consequens bona & consequentiae, sequitur & ad antecedens.

Contingentiam esse] Contingens opponitur necessario & impossibili. Quidquid igitur est contingens, neque est impossibile, neque est necessarium, sed habet causam, quā poterat aliter agere. Differunt posse non peccare, & non posse peccare. Sicut Augustinus inquit: Adam ante lapsum potuit non peccare, id est, lapsus fuit contingens, id est, neque necessarius, neque impossibilis. In vita æterna non poterimus peccare, id est, lapsus erit impossibilis. Sicut iam angelii non possunt peccare, quia sunt confirmati in sua bonitate, his erimus similes. Ideo dicit psalmus 116. Reuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. 1. Quia eripuit animam meam ex morte. 2. oculos à lacrymis. 3. pedes meos à lapsu. 4. ambulabo coram Domino in terris viuentium. Donec sumus in hac vita, semper poterimus peccare, errare, labi, hallucinari, sed in vita æterna erimus securi, immunes à peccato, vt Cyprianus inquit, in serni, de mortal. Hoc commodum præstat mors homini Christiano, quod ex periculis peccandi, in non peccandi securitatem eum restituit.

Sequitur aliam esse contingentiam] Quot sunt causæ contingentiae? Tres sunt causæ seu fontes contingentiae. 1. Libertas in Deo, 2. Libertas in angelis & hominibus. 3. Fluxus materiae. Sicut materia est in continuo fluxu, vt Plato inquit, ita nostra vita est in continuo fluxu, sicut Luna crescit & decrescit.

Lex est pædagogus] Galat. 3. Officia pædagogi sunt
RR 2

duo. Vnum, docere: alterum, tempestiuè castigare. Ita Lex partim docet nos, partim coercet, & duriter castigat.

Ieremias 10.]

Quare Deus assiduè est inuocandus? audi rationem. Scio Domine, quod nō est hominis via eius, nec est viri dirigere gressus suos. Inde est versiculus præceptoris: Nulla venit nobis, te nisi dāte, salus.

Aliud est loqui de euentu]

Aliud est consilium, aliud euentus. Consilium est aliquo modo in nostra potestate, euentus regitur à Deo, vnde dicitur: Homo proponit, Deus disponit.

Via hominis]

Nouit Dominus viam iustorum, id est, vocationem piorum Deus approbat, adiuuat & defendit.

Errat Iosias]

Iosias fuit sanctus Princeps & sapiens, & bene meritus de Ecclesia, sed in postremo vita actu hallucinatus est, quia nullus sanctus est ἀναμέτρητος, id est, sine peccato, seu expers peccati. Et si igitur rex Aegyptius Necus promittebat pacem Iosiz, tamen Iosias non potuit quiescere, sed putauit sibi gloriosum esse, suscipere bella aduersus tam potentem regem, putauit se semper fore felicem, sicut antea felix fuerat, dum stetit in vocatione, sed Deus dat felices successus in vocatione & in rebus necessariis. Non dat Deus felicitatem in actionibus non necessariis, susceptis quadam πολυπεφυμοσύνῃ. Sic David peccauit, numerans populum.

Cicero exclamat]

In epistola postrema ad Octavianum Augustum Imperatorem: O me nunquam sapientem: Theognis: οὐδὲς ἀνθεώπων εἰνί ἀπαρταὶ φόδος. nemo ubique hominum sapiens. Sic Simonides. ἀμαρτάνει τοὺς τοφέτερος. Hx querelæ docent, exiguam esse sapientiam in hominibus.

Vnus lapsus s̄epe ingentem ruinam]

Quanta Ilias malorum secuta est lapsum primorum parétum? quanta mala secuta sunt idolatriam Salomonis? quæ peperit bella ciuilia inter domum Iudam & domum Beniamin, & mutationem religionis. Cùm igitur Diabolus texat longam telam peccatorum, scandalorum & pœnarum, simus

mus diligentiores in vitandis lapsibus, quia verissimè dictum est, nullum peccatum solum esse, sed vni multa implicata esse.

Insigne est dictum Aristotelis. Vno inconuenienti dato, multa sequuntur: ἐντὸς ἀριθμοῦ διθέντος πολλὰ συμβαίνει. Nulla virtus sola, sic nullum vitium solum. Credo vos legisse epistolam Ciceronis ad Octauium postremam, in qua & hoc habetur: Sæpe optimè cogitata pessimè cadunt, id est, non semper respondent bonis consiliis optati euentus. Bella non procedunt iuxta dicta, id est, secundum consilium, & cogitationes eorum, qui bella gerunt.

In bonis causis]

Sæpe Deus puniit homines propter priora delicta, etiam si in presenti negotio iustum causam habent, vt ostendit exemplum vnde-cim tribuum, gerentium bellum iustissimum aduersus tribum Beniamin, Iudicum 19. & 20.

Quidam petulantes in tribu Beniamin rapuerant, & saluo honore, stupraverant vxorem Leuitæ, facientis iter per tribum Beniamin. Cum igitur ad pœnam autores tanti sceleris peterentur, noluerunt magistratus illius loci ea facere, quæ in tali delicto puniendo, decent gubernatores. Itaque vnde-cim tribus coactis maximis copiis, & quidem Deo mandante hanc executionem pœnæ, intulerunt fratribus suis Beniamitis bella. Etsi autem causa decem tribuum erat iustissima, quia erat legitimum bellum aduersus notoriam iniuriam: tamen in primo & secundo prælio multa millia cæsa sunt in exercitu vnde-cim tribuum. Quærat aliquis hoc loco, Cur Deus puniuit gerentes bellum iustum & necessarium, & ab ipso Deo mandatum? Respondeo. Habuerunt quidem in hoc negotio vnde-cim tribus iustum causam, sed propter alia peccata priora punitæ sunt, tandem verò exitus huius belli congruit cum iustitia, quia in postremo prælio tota tribus Beniamin deleta est, exceptis 500. quibus, tanquam supplicibus Deus iussit parci, vt essent seminaria huius tribus. Voluit enim Deus tribus esse distinctas, vt sciretur, ex qua tribu Messias venturus & nasciturus esset.

Omnia sunt hominū tenui]

non tantum tenui, sed etiam putri filo.

Summos è suo fastigio eiiciunt]

Seneca in Agamemnone:

Furit alternos voluere fluctus.

Non sic Lybicis Syrtib⁹ æquor

Non Euxini turget ab imis
 Commota vadis vnda : ni-
 uali vicina polo, arctico.
 Vbi cæruleis immunis aquis,
 Lucida versat plaustra Bo-
 otes, Arctophylax.
 Ut præcipites regum casus fortuna rotat.

Dictum Simonidis de inconstantia hominum: Faciliore est homi-
 nis mutatio, quam muscae, quantumuis celeriter volantis. Seneca:
 Omnia humana eiusdem fortis atque conditionis sunt, & quæ ha-
 ctenus non sunt mota, adhuc sunt mobilia. Sunt regulæ insignes de
 modestia & vitanda πολυτελεία μοστήν.

Non vos estis]

Matth. 10. Nos volentes loqui-
 mur, & tamen Spiritus loquitur
 in nobis.

Non relinquam vos orpha-
 nos]

Iohan. 14. Ecclesia in hac vita
 est orphana & vidua, & non ha-
 bet tutorem nisi Filium Dei Me-
 diatorem, qui ideo venit ut sit noster medicus, tutor, patronus, ad-
 uocatus.

A Domino gressus hominis
 dirigentur]

Psalm. 37. Hic psalmus est con-
 solatio opposita scandalo crucis
 piorum & felicitatis impiorum.
 Deinde est regula vita. Fac necessaria, & pete auxilium diuinum, &
 commenda Deo exitus. Necessaria: id est, mandata à Deo, congruentia vocationi. Deinde pete auxilium: quia nos soli non possumus
 sustinere molem negotiorum, ideo inquit psalmus: Subditus eslo
 Deo in vocatione & ærumpnis, & in vita publica & priuata, & ora
 eum, & ipse faciet.

Non potest sibi homo sume-
 re quicquam]

Est politicum & Ecclesiasticū
 dictū, id est, ut Dominus præce-
 ptor piæ memorie solebat dice-
 re: Wers glück hat/ führt die braut heim.

Pompeius, Brutus]

Hæc exempla monent, quam
 necessaria sit diligentia, videre
 metas officij, nec extra has vagari, nec appetere maiora, ad quæ Deus
 non vocat.

Hæc

Hæc regula traditur à Paulo 1. Thessal. 4. In hac re sitis ambitionis, ut agatis propria, id est, congruentia vocationi, & sitis tranquilli, id est, modesti. Si potuissent quiescere Pompeius, Brutus & Antonius, fuissent in hac vita bœati (loquimur autem de beatitudine politica) sed quia peccauerunt πολυπεγχυστην, mouerunt bella non necessaria, tantum ambitione quadam, ideo Deus non adiuuit eos, sed despontit imperium Augusto.

Vt simus organa Dei salutaria]

Vasa sunt duplicita, alia sunt iræ, alia misericordia. Hæc distinctione traditur à Paulo Rom. 9. Totum genus humanum est distributum in duas classes. una classis comprehenditur vasa misericordia, id est, viua membra Ecclesiæ, quæ reguntur à Spiritu sancto, & faciunt Dœo grata, & aliis ac suis animæ salutaria. Talia organa fuerunt Apostoli, Prophetæ, martyres, & omnes sancti ab initio. Altera classis continet vasairæ, id est, pestes humani generis, vt sunt omnes tyranii & hæretici. Tyranni, vt Phærao & Nero. Hæretici, Manes & alij.

Qui facit omnia secundum]

scilicet bona & salutaria in Ecclesia. vniuersales sepe restringendæ sunt ad certam speciem.

De salutaribus actionibus]

Verba sunt intelligenda de subiecta materia.

Non humanis consiliis, sed]

Psalm. 4. Dominus mirificat, id est, mirabiliter regit, defendit, seruat sanctum suum, id est, Ecclesiam suam. Nam quod de uno sancto verum est, hoc etiam de toto corpore verum est. Esaiæ 9. Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis, & vocabitur nomé eius admirabilis, scilicet non tantum propter copulationem duarum naturarum in Christo, diuinæ & humanæ, sed etiam propter officium & propter mirandam gubernationem & defensionem Ecclesiæ. Itē Oseæ 1. Saluabo eos non in gladio, sed in Domino Deo ipsorum.

Dirige me in veritate]

psalm. 25. est precatio pro remissione peccatorum, & pro diuinâ gubernatione. Petet enim David eo in psalmo à Deo gratiam & donum per gratiam. Gratia significat remissionem peccatorum. Donum per gratiam significat donum Spiritus sancti, qui est gubernator nostræmentis, voluntatis & cordis.

Necessitate absoluta]

Quatuor sunt gradus necessitatis. Primus gradus est necessitas absoluta, cuius oppositum est simpliciter impossibile. 2. Est necessitas definitionum & demonstrationum, cuius oppositum est implicatio contradictionis, id est, est manifestum mendacium. 3. Est necessitas physica, quæ est ordo naturæ eodem modo se habens, qui tamen à Deo mutari potest. Sol quotidie oritur & occidit necessitate physica, sed Deus potest sistere Solem, ut fecit in pugna Iosuæ & Ezechiæ. 4. Necessitas consequentia, quæ est earum rerum aut propositionum, quæ possunt se sua natura aliter habere, sed sunt necessaria, vel propter præcedentes causas, ut oportet hæreses & scandalisa esse in Ecclesia, quia causæ hæresium & scandalorum, videlicet furor & odium Diaboli, & petulantia humanorum ingeniorum semper præstò sunt. 2. vel quia determinate sunt, ut mortui resuscitabuntur, quia Deus decreuit se resuscitaturum esse mortuos & adducturum in iudicium. 3. vel quia cùm sunt, contradictoria simul veræ esse non possunt, iuxta dictum Aristotelis περὶ ἐργασίας. Omne quod est, quando est, necesse est esse. Nunc necesse est nos esse in hoc cœtu Scholastico, quia non sumus alibi: sumus hīc, non in foro. Si ergo dices, nos iam esse in foro, implices te contradictioni.

Quomodo enim inuocabit
Deum is?Deinde & moribus perni-
ciosum]Adiiciam explicationem vñ-
tati argumenti]

Causa secunda non agit sine prima. Causa secunda peccat, ut Eua. Ergo & prima causa videtur velle & adiuuare peccatum. Respondeo ad Maiorem: Causa secunda non agit sine prima, scilicet vel sustentante vel adiuuante. Deus sustentat Euam peccantem, sed non adiuuat: Daudem prælantem pro populo Dei, Deus non tantum sustentat, sed etiam adiuuat in bonis actionibus. Hæc est crassa & popularis refutatio. Respondent alii sic: Deus adiuuat actiones positivas, sed non adiuuat actiones priuatiuas, id est, adiuuat naturam ordine agentem, non adiuuat peccantem, quia peccatum est priuatio.

Precatio piorum est optima &
firmissima refutatio fati Stoici.Aristoteles περὶ ἐργασίας, id
est, de ppositione: Si omnia sunt
necessaria, nihil loci relictum est
deliberationi & diligentia humana.

Studiofis

Studiosis in Academia Lipsica

S. D.

MV L T A sunt bona, quæ mentem bonam delectare possunt, assidue versantem in lectione Xenophontis, cuius voce Musas quasi locutas ferunt. Sed haud scio an vlla extet Xenophonis narratio dulcior, & ad id quod nunc nobis propositum est, accommodatior, quā illa, in quarto libro dictorum Socratis, in qua Hippias Socratem reprehendit & exagitat, notas & visitatas sententias repetentem. Adhuc, inquit, eadem illa dicis, quæ ante multos annos te dicente audiebamus? Ego verò, inquit Socrates, non solum eadem crebris sermonibus repeto, sed etiam eodem modo: Tu fortassis quia eximiam & singularem sapientiam consecutus es, de eiusdem non dicas eadem. Ibi Hippias audaciùs exultans: Præcipue, inquit, in hanc curam incumbo, ut aliquid afferam noui, inauditi & inusitati. Tales Hippia, fastidientes visitatam doctrinam, & noua ac prodigiosa dogmata suspicentes & admirantes, omnibus temporibus sunt & erunt in philosophia, & in doctrina Ecclesiaz. Quæ enim alia causa impulit Epicureos & Stoicos, ut doctrinam recte ab Aristotele explicatam mutarent, nisi hæc peruersitas ingeniorum, qua manuult quisque autor esse suæ sententiaz, quā assertor alienaz? Eadem Furia ex inferis emissa, plura & maiora detrimenta Ecclesiaz importare solet, quām quæ astimari possint. Quis enim ignorat, quantæ tenebræ per Origenem in Ecclesiam inuenientæ sint, dum ineptus homo, ne quid asperius dicam, omnes partes atque omnia membra Scripturæ diuinitus traditæ, in allegorias transformare conatur? Sed quidego vetera cōquiraram, cū mihi licet vti presentibus exemplis atque viuis? Scimus, Reuerendum virum, & de Ecclesia Christi optimè meritum D. Philippum Melanthonem, scripsisse Locos Theologicos, testimonio & iudicio omnium piorum & doctorum valde probatos, in quibus, vt alia omittam, recte explicat doctrinam de libero arbitrio, repudiatis blasphemias Pelagianorum & Manichæorum. Quem-

SS

admodum enim Pelagiani defendunt liberum arbitrium contra gratiam, nimium tribuentes spoliatae & sauciatae naturae: ita Manichæi omnino hominem ex homine tollunt, quia negantes liberum arbitrium, transformant hominem in pecudem, aut saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem. Sic igitur vir clarissimus & nunc in æterna consuetudine Dei beatus, hanc disputationem moderatus est, ut contrarias hyperbolas, quarum una non minus nocet Ecclesiæ quam altera, tanquam scopulos in mari viatret. Neque vero dubium est, hanc sententiam, quæ in Locis proponitur, congruere cum verbo Dei & cum experientia omnium piorum, & maximum usum habere non solum in consolatione, sed etiam in doctrina & exhortatione. Quid enim dices Francisco Spiræ disputanti an sit electus? An hunc expectare iubebis raptus, & manere in dubitatione, donec vi cogatur credere? An vero deduces eum ad promissionem vniuersalem, & ad summum & seuerissimum mandatum, quod præcipit, ut omnes Euangeliū audiant & suscitent cogitatione Euangeliū, & repugnantes dubitationi, confugiant ad Filium Dei assidua inuocatione: Conuertere me, Domine, & conuertar. Credo, Domine, sed opem fer imbecillitati meæ? Hæc in ipsis fluctibus tentationum, in quibus animæ salus periclitatur, melius discuntur, quam in otiosis speculationibus. Sed contra hanc veram, certam, planam & perspicuam sententiam, quæ ex his fundamentis extruitur: Venite ad me omnes &c. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. exorti sunt noui doctores, tanquam gigantes ex terra nati, qui fingunt voluntatem humanam saxum esse, & hominem in conuersione furere, & quasi vinolentum bacchari, & frementii atque aduersa fronte repugnatæ dari Spiritum sanctum. Talia paradoxa nunquam approbaui, neque deinceps Deo iuuante approbaturus sum, sed in ea sententia acquiesco, quam non solum didici in Ecclesia & Academia VVitebergensi ante annos viginti a præceptoribus, qui tunc erant præcipua lumina & columnæ Ecclesiæ amplectentis puram & incorruptam Euangeliū doctrinam, sed etiam pro mea mediocritate in aliquot Academiis publicè repetiui. Ac si necessitas postulabat editionem pagellarum, quæ continent summam meæ confessionis de libero arbitrio, in

scholis

scholis aliquoties repetitam, tantum abest ut lucem fugiam, vt illarum editioni adiuncturus sim veram narrationem de initiis & incrementis dissidij, quod inter me & Flacium extitit, & de uniuersa disputatione, quæ sic est typis expressa, ut me tacente, res ipsa loquatur, qua fide & quo candore Flaciani hanc tragediam agat. Sed volens abrumpo querelam plenam iusti doloris, & eos, qui sunt sanabiles, reuerenter & amanter oro, ut si quis haec tenus iniuste mihi iratus fuit, deinceps cognita veritate fiat mihi placatus. Ita enim de libero arbitrio, Deo iuuante differam, ut appareat, me simplicem veritatem querere, & dicere congruentia cum verbo Dei, & cum perpetua confessione pia vetustatis.

Quod autem Hilarius à lectoribus suorum librorum, quos scripsit de Trinitate, postulat, id ego auditoribus, qui antecepitas habent opiniones de genere doctrinæ, quod profiteor, subiicio atque propono. Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius quam imponat, & retulerit magis quam attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectio nem præsumpsit intelligendum. Quemadmodum enim moribus oculorum non sinit ea, quæ ante pedes sunt, videre: ita concepta opinio & affectus vera iudicia perturbant & impediunt. Ascribam verba Demadis, quæ hanc imaginem venustissimè pingunt: οὐτε γέ ή τῶν δοθαλμῶν νόσος οὐ τὰ ὄρασιν συγχέσα κωλύει τὰ έμπειδὸν κειμένα θεωρεῖ: οὐτε δίκος παρεισδύνων λόγος εἰς τὰς τῶν δηκασῶν γνώμας, οὐκέτι διὸργιλὺν συνοργάνων τὴν ἀληθειαν. Precor autem Filium Dei, Dominum N.I.C. crucifixum pro nobis & resuscitatum, ut Ecclesiam senescentem defendat non tantum contra hostes, qui manifesta vi grassantur, sed etiam contra Sophistas, qui ut Pauli verbis utar, sunt homines sui amantes, auari, factiosi, superbi, maledici, ingrati, calumniatores, habentes quidem formam & speciem pietatis, sed ipso facto vim eius abnegantes. Est enim verissimè ab Augustino dictum in enarrat. psalmi 142. Habet Ecclesia quod ferat foris, gemat intus, inimicos suos deparet foris & intus, foris facilius emitabiles, intus difficilius tolerabiles. Bene ac feliciter valete. Calend. Ianuarij. Anno 1564.

V. S.

SS 2

LOCVS DE HUMANIS
VIRIBVS SEV DE LI-
BERO ARBITRIO.

TS I ex magnitudine periculorum , certamini-
num atque ærumnarum , quas certo Dei consilio
aliquot annos sustinui , satis intelligi potest , me
nec inani curiositate , nec prava aliqua cupidita-
te , nec cæca pertinacia genus doctrinæ , quod am-
plexus sum , fide & bona conscientia retinere , at-
que etiam pro mea tenuitate propagare : tamen
de mea voluntate hoc tempore rursus quædam dicenda sunt , vt iu-
uentutem scholasticam præmoneam , ne ex calumniis & iniustis cō-
demnationibus crudelium hypocritarum de me iudicent , sed & do-
ctrinæ fontes , & meam voluntatem candidè considereret . Non enim
ago priuatam aliquam causam , sed communem nostrarum Eccle-
siarum de libero arbitrio , sententiam profiteor ac defendo . Quam
quidem iudico congruere cum verbo Dei , sine calumnia intellecto ,
& cum experientia vniuersali omnium piorum in Ecclesia : nec dis-
sentire eam statuo à puriore antiquitate Græca & Latina : & maxi-
mum usum habere in doctrina , in consolatione & in exhortatione ,
sine vlla dubitatione confirmo . Qui verò hanc simplicem & planam ,
& nullis labyrinthis disputationum implicatam sententiam repre-
hendunt , vel vt verius dicam , rabiosè allatrant , non tam imprudé-
tia falli (res enim perspicua est) quam inuidia atque obtrécatione
impediri videntur , quo minus lucem veritatis diuinitus monstra-
tam , aspicere aut velint aut possint . Quare iterum & verè exaudiē-
tibus senibus , & tota iuuētute scholastica affirmo , me præcipue mo-
ueri seuerissimis mandatis Dei , quæ ipsæt propugnare veritatem ,
& in ea acquiescere , & yetant falsas opiniones Sophistice defendi , vt
hanc ipsam doctrinam , quam Ecclesia nostræ Dei beneficio sonant ,
amplectari , nec abiiciendam esse propter fuitiles cauillationes sen-
tiam . Sic enim inquit Deus in tertio præcepto Decalogi : Non assu-
mes nomen Domini tui in vanum , hoc est , non prætexas tuis furo-
ribus & priuatis cupiditatibus sanctissimum & augustissimum ti-
tulum verbi diuinitus traditi . Et præcepto nono inquit : Non di-
cas falsum testimonium , siue aduersus Deum & doctrinam ab ipso
traditam ,

traditam, siue aduersus tuam conscientiam, siue aduersus proximū. Et Siracides cap. 4. ait: Vsque ad mortem pro veritate pugna, & Dominus Deus pugnabit pro te. Haec cælestia oracula & haec tenus me impulerunt, ut pro mea tenuitate verae doctrinæ patrocinium suscipiem, & adhuc permoveant, ne patrocinium veritatis semel suscepimus deseram. Sed ne verba magis, quam res ad me purgandum parare videar, quod faustum & felix sit, & nostris studiis salutare, Deo adiutorie complectar doctrinam de libero arbitrio octo capitibus. Quorum primum proponet admonitionem de vitandis duabus contrariis hyperbolis, Pelagiana & Manichæa, utraque enim à re ipsa atque à veritate longissimè disiuncta est.

I I. caput erit methodica explicatio, docens, an sit liberum arbitrium, & quid sit, & quale sit, & cur sit, & quomodo differat à peccato originis.

I II. caput erit refutatio Pelagianæ blasphemiae, quæ negat simpliciter peccatum originis, & fingit, gratiam dari propter merita nostra, & homines posse satisfacere Legi Dei propriis viribus, sine Spiritu sancto.

I III. Continebit refutationem Manichæorum, qui somniant, hominem in aliam speciem transformari, ut verbigratia, in saxum, brutum: & negant quosdam homines posse conuerti ad Deum, propter materiam ex qua constant.

V. In quinto capite, Deo adiuuante, exponemus veram sententiam & confessionem orthodoxæ & Catholicæ Ecclesiæ Iesu Christi, de hac parte doctrinæ Christianæ, de qua omnibus æstatibus fuerunt atrocissima certamina, ut ostendunt scripta Augustini, Prosperi & aliorum.

V I. In sexto colligemus bona fide & candidè perpetuum consensum Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, non enim nouum dogma importamus in Ecclesiam, sed retinemus perpetuum consensum verae Ecclesiæ.


V II. In capite septimo, respondebimus non ad omnes, id enim effet infiniti operis, sed tantum ad precipuas obiectiones, que videntur aduersari verae sententiæ, quam nos amplectimur & profitemur.

V III. Postremum & octauum recitabit impedimenta liber-

tatis, ne quis arbitretur, cùm Christus dicat Iohan.3. Si Filius liberauerit vos, eritis verè liberi: nullain hac vita restare impedimenta, quæ languefaciant libertatem. In his capitibus octo explicandis, ut Deus Spiritu sancto mentem & linguam meam regat, ne mihi vllum verbum excidat offuturum gloriae Dei & salutis & nimirum nostrarum, ardentissimis votis & toto pectore propter Filium precor & opto.



Brevis



Breuis narratio exponens certamina
Ecclesiæ & hypocitarum de
libero arbitrio.

C A P. I.

NO L I T E esse adeo delicati, vt abhorreatis ab vsu huius vocabuli. Hoc enim hypocitarum propriū est, rixari de vocabulis. Nemo etiam offendatur hoc titulo, quia Augustinus in multis voluminibus, & singulis ferè pagellis ad fastidium lectoris hoc vocabulum inculcat. Cùm igitur tantus Doctor Ecclesiæ non fugerit hoc vocabulum, cur nos essemus adeo delicati, vt velimus abhorrere ab hac appellatione?

Omnes hypocritæ inde vsque à Cain fascinati admiratione propriæ sapientiæ & iustitiae, somniarūt, vitam & vocationem regi posse consiliis humanis, & libertatem humanæ voluntatis, seu facultatem liberi arbitrij adeo amplificarunt, vt affirmarent homines Legi Dei satisfacere possè, & hac diligētia iustos esse, & mereri præsentia & cælestia bona. Tales fuerunt in gentis Iudaicæ senecta Pharisæi, qui dixerunt, Lege Dei tantum externam disciplinam præcipi, & homines disciplina mereri remissionem peccatorum, & iustos esse coram Deo, & hæredes æternæ vitæ. Has Pharisæicas opiniones tempore Augustini, Pelagius non solum cōfirmauit, sed etiam noua accessione auxit. Contendit enim nihil esse peccatum originis, nisi inane nomen, & ita exagerauit liberum arbitrium, vt dixerit, hominem viribus naturalibus sine Spiritu sancto posse Legi Dei satisfacere, interiore & exteriore obedientia. Ab hac Pe-

Ne quis arbitretur. nos parum candidè agere cum Pelagio, & affingere ei errores, quos non defendit, indicabimus loca quædā ex epistolis Augustini, quæ continent summam doctrinæ Pelagianæ. Estq; Augustinus testis fide dignus, qui vixit tempore Pelagi, & blasphemias eius multis scriptis acriter refutauit. Is igitur epistola 90. & 94. summā de-

lagij doctrina, quæ Euangeliū transformat in philosophiam, non multum differt Monachorum sententia, quam multi am plectuntur, quia est plausibilis rationi.

Etinæ Pelagianæ breuiter recitat. Et in libro de bono perseuerantiae inquit: Tria sunt, quæ maximè aduersus Pelagianos Catholicæ defendit Ecclesia, quorū est vnum, gratiam Dei, non secundum merita nostra dari, quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia etiam conferuntur merita vniuerſa sanctorum. Alterum est, in quantacunque iustitia sine qualibuscunque peccatis, in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi reatus, qui generatione contrahitur, regeneratione soluatur. Non frustrà recito hunc locum Augustini, qui continet summam dogmatum Pelagi, sed ne quis temere applaudat clamoribus improborum, qui temerè quibusdam obiciunt crimen Pelagianæ blasphemiaz. Verum Augustinus satis clare ostendit, quæ fuerint præcipua capita erroris Pelagi. Primum capit fuit, dari gratiam Dei, id est, remissionem peccatorum & Spiritum sanctum propter nostrorum operum merita. Ab hac sententia merito abhorrent omnes prij toto pectore. Secundū caput est, quod homo possit viuere sine peccato, & quod non opus sit hac precatio: Remitte nobis debita nostra. Contra hunc errorem rectè dicit Augustinus citans, sententiā Iohannis Apostoli: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, non est veritas in nobis. Tertium caput fuit simplex negatio peccati originis. Id enim dixit Pelagius, nihil esse nisi inane nomen, sicut pax apud Platonem in Repub. est inane non men. Huius erroris refutatio quotidie Dei beneficio sonat in scholis & Ecclesiis nostris. Cogitet igitur Flacius & Flaciani, si possunt aliquid cogitare, qua fronte, & quo ore falsò accusent viuos & mortuos tribuentes eis illa, quæ ne quidem per somnium in mentem eis venerunt. Addam vnum locum Augustini de difficultate huius loci. Augustinus lib. 1. de peccat. orig. contra Pelagium: Ista quæstio, vbi de libero arbitrio voluntatis & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem assertur Dei gratia, liberum arbitrium putetur afferri. Hunc locum Augustini obseruent studiosi, vt intelligant, non sine periculo nos versari in explicatione huius & aliorum locorum doctrinæ Christianæ. Est enim difficilis

nauigatio inter duos scopulos Cyaneos, inter quos nauigarunt Argonautæ, vt narrat Apollonius in carmine Argonautico, & Pindarus in quadam Oda, cùm periculum sit, ne vno scopolu vitato, nauis in alterum impingat & frangatur. Eum igitur cursum tenere in nauigatione, vt nauis declinet vtrumque scopolum exitialem, non solum magna artis est, sed etiam rara ciuiudam felicitatis. Est etiam difficilis medicatio, secundum Hippocratem citante Platone, quando duobus contrariis morbis vna eademq; opera occurendum est. Nam dum vni morbo obfistere medicus conatur, metuendum est, ne alterius contrarij morbi sauitia augeatur. Sed nobis in Ecclesia longè difficilior est explicatio doctrinæ Christianæ, quia semper in mundo defenduntur due contraria hyperbolæ, quarum vna veritati non minùs aduersatur quam altera, vt in articulo iustificationis alij nimis vrgent opera, alij simpliciter damnant & reiiciunt opera, vtraque autem opinio cum veritate pugnat, & tanquam scopolus fu gienda est, neq; immodicè sunt amplificanda, attollenda & exagge randa opera, neque prorsus abiicienda & pedibus conculcanda. Idem nobis vsu venit versantibus in disputatione de libero arbitrio. Vt enim Pelagius hanc hyperbolæ defendit, qua immodicè prædicat vires humanas, & fingit hominem esse sanum & integrum, qui certè est non modò spoliatus, sed etiam horribiliter sauciatus à latronibus Diabolis: ita Manichæi & similes in alteram partem peccant, transformantes hominem in saxum, brutum & quiduis generis eiusdem, ac ne quidem cōcedunt hominem adhuc esse naturam intelligentem, sed spoliant eum vi mentis & rationis, & prætexunt suæ hyperbolæ quædam metaphorica dicta, aut certè in limilitudine pronunciata, in quibus comparatur homo iumento, vt psalmo 49. Homo interit sicut iumentum. verè dicitur, in comparatione mortalitatis, hominem esse similem iumento. sed nullum simile est idem. Congruit similitudo hominis & iumenti respectu mortalitatis, quia sicut videmus pecudes mori, ita quotidie cernimus funera amicorum & hostium, & tamen animæ pecudum cum corporibus euanescunt, non item hominum. In psalmo 73. comparat se ipsum Propheta iumento, quod attinet ad obsequium sine contumacia & dissidentia, videmus equum, asinum, bouem, elephantem & reliquas bestias, sequi ductum sui curatoris, nec disputare qualis sit via per quam incedendum sit, & non esse sollicitas de pabulo. Est enim equitis curare pabulum equo, & armentarij curare pabulum

armentis, non ipsarum bestiarum. Hac sententia & non alia, vt ostendit lectio psalmorum, comparatur homo iumento, nec sequitur inde: Homo est similis iumento: iumentum est irrationale. Ergo etiam homo.

Vt autem Stoici contradicentes Epicureis, contrariam hyperbolam defendent, de fatali omnium rerum necessitate, quia in vi-
tium dicit culpæ fuga, si caret
arte: ita Manichæi dixerunt, o-
mnia necessariò fieri, bonas &
malas actiones, & prorsus nul-

lam esse humanæ voluntatis libertatem in bonis & malis actio-
nibus, interioribus & exterioribus: sed alios, qui haberent semi-
na malæ materiæ, necessariò sceleratè facere, nec posse ad Deum
conuerti: alios verò ortos à bono Deo, necessariò recta facere, nec
damnari eos à Lege, etiam cum contraria Legi faciunt, quia Lex
tantum iudicet ortos à materia. Cohorresco equidem recitans hęc
exempla furorum Diabolicorum, sed interdum hęc commemo-
rari necesse est, vt fugiamus & execremur Diabolica mendacia,
quæ sunt contumeliosa in Deum, & pernicioса moribus, & Eccle-
siæ doctrinam recte discamus, quæ abhorret à blasphemis Pelagianis & Manichæis, & assiduis
votis à Deo petamus, vt nos do-
ceat & gubernet, sicut Propheta
exclamat psal. 119. Fac cum ser-
uo tuo secundum misericordiā
tuam, & iustificationes tuas do-
ce me.

In philosophia Epicurei &
Stoici contrarias hyperbolas de-
fendunt: Vt enim Epicurei ne-
gant prouidentiam, & dicunt, o-
mnia casu fieri: sic Stoici acerri-
mè contendunt, omnia fieri ne-
cessariò bona & mala, sine discri-
mine, & alligant Deum causis secundis: ita in materia de libero ar-
bitrio sunt duæ contrarie hyperbolæ, vna Pelagianorum, altera Ma-
nichæorum. De Pelagianis paulò antè dictum est in loco de causa pec-
cati. Sed vt iuuentus certa sit, ita sensisse Manichæos, nec affingi illis
errores: breuiter addo indicationem loci ex Augustino, à quo sum-
ma doctrinæ Manichæorum recitatetur epistola 74. Multum est eru-
ditionis & magna rerum varietas in epistolis Augustini. varias enim
tractat quæstiones.

Sint etiam in conspectu admonitiones Augustini de vitandis
contra-

contrariis hyperbolis: quarum vna immodicè amplificat liberū arbitrium: altera in medicando modum excedit, vt de Sylla à Lucano lib. 2. scriptum est.

Recitabo vnum exemplum,
Nam totam historiam recitare
non est huius loci: Cùm Syllav-

cisset Marium patrē & filium, & interfecisset viginti millia ciuium Romanorum, & octo millia, abiectis armis, sese traderent in fidem & potentiam Syllæ victoris: Ibi Sylla insolens in victoria, vt certè res superba est omnis victoria, & difficile est victoria moderatè vti, iussit hos supplices ad vnum omnes interfici in via publica, exaudiente Senatu in Curia. Cùm igitur videret, Senatum confernatum esse propter miserabiles querelas & clamores eorum, qui interfiebantur crudelissimè contra pacta & fidem datam: iussit eos Sylla bono esse animo, quia tantùm pauci seditionis castigarentur. Versus de Sylla apud Lucanum sunt:

Sylla quoque immensis acceſſit cladibus vltor,
Ille quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hausit, dumq[ue] nimis iam putrida membra recidit,
Exceſſit medicina modum, nimiumq[ue] fecuta est
Quà morbi duxere manus.

Omne nimium est naturæ inimicum, iuxta aphorismum Hippocratis: $\tauὰ\ πολὺ\ πολέμιον\ τὴ\ φύση.$ Natura in omnibus rebus requirit medium. Non semper decurrentum est ad extremare media, sicut medici non quotidie vntunt sectione & vſtulatione.

Sic enim in epistola 46. inquit: Qui sentiunt liberum arbitriū adiuuari per Dei gratiam, vt rectè sapiamus atque faciamus, bene sentiunt. Si enim non est Dei gratia, quomodo saluat mundum? & si non est liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum?

iudex. Quomodo autem Deus posset in vniuersali iudicio exercere suam iustitiam, si omnia necessariò fierent, siue bona siue mala? Si voluntas hominis non posset aliquo modo fugere & odiſſe scelera, & expetere honesta opera. Deus certè non condemnabit lapides, non asinos, non equos, qui non sunt curæ Deo, quod ad specialem actionem attinet. Generali quidē actione omnia sustentat & fouet, donec

Hæc sunt argutè dicta. Primum Deus est misericors. Ergo gratia sua nos saluat, sicut dicitur Ephes. 2. Gratia saluati estis, &c.

Deinde idē Deus est iustissimus

vult. Loquimur autem iam de speciali actione, hac actione non sunt curæ Deo bruta, sed homines, sicut dicitur: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælo. Quomodo posset Deus iudicare, si non aliqua esset libertas voluntatis? Si cogor & rapior ad scelera, quomodo iudicabor? Deus non iudicabit lapidem, qui naturaliter agit, cum decidens è tecto interficit hominem. Sed homo interficitur, & iuste, à magistratu, quando occidit alium hominem: ita Deus non iudicabit afinos, boues, sed homines natura intelligentes & volentes, qui poterant aliter agere si voluissent.

Itaque epistolam meam secundum hanc fidem intelligite, vt neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, vt à Dei gratia separatis, tanquam sine illa cogitare aliquid, vel agere secundum Deum vlla ratione possimus, quod omnino non possumus.

Extat insigne dictum apud eundem Augustinum lib. de cor-
rept. & grat. vbi ait, Liberum ar-
bitrium est defendendum, non
contra gratiam, sed secundum
gratiam, id est, secundum analogiam fidei, sicut vulgo dicitur: Præ-
eunte gratia, comitante voluntate. Dixi antea de iudicio & iustitia
Dei. Ea de re repetatur memoria, sententia gratissima Pauli 2. Cor.
5. Omnes oportet stare coram tribunali Iesu Christi, vt accipiat v-
nusquisque quod operatus est in corpore. Hæc sententia non qua-
drat ad Stoicam necessitatem & Manichæos furores, qui singunt, ho-
minem rapi violento motu siue ad bonas siue malas actiones, & ha-
beret se sicut saxum & truncum. Diserte dicit Paulus, vnumquemq;
nostrum accepturum pœnas pro delictis & flagitiis, quibus se, spe-
rans impunitatem, horribiliter contaminauit.

Et paulò post in eadem epi-
stola: Credite diuinis eloquiis,
quod & liberum sit hominis ar-
bitrium, & gratia Dei, sine cuius

non dicit humanis rationi-
bus & philosophiæ.

adiutorio liberum arbitrium nec conuerti potest ad Deum, nec proficeret in Deo, & quod piè creditis, vt etiam sapienter intelligatis orate. Ad hoc ipsum enim vt sapienter intelligatis, est vtique li-
berum arbitrium. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atque
saperemus, non nobis præcipiteretur, dicente Scriptura, psalm. 94.
Intelli-

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Hoc enim præcepto obedientiam nostram requirit, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio diuinæ gratiæ fieri per liberum arbitrium, ut intelligeremus atque saperemus, non diceretur Deo, Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.

Dominus Philippus passim hoc inculcat, Si homo non esset etiam post lapsum natura intelligentis, & aliquo modo libera, non posset se Deus ei communicare, sicut se non communicat lapidibus & asinis. Iohannis 1. dicitur: In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, id est, naturarum intelligentium, hoc est, quæ sunt capaces doctrinæ, seu quæ habent aptitudinem, ut possint percipere doctrinam & consolationem.

Augustinus cum dicit: Ut sapienter intelligatis: alludit ad locum Pauli Colos. 3. Verbum Dei habitet abundè inter vos cum omni sapientia. Cui rei opponitur sapientia? Partim ignauia, partim sophisticæ. Quorundam tanta est ignauia, ut in anno vix legant psalmum unum aut alterum, aut caput in Bibliis, tales ignauii nunquam euadent in sapientes. Loquor autem de sapientia spirituali. Deinde sunt alij, qui legunt Scripturam, sed ut Sophistæ & Sycophantæ, qui afferunt ad lectionem suas phantasias & antecepitas opiniones, quibus fascinati non possunt cernere verum. Verbum calumniosè intellectum, non est verbum Dei. Sed unde Paulus sumpsit hoc dictum? Ex psalmo 47. Psallite Domino sapienter, id est, non sine intellectu & non sine affectu, & non cum contradictione. De Papistis inquit Dominus Lutherus, quod orent sine intellectu, quia si intelligerent, non odissent doctrinam: deinde sine affectu, id est, sine timore & fide, semper retinent dubitationem, an Deus exaudiat: tertio orant cum contradictione, quia dum orant: Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum Dei &c. contra se ipsos orant, petunt enim suos cultus aboleri, & regnum Papæ diminui.

Idem in epistola 47. Fides sanæ catholica, neque liberum arbitrium negat, siue in vitam malam, siue in bonam, neque tantum ei tribuit, ut sine gratia Dei valeat aliquid, siue ut ex malo conuerterat in bonum, siue ut in bono perseveranter proficiat, siue ut ad bonum sempiternum perueniat, ubi iam non timeat, ne deficiat.

Et tractatu in Iohannem 53. Nemo audeat liberum arbitrium
TT 3

sic defendere, vt nobis orationem, qua dicimus, Ne nos inducas in temptationem, conetur auferre: rursus nemo neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Sed audiamus Domum & præcipientem & opitulantem, & iubentem quid facere debeamus, & adiuuantem, vt explere possumus &c.

Omnibus piis sint hæc duo dicta notissima, quorum alterum docet, Legem diuinam esse totam copulatiuam, alterum affirmat, fidem esse totam copulatiuam. Hæc dicta non frustra celebantur in scholis, sed hanc admonitionem proponunt, ne arripiamus in lectione sacrarum literarum vnam aliquam particulam, velut laciniam, & eam postea detorqueamus ad nostras imaginationes. Tota Scriptura cognoscenda est, ne tanquam catelli laceremus panniculos, non tantum audiamus, vt cum Augustino loquar, Deum promittentem auxilium, sed etiam audiamus præcipientem, nec tantum præcipientem, sed etiam adiuuantem, hoc est, cōiungamus Scripturæ dicta, quorum alia commonefaciunt de diligentia nostra & de precatione nostra, quale est illud: Vigilate & orate. Alia concionantur de auxilio diuino. Talis copulatio est analoga fidei, & congruit ad dicta aliquoties repetita & inculcata. Lex est tota copulativa, & fides est tota copulativa. vulgo dicitur: Verte folium, & vide quæ sequuntur.

Nam & quosdam nimia voluntatis suæ fiducia extulit in superbiam, & quosdam nimia voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt: vt quid rogamus Deum, ne vincamur temptatione, quod in nostra est potestate? Isti dicunt: vt quid conamur bene viuere, quod in Dei est potestate? O Domine, ne nos inducas in qualibet istarum temptationum, sed libera nos à malo.

& neglectionem omnium bonarum actionum, & vere est αληγόρεια,

Duo sunt extrema, quæ debemus fugere, ac reformidare tanquam scopolos in mari: vnum, fiducia impia & Pharisaica nostræ sapientia, iustitia, sanctitatis & nostrarum viarum. Alterum extremum est negligentia, ignauia, desperatio. Vtrumque est homini perniciosum, alterum enim gignit superbiam, quæ Deo inuia est & hominibus, alterum patrit Epicureum cōtemptum Dei,

πρὸς, id est, iners & ignava oratio, cui si obtemperemus, nihil omnino in vita agemus.

Audiamus Dominum dicētem : Rogauit pro te, Petre, ne deficiat fides tua. Nec sic existimemus, fidem nostram esse in libero arbitrio, vt diuino non egeat adiutorio. Audiamus & Euangelistam dicentem : Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quodd credimus. veruntamen in utroque illius beneficia agnoscamus. Nam & agendæ sunt gratiaz, quia data est potestas, & orandum ne succumbat infirmitas.

in Deo. De Ecclesia inquit: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri, his qui crediderunt in nomen eius. Quid significant hęc verba, aut qua de relectorem commonefaciūt? Testantur expressè fidem esse donum Dei. Et tamē in nobis requiriunt obedientiam voluntatis, quæ comitatur, non antecedit

tractionem & ductum Spiritus sancti, quia disertè dic-

cit: Quotquot receperunt, non dicit de Spi-
ritu sancto, Spiritus sanctus recipit

Christum, sed de nobis, vi-

delicet de homi-
nibus.



Verissimum est, fidem esse do-
num Dei , sicut testatur dictum
Christi ad Petrum: Rogauit pro
te, Petre, ne deficiat fides tua. I-
tem Christus dicit ad Petru, post
editam præclaram confessionem
de persona & officio Messiae Mat.
16. Beatus es Bar Iona, quia caro
& sanguis non patefecit tibi, sed
Pater meus , qui in cælis est. Hęc
nec possunt, nec debent negari.
Si negaremus hanc hypothesin,
essēmus contumeliosi aduersus
Deum. Sed audi Euangelistam
Iohannem. i. In propria venit, &
sueum non receperunt. Hęc di-
cit de incredulis, vt significet cau-
sam reiectionis esse in ipsis, non

Explicatio methodica libe- ri arbitrij.

C A P. II.



A P V T primum fuit παρασκεψη seu præpara-
tio ad sequentia. Quemadmodum enim sine re-
motione purulentæ materiae vulnera non po-
sunt rectè curari: ita doctrina de libero arbitrio
non potest dextrè percipi sine admonitione val-
de necessaria de vitandis diuabus hyperbolis con-
trariis, quarum una est Pelagianorum, altera Ma-
nichæorum. Quarum illi hyperbolice amplificant, attollunt & ex-
aggerant vires humanas cum contumelia Christi & Spiritus sancti:
hi verò omnino hominem ex homine tollunt, & transformant na-
turam humanam in aliam speciem, & alia portenta excogitant, de
quibus nuper dictum est. Nuncigitur ad rem ipsam accedimus, vi-
delicet ad methodicam explicationem veræ doctrinæ. Sunt autem
quæstiones methodicæ quatuor apud Aristotelem in 2. lib. posterio-
rum resolutionum. An sit, quid sit, quale sit, & quare sit. Hæ quæ-
stiones vulgo vocantur ὅπερι μονιμαι quæstiones, quibus continen-
tur omnia, quæ sub scientiam cadunt. Quæcunque enim cognosci
possunt, explicantur per has quatuor quæstiones. Prima quæstio est,
An sit res in rerum natura, ut an sit chimæra, centaurus. Altera quæ-
stio de definitione, quid sit. Tertia de attributo seu de prædicato,
qualis sit. Quartainterrogat de causis. Eadem methodo nos quoq;
vtemur in explicatione huius capituli.

De libero arbitrio quinque sunt, quæ querantur: vnum, an sit:
alterum, quid sit: tertium, quale sit: quartum, quare sit in natura
rationali: quintum, quid à peccato originis differat.

De prima quæstione respondet Augustinus in libro de gratia, &
libero arbitrio cap. 2. inquiens:

Reuelauit nobis Deus per Scri-
pturas suas sanctas, esse in ho-
mene liberum voluntatis arbi-
trium.

Dissimilia sunt scripta Augu-
stini de hac materia. Nam in aliis,
vt iuuenis nondum confirmatus
iudicio, quædam inconsideratè
effudit,

effudit, quæ postea confirmato iudicio retractauit. Sed cùm iam sex esset, & versaretur in certaminibus cum Pelagiana secta, edidit hos libros, quos & suprà citauimus, & posthac citabimus, quoties se offeret occasio, & postulabit necessitas. Quare nemo existimet, me adeo imprudentem esse, vt velim auditori fucum facere allegatione iuuenilium dictorum Augustini, quæ ipse postea correxit. Sed si quid in hac materia à me citatur, continetur in illis libris, quos sex iam, adeptus maturitatem iudicij, edidit.

Primùm, quia ipsa diuina præcepta homini non prodeſſent, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium, quo ea faciēs ad promissa præmia perueniret.

Intelligatur hoc iuxta ḡnē-
καὶ Euangeli, non secundum
rigorem Legis, quemadmodum

& Christus loquitur: Si vis vitam ingredi, serua mandata.

Deinde multa mandata ipsam quodammodo nominatim cōueniunt voluntatem vt Matth.

16. Qui me vult ſequi, abneget ſe ipsum, & ſequatur me. Item psal. 32. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

Sunt duæ argutæ rationes, quibus Augustinus cōfirmat eſe liberum arbitrium. Prima ratio ſumitur à Lege Dei. Altera à pondere vocabuli. Priorem ſic explicat Macarius homil. 27. Ei,

qui mutari poteſt in utrāque partem, liberumq; arbitrium habenti lex data eſt, vt bellum gerat aduersus contrariam poteſtatem. Fixæ enim & immutabili naturæ lex non imponitur. Nemo imponit legem huic columnæ vt geſtet ædificium, nemo fert legem parietibus, quia ligna & lapides agunt naturaliter, & ſunt naturæ fixæ & immutabiles: ſed hominibus lex imponitur, quia natura hominis eſt mutabilis, poteſt in utrāque partem fleſti, ſive in bonam ſive in malā. Secunda ratio ſumitur à pondere verbi. Multa præcepta diuina nominaſim & diſertè compellant voluntatem humanam. Matth. 16. Qui vult me ſequi, tollat crucem ſuam &c. de lapide vel bruto non dicitur: Si vis me ſequi &c. Deus non cogit te vt ſequaris Christum, ſed in uitat, trahit, ducit, ita vt voluntas comitetur trahentem & ducentem, iuxta dictum, quod nullis cauillationibus euerti poteſt: Præeunte gratia, comitante voluntate.

Et Bernhardus de gratia & de libero arbitrio eruditè dixit:

Tolle liberum arbitrium, non erit quod saluetur: tolle gratiam, non erit vnde saluetur. Sicut enim Deus autem est salutis [id est, dat salutem] sic liberum arbitriū tātū capax est: nec dare illam, nisi Deus, nec capere valet, nisi liberum arbitrium.

Est & illa Prosperi vox vera, & piis non ignota: Liberum arbitrium naturaliter homini inditum manet in natura, sed qualitate mutatur per mediatorem Dei & hominum Christum Iesum.

Adde huc Cyrilli præclaram sententiam, quæ extat libro 4. in Iohannem cap. 7. Non possumus secundum Ecclesiæ veritatisque dogmata, liberam potestatem hominis, quod liberum arbitrium appellamus, yllo modo negare.

Audiuitis testes quatuor fide dignissimos, Augustinum, Bernhardum, Prosperum & Cyrillum. Sed dicat aliquis: Nusquam inuenio vocabulum liberi arbitrij in Scriptura. Ergo est inane commentum. Quæso, vbi extat vocabulum peccati originalis aut personæ? Nusquam. Quare igitur Scriptores vtuntur his vocabulis? Docēdi causa, & vt possimus aduersarios conuincere. Omnibus artibus quædam vocabula sunt concessa docendi causa, & ad conuincendos aduersarios. Cicero: Rebus intellectis simus in verborum vsu faciles. Non moueamus lites de vocabulis: λογομαχίαι sunt coruorum contentiones.

V sitatum est autem liberum arbitrium nominare (nam id secundo loco queritur) voluntatem cum intellectu coniunctam, diligentem videlicet aliquid liberè præcedente cognitione. Dicitur autē liberū, vt ait Augustinus, de prædestinatione sanctorum, quia non est necessarium, nam his quibus inest ratio, insita est nolendi volendique libertas.

Seneca inquit, rumores vacuos, verbaq; inania. Simus contenti hac defini-

Gratia saluamur non nostris operibus neq; viribus. sed quid saluat gratia? hominem, non truncum, yella pidem.

Prosper contra collatorem, pag. 159.

Scio olim in scholis magna certamina fuisse de definitione liberi arbitrij. Neque est necesse, prolixè repetere nugas canoras & versus rerum inopes, vel, vt

definitione tradita à D. Philippo, qui in Locis & aliis scriptis sic definit liberum arbitrium, ut dicat, hac appellatione comprehendere & copulari intellectum & voluntatem. Sed nimium, inquires, videtur tribui libero arbitrio, cum dicitur, illud eligere posse liberè? Respondeo. Infrà in tertia quæstione dicetur, quale sit liberum arbitrium, seu quomodo liberè eligat, idq vel ante lapsum, vel post lapsum. Deinde respondeo: Définitiones traduntur non de individuis, sed de speciebus. Atque hæc quidem dicta sint de duabus prioribus quæstionibus pertinentibus ad explicationem methodicam eius Loci in quo versamur, primum dictum est de quæstione, An sit liberum arbitrium. Hanc quæstionem necesse est explicari ad refutandas hyperbolas, quæ affirmant mendacium esse liberum arbitrium, non esse vel in Deo, vel in angelis, vel in hominibus eam rem, quæ significatur appellatione liberi arbitrij. Nos fugientes has hyperbolas, quæ longè distant à re ipsa atque veritate, sentiamus cum Augustino, Prospéro, Cyrillo & Bernhardo, ut de ceteris nihil dicam breuitatis causa, qui omnes vno ore & magno consensu pronuntiant, esse in homine etiam post lapsum hoc, quod nominatur liberum arbitrium. Deinde, ne quis arbitretur, nos ludere appellatione ignota aut ambigua, sicut pueri ludunt talis seu astragalis: repetiuimus definitionem traditam à præceptoribus nostris, in qua acquiescimus, Liberum arbitrium significat voluntatem coniunctam cum intellectu. Sequitur nūnc tertia quæstio, quale sit liberum arbitrium, vbi necesse est considerare temporum discrimina, ne quis imaginetur, nos eam libertatem assignare voluntati humanæ, quam habuit Adam antequam erat lapsus, & quam sumus habituri in vita æterna, quando Deus erit omnia in omnibus electis & beatis.

Proximum est ut doceam, quale fuerit liberum arbitrium ante lapsum, & quale nunc sit, & cuiusmodi futurum sit in ea vita, quæ sola est vita nominanda.

Delibero arbitrio ante lapsum inquit Augustinus in libro de correptione & gratia cap. ii. Primus homo hanc gratiam habuit, in qua si permanere vellet, nūquam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset: sed eam tamen per liberum arbitrium desérere posset. Nec ipsum ergo Deus esse voluit, si ne sua gratia, quem reliquit in eius libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem nihil est, nisi

adiuuetur ab omnipotenti bono, quod adiutorium si homo ille [Adam ante lapsum] per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus, sed deseruit, & defertus est. Tale quippe erat adiutorium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret, si vellet. Hæc est gratia quæ data est primo Adam. Præclarè ergo Ambrosius lib. i. de vocat. gentium, cap. 3. Nemo, inquit, fidat suis viribus, quæ cum erant integræ, non steterunt: sed per illum querat victoriam, qui solum non est victus, & in omnibus vicit, & si querit [scilicet victoriam] non dubitet querendi affectum ab illo se accepisse, quem querit. Et Bernhardus in prima concione de annuntiatione: Si stare non potuit humana natura adhuc integra, quanto minus poterit per se ipsam [scilicet propriis viribus] resurgere iam corrupta.

Hæc dicta sunt de primo statu liberi arbitrij, quæ nihil habent obscuritatis, nihil perplexitatis, nihil Sophisticæ, ideo non volo addre relungiorem declarationem: si quis in iudicado adhibuerit candorem, facile animaduertet, nihil dicat à me contra analogiam fidei, nihil alienum à perpetuo consensu Catholicæ Ecclesiæ Christi. Ac ne quis putet me iam pœnitentia adductum alias voces sonare, quam quales sonui in concursu meorum calamitatum: is sciat, me hanc ipsam conclusionem his ipsis verbis recitasse in finie disputationis Vinariensis. Et valde optarim, istos meos amicos (si diis placet) maiore candore & ingenuitate vobis esse in editione pagellarum, quæ continent dicta ab utraque parte. Nam hæc tota conclusio omisla est, vt ostendit lectio postremæ sessionis, vt vocat splendido titulo. Hæc fuerunt mea verba & non alia, vt omnes testari possint, qui ea audiuerunt: *Liberum arbitrium manens in homine, non à se ipso, sed à creatore in melius mutatur, nec mutatur substantia, sed qualitate, quia lux & motus spirituales accenduntur in substantia prius à Deo condita, habente modū agendi, quo differt natura rationalis à bruta.* Hæc verba omiserunt illi, qui cōsue-
runt lacinias & centones ex disputatione Vinariensi, de qua erit aliquando occasio, Deo adiuuāte, publicè usurpādi querelam plenam iusti

Prosper. Non prius deserit nos Deus, quam à nobis deseratur. Est dictum plenum consolacionis in vita & morte.

1. Corinth. 10. Qui stat, videat ne cadat.

iusti doloris. Sed sicut cetera sunt mecum acta: ita & haec pars tragœdia bona fide & magno candore scilicet acta est. Necesse est autem me viti hac excusatione ad defendendam famam meam, immo potius ad defendendam doctrinæ veritatem, de qua semper fui magis sollicitus, & adhuc sum, quam de mea persona.

Quale autem num sit liberum arbitrium, docet Augustinus in lib. de corrept. & gratia cap. i. Libe-

rum arbitrium & ad malum, & ad bonum faciendum, confite-
dum est, nos habere: sed in ma-
lo faciendo quisque est liberiu-

strix, seruusque peccati: In bono si fuerit liberatus ab eo, qui di-

xit: Si vos Filius liberauerit, ve-
re eritis liberi. Habent igitur no-
renati arbitrium quidem libe-

rum, sed non liberatum, li-
berum iustitiae, id est, impe-

ditum seruitu-
peccati autem te peccati, & ty-

seruum. Hæc rannide Dia-
boli.

fides sine du-

bio vera & Pro-

phetica & Apostolica est.

Libenter vtor verbis veteris Ecclesiæ, ne quis fingat, me no-
num dogma in Ecclesiam im-
portare.

Liberus autem liber esse nullus potest, ni-

Rom. 6.

Iohan. 8.

Quid interest inter liberum & liberatum? Respondeo. Libe-
rum opponitur coactioni. Hoc respectu rectè dicitur in nobis esse liberum arbitrium, etiam post lapsum, quia Diabolus etsi est hostis & tyrannus, gravans in genere humano horribiliter: ta-
men non potest voluntatem co-
gere, sed tantum habet vim per-
suadendi, sicut infrà dicemus, in refutatione argumentorum con-

trariorum. Et sic veteres uno consensu dixerunt, Diabolum non ha-
bere vim cogendi, sed persuadendi, quo dicto significarunt, homi-
nem liberum esse à coactione. Opponitur igitur vocabulum liberum,
coactioni. Liberatum esse opponitur seruituti peccati, mortis & ty-
rannidis Diaboli. Homo habet quidem liberum arbitrium, sed non
dum habet liberatum, scilicet à peccato & morte, & tyrannide Dia-
boli, nisi à Deo liberetur, & transferatur in regnum Dei & vitam æ-
ternam, eruptus ex potestate tenebrarum, ut loquitur Paulus Coloff. i.
Hoc igitur est quod Augustinus inquit: Habent non renati arbi-
trium quidem liberum, scilicet à necessitate coactionis sed non li-
beratum, scilicet à seruitute peccati, mortis & tyrannide Diaboli.
Hæc non pugnant inter se, quia dicuntur diuerso respectu, ut si di-
cas: Populus Iudaicus abductus in Babylonem fuit liber, sed non li-

beratus. Liber, quia fuit populus Dei, sed non fuit liberatus ante annum 70. exilij. Erat tum adhuc oppressus tristi seruitute & tyrannie Babylonica. Cuius exempla recitantur cap. 3. & 6. Danielis. Nam & Daniel ipse est coniectus in foueam leonum; & tres viri coniecti sunt in fornacem carentem: postea vero regnante Cyro, cum esset Iudeis concessus reditus in patriam, non tantum fuerunt liberi, sed etiam liberati à seruitute Babylonica. Non vtor hoc exemplo, quod plane congruat ad id de quo nunc dicimus: sed tantum ut ostendam vni rei & petribui respectus diuersos.

Et libro 14. de ciuitate Dei cap. 11. Arbitrium voluntatis tunc est verè liberum, cum vitiis & peccatis non seruit: tale datum est à Deo, quod amissum proprio vitio nisi à quo dari potuit, reddi non potest. Detrahitur autem malum non aliqua natura quæ accesserat, vel vlla eius parte sublata, sed ea quæ vitiata ac depravata fuerat sanata atque correcta.

Credo aliquos præsertim iuniores tacitos apud se se querere, quæ fuerint capita controværia inter me & Flacium. Non fuit inter nos disceptatio de efficacia, qua conuertimur ad Deum, & quare generamus & renouamur. Nam vtraque pars sine controværia dextrè intelligendo vtriusque partis dicta, fatetur efficaciam non esse nostrā, nec nostrarum virium, sed esse Dei donum. Ideo ego dixi in mea conclusione: Liberum arbitrium manens in homine non mutatur à se ipso, propriis viribus, aut propria efficacia in melius, sed à conditore. Duo autem fuerunt *κειρόμενα*, de quibus inter nos disceptatum fuit. Primum vtrum in regeneratione seu conuersione hominis ad Deum tantum mutentur qualitates sine creatione nouæ substantiæ, an vero cum qualitatibus creetur noua substantia. Ego dixi, quod dicit hoc loco Augustinus, & dicit Prosper & Tertullianus & omnes alij, quos suprà citauimus in loco de Spiritu sancto, non mutari substantiam priùs à Deo conditam, sed mutari qualitates in mente, voluntate & corde, & reliquis viribus. Aduersarius vero contrarialem assueritionem defendit. Hæc non sunt tantum λεπτολογίæ seu disputationes Dialetticæ de discrimine substantiæ & accidentis, sed

sed maximarum rerum controuersiam continent. Alterum *κενόμηνον* hoc fuit, de modo agendi, vel, ut alij loquuntur, de capacitate, vel ut alij, de aptitudine. Ego retinui formam loquendi, quam accepi à Domino præceptore Philippo, alium esse agendi modum in homine, alium in elementis & mixtis, quæ agunt naturaliter. Si cui non placet hæc appellatio, vtatur vocabulis capacitatis vel aptitudinis, quibus Brentius & tota Ecclesia Virtebergensis vsa est, quam nemo propterea condemnauit. Siqui habent tantum otij, elegant confessionem & apologiam Ecclesiarum Virtebergensium, vbi allegatur dictum Bernhardi, quod nos quoque suprà citauimus: Tolle gratiam, & non erit qui saluet, tolle liberum arbitrium, & non erit quod saluetur. Sicut enim Deus autor est salutis, sic liberum arbitrium tantum capax est, nec dare illam nisi Deus, nec capere valet, nisi liberum arbitrium. Hoc igitur alterum fuit *κενόμηνον*, de quo dixi in mea conclusione: Mutatur non substantia sed qualitas, quia lux & motus spirituales accenduntur in substantia priùs à Deo condita, habéte modum agendi, quo differt natura rationalis à bruta. Idem est quod dicitur in scholis visitatè: Præeunte gratia, comitante voluntate. Fateor trahi hominem, moueri, duci à Deo, sed tandem dico, aliter trahi ab equis currum vel saxum, vel trabem, & aliter trahi hominis voluntatem à Deo.

Quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit seruire peccato? Vt enim prima libertas voluntatis erat posse nō peccare: ita nouissima erit multò maior non posse peccare: teste Augustino in libro de corrept. & gratia cap. ii. Interea dum in hac vita peregrinamur, quæ nihil aliud est, nisi perpetua militia & tentatio, etiam post conversionem manet in sanctis mutantibus voluntatis, qua à bono potest declinare, ut faciat malum, quod sit libero arbitrio, & à malo ut faciat bonum, quod non sit sine diuino adiutorio,

Estne aliquid momenti situm in positu particulæ negatiæ Nō? Respondeo. Negatio Non, præposita mutat quâtitatem & qualitatem, iuxta regulam: Negatio quidquid post se inuenit, hoc tollit, id est, efficit æquipollentiā inter duas contradictiones, quæ differunt non modò quantitate, sed etiam qualitate. Postposita negatio mutat solum qualitatē, id est, efficit inter cōtraria & subcontraria æquipollentiā, ut: Posibile est, Socratem non currere, id est, contingens est, Socratem

vt ait Augustinus, in 15. deciui-
tate Dei, cap. 21. non currere. Sed cùm dico: Non
possibile est, currere Socratem,
id est, impossibile est, Socratem
currere. Si hoc loco, Primus homo potuit non peccare, Hęc est pro-
positio cōtingens, Sed ultimus homo non poterit peccare, Hac pro-
positione significatur impossibilitas &c.

In libro Iob, cap. 7. Militia est vita hominis super terram.
Et Prosper:

Nunquam bella bonis nunquam discrimina desunt,
Et cum quo certet mens pia semper habet.

2. Corinth. 6. Intus paiores, foris pugnæ. Aut est nobis pugnan-
dum cum hostibus, aut cum falsis fratribus. Paulus de nulla re mag-
nis conqueritur, quād de falorum fratrum iniuriis. Hostes manife-
sti possunt vitari, quia præ se ferunt animum hostilem, sed hypocri-
tae non vitari possunt, quia benevolentiam simulant foris, intus o-
dium occultant.

Hanc sententiam confirmat dictum Ambrosij lib. 2. de vocatio-
ne gentium cap. 9. Deus ad obediendum sibi, ipsum velle sic do-
nat, vt etiam à perseueraturis illam mutabilitatem, quæ potest nol-
le, non auferat, alioquin nemo vnquam fidelium recessisset à fide.
Sic igitur Dei gratia cogitetur, vt ab initio bonæ mutationis suæ
vsque in finem cosummationis, qui gloriatur, in Domino glorie-
tur. Nec deviribus nostris spe-
retur facienda victoria, vel viri-
bus nostris facta tribuatur, sed
eius gratia, de quo dicit Aposto-
lus: Gratia sit Deo, qui dat nobis
victoriam per Dominum Chri-

i. Cor. 15.

Rom. 8.

stum: Item, Vincimus per eum,
qui dilexit nos. Sicut enim nemo potest bonum inchoare sine
Domino: sic nemo perficere potest sine Domino &c.

Restant duæ quæstiones in methodica explicatione, quarta vide-
licet & quinta. Quarta quæstio quærit de causis, propter quas & à
principio homini inditum est liberum arbitrium, seu libertas vo-
luntatis, & post lapsum mansit facultas imperādi externis membris,
seu regendilocomotiuam: de his causis breuiter differemus. Quinta
& po

Philipus in libello de anima,
in fine dicit idem: Scimus nos nō
vincere nostris viribus, sed per
Dominum nostrum Iesum Chri-
stum.

& postrema quæstio proponitur de discrimine inter peccatum originis & liberum arbitrium. Multi enim putant nihil interesse inter hos titulos, de peccato originis, & de libertate voluntatis. Differunt autem, ut mox dicetur, ut substantia & accidens, vel tunc res positiva & priuatiua &c.

Quare autem liberum arbitrium à principio homini datum sit, perquām diligenter videndum est, id quod in quarto loco quærendum proposueramus. De hac quæstione respondet Tertullianus in libro de Trinitate: [*in exordio*] Quæ cùm omnia in seruitatem illi [hominis] dedisset, solum liberum esse voluit, & ne in periculum caderet prorsum soluta libertas, mandatum [*de arbore scientia boni & mali*] posuit, quo tamen non inesse malum in fructu arboris diceretur, sed futurum, si forte ex voluntate hominis de contemptu datæ Legis præmoneretur. Nam & liber [homo] esse debuerat, ne incongruenter imago Dei seruiret, & lex addenda, ne usque ad contemptum dantis libertas effrenata proruiperet, ut & præmia condigna & merita pœnarum consequenter exciperet, suum iam habens illud, quod motumentis in alterutram partem agitare voluisse. Ex quo mortalitatis inuidia [culpa] utique in ipsum [hominem] rediit, qui cùm illam de obedientia [per obedienciam] euadere posset, in eandem incurrit, dum ex consilio peruerso Deus esse festinat. Haec tunc Tertullianus.

psum. Deinde sic argumentor ex Paulo:

Lex iusto non est posita:

Primi parentes fuerunt iusti:

Ergo frustra eis lex posita est.

Respondeo ad Maiores. Lex non est posita iusto, scilicet quod ad maledictionem attinet, sed posita est iusto, quod ad obedientiam attinet, ut sit rectrix obedientiae Deo placentis. Sed dic mihi speciales causas, propter quas Deus primis parentibus nominatum tradidit mandatum de ligno scientia boni & mali? Duæ sunt causæ, propter quas hæc lex primis parentibus posita est, prima, ut esset aliquod obiectum externum circa quod exercecerent primi parentes obedientiam erga Deum. Oportet enim habere liberum arbitrium aliquod obiectum, circa quod versetur, & in quo se se exerceat, cum non sit conditum ad ignavum otium. Altera, ut hoc mandatum præberet occasionem primis parentibus colloquendi de Deo. Sed de his plura suo loco.

Porro in hac depravata natura manet hæc pars libertatis, quod voluntas potest imperare locomotivæ, ut externa membra vel moueat, vel coherceat, ut Achilles [*Iliad. a.*] quanquam iratus potest imperare manibus, ne stringant gladium, & pedibus, ut ab Agamemnonे discedant. Hanc partem libertatis voluit Deus in homine reliquam esse. Primum, ut intelligatur discrimen inter agens liberum & non liberum. Deinde, ut sciamus, ipsum Deum esse agens liberrimum. Tertiò, ut nos regamur disciplina. Quartò, ut consideremus magnitudinem depravationis in nobis, cum intelligimus, libertatem esse multilâ [*imperfectum*] & cor non obediere Legi Dei, & externam disciplinæ gubernationem difficilem esse.

Hæc facilè intelliguntur ab iis, qui versati sunt in doctrina Ethica.

Postremus restat locus, de discrimine liberi arbitrij & peccati, qui non longam orationem desiderat. Est enim liberum arbitriū substantia, videlicet voluntas coniuncta cum ratione. Peccatum verò est accidens, id est, depravatio mentis, voluntatis & cordis.

Quando audis nomen liberi arbitrij, cogita de substantia, vel de subiecto aliquo, quod ante lapsum fuit ornatum illis donis, quæ

quæ significatur vocabulis imaginis Dei vel iustitiae originalis. Quid fuit imago Dei vel iustitia originalis in mente seu intellectu? Fuit illustris & firma agnitus Dei, expers tenebrarum & dubitationum: Deinde fuit in voluntate conuersio ad Deum, id est, verus timor Dei, vera fiducia acquiescens in Deo, ardens dilectio Dei & proximi, denique copulatio omnium virtutum iuxta Decalogum. In corde fuit suauissima harmonia & concentus omnium affectuum & motuum congruentium cum Lege Dei. Nam in veris motibus & virtutibus cor est copulatum cum voluntate. Nunc quid est in intellectu, voluntate & corde? Respondeo. peccatum. Nam in mente sunt tenebrae & dubitationes, caligo de Deo, de prouidentia, de promissionibus & comminationibus diuinis, & de aliis maximis rebus. In voluntate est auersio à Deo, id est, carentia timoris Dei, fidei, dilectionis, ut Paulus dicit: Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum. In corde est *ἀταξία*, confusio omnium appetitionum, amoris, iræ, luxuriae & reliquorum affectuum. Vides igitur quid interficit inter liberum arbitrium & peccatum, hoc videlicet, quod interficit inter substantiam & accidentem. Ut autem imago Dei in Adam fuit res positiva, id est, donum Dei conditum à Deo, placens Deo: ita est regio ne peccatum est priuatio seu res priuatiua, vel nihil priuatiuum, id est, non simpliciter nihil, sed horribilis *ἀταξία*, destructio, depravatio mentis, voluntatis & cordis. Et ut uno verbo complectar, sicut differunt corpus humanum, & morbi saeuentes in membris & singulis partibus corporis: ita differunt liberum arbitrium & peccatum.

Hoc discrimen confirmat dictum Prosperi suprà citatum: Liberum arbitriū naturaliter inditum homini, manet in natura, sed qualitate mutata per mediatorem, qui ipsam voluntatem, ab eo, quod peruersè volebat, auerterit, & in id, quod ei bonum esse vellit, cōuertit, ut delectatione affecta, [voluntas] fide mihi data [fide purificantur corda] spe erecta, charitate accensa, liberalē susciperet seruitutem,

Prosper gubernauit Rhei-
sem Eccleiam in Italia, fuit
σύνθετος Augustino: patria Aquitanicus. Est autem Aquitania pars Galliae, quæ spectat ad Pyrenæos montes, versus Hispaniam, die Gasconier. Rhei-
um situm fuit è regione Messanæ, quæ est urbs Siciliæ. Nomen habet ab *finibus*, rumpo, quia olim Sicilia fuit continua Italizæ. Nunc ve- Acto. 15.
rò, ut scribunt Geographi, & ipsa experientia testatur, impetu maris mediterranei aulsa estab-

& seruilem amitteret libertatē. Italia, & interiectum est angustū fretum, quod vocatur Siculum mare, quod propter angustiam est valde periculosum nauigantibus. In illo angulo est situm Rhegium oppidum, cuius Episcopus fuit vir sanctus & doctus, bonus orator & poëta, Prosper.

Quare dicit Prosper, mutari liberum arbitrium, non substantia, sed qualitate? Ad Manichæos & alios refutandos, qui contendunt, magnam partem hominum conditam esse à malo Deo, ex mala natura, & tales non posse cōuerti ad Deum. Talibus portentis opinio-
num opponitur hæc clausula Prospcri: sed qualitate mutata, id est, in conuerfione non creatur noua substantia, nouum cor, noua volunta-
tas prioribus abiectis. Sed manente substantia prius à Deo condita,
mutantur qualitates, & pro tenebris creatur à Spiritu sancto noua
lux, pro contumacia obedientia, pro confusione εὐταξία.

Seruilem amitteret libertatē] Sic Crassus apud Ciceronem loquitur: Legum serui sumus, vt liberi esse possimus. Hæc figura dicitur ἀνηρταξολη̄ siue μετάθεσις: quando contraria transferuntur & contrariis rebus attribuuntur. Sumpit Prosper hanc formam loquendi ex Scriptura: In non renatis est libertas seruiliſ iuxta dictum Ioan: Qui facit peccatum, seruus est peccati, vnuſquisque est seruus illius cui obedit. Si igitur seruus vel obedis peccato, es eius seruus. Contrà, si obedis iustitiæ, es ser-
uus iustitiæ.

Liberalem susciperet]

Respicit ad dictū Pauli Rom.

6. Quondam eratis liberi iustitiæ, nunc autem facti estis serui iustitiæ. Ergo est seruitus liberalis, qualis describitur in dicto Crassi: Legum serui sumus, vt liberi esse possimus. Vt autem liberum arbitrium fiat liberatum, & seruiat liberalē seruitutē, scilicet iustitiæ, ad hanc rem opus est non humanis viribus, quæ sunt nimis languidæ, fractæ, spoliatae & fauciatae, sed o-
pus est maiore gratia, de qua dicit Paulus, qui eripuit nos à po-
testate tenebrarum, ac transfluit in regnum Filij &c.

Ad hunc usum institutum est totum ministerium.



Refuta-

Refutatio Pelagianorum.

C A P . I I I .

ER E M I A S Propheta cap. 4. inquit: Nolite semen spargere inter spinas. Quo dicto admonet nos Propheta de optima methodo seu ratione docendi, qua in Ecclesia vti possimus & debemus. Quemadmodum enim bonus agricola prius ex agro tollit spinas, ac postea sulcis debita committit semina: ita in Ecclesiæ doctrina explicanda, ipsa necessitas sæpe postulat, vt prius instituatur refutatio prauorum dogmatum, quām vera doctrina proponatur. Idem nobis hac in parte faciendum est, non enim possumus dicere de vera sententia, quam, Deo iuuante, explicabimus in capite quinto, & sexto eandem confirmabimus, nisi prius refutatis blasphemias Pelagianorum & Manichæorum.

Etsi blasphemias Pelagianorum delent veram doctrinam de peccato, Lege, gratia, & de beneficiis Dei, quæ per Filium & Spiritum sanctum nobis exhibentur: tamen cum infrà de peccato & de gratia vberius dicendum sit, nunc tantum duos errores Pelagianorum refutabo. Vnum de impletione Legis: alterum de motibus Deo placentibus. Finixerūt enim, homines naturalibus viribus sine Spiritu sancto Legi satisfacere posse, & sine Spiritu sancto fidem, dilectionem Dei, & alias virtutes Deo placentes in corde efficere.

Primùm igitur expressè damno hos ipsos errores, qui Euâgelium in philosophiam transformant, & contumeliosi sunt in Filium Dei, & in Spiritum sanctum.

Pelagius corrumpit doctrinâ Ecclesiæ. Primùm de peccato. Deinde de Legediuita. Tertiò, de gratia. Quartò, de libero arbitrio. Ac tota Pelagi doctrina ad hanc metam spectat, vt deleatur agnitus beneficiorum, quæ Deus generi humano, & Ecclesiæ impertit per & propter Filium, & per Spiritum sanctum. De peccato originis dicemus suo loco, in proximo titulo de peccato, vbi colligemus testimonia Prophetarum & Apostolorum, quæ confirmant hanc sententiam, quod

Deinde constáter amplectór dicta Prophetica & Apostolica, quæ concionantur de beneficiis Filij Dei & Spiritus sancti, & reuerenter Deo gratias ago pro his summis donis, pro donato Filio & Spiritu sancto. Omni asseueratione etiam affirmo, integrum obedientiam seu impletionem Legis nec incoari, nec perfici posse sine gratia, & sine dono per gratiam, vt Paulus Romanos 5. loquitur. Accertū est, hic gratiam intelligi oportere reconciliationem gratuitam propter Filiū promissam. Deinde donum, sanctificationem & restitutionem vitæ æternæ, quæ fit, Filio Dei per Euangelium consolante nos, & dante Spiritum sanctum, & postea glorificante Ecclesiam post resuscitationem ex mortuis. Huius asseuerationis firma & perspicua testimonia semper in conspectu sint, non tantum ad refutandos Pelagianos, sed multò magis ob hanc causam, vt cogitantes de nostra infirmitate, quæramus Mediatorem, qui pro nobis implet Legem, & petamus in nobis restitui cōformitatem cum Lege.

pertinent. Reliquos suo loco refutabimus, vbi peruentum fuerit addoctrinam de iustificatione. Quodigitur ad articulum de imple-

scilicet nobiscū nascatur illa æra & morbus, qui vīstatè vocatur peccatum originis. Cùm autem Pelagiani deleant doctrinā de peccato originis, nō est obscurum piis, quantum doctrinæ Pelagijs tribuēdum sit. Est enim sim pliciter falsa & blasphemæ. Deinde errat Pelagius de Lege, quia fingit Legē nihil postulare, quām externam disciplinam seu externa opera. Hinc est illud somniū de impletione Legis, quōd homo possit satisfacere Legi sine Spiritu sancto. Disciplinam quidem potest homo renatus vīcunque præstare, sed Legi satisfacere, Legem implere, hoc est, ardere dilectione Dei & proximi, non potest sine gratia & sine dono per gratiam, vt loquitur Paulus Roman. 5. De gratia docet Pelagius, quōd detur hominibus propter nostra merita, & intelligit vocabulum gratiæ non de Spiritu sancto, sed de promulgatione Legis. Quartò, sic exaggerat vires liberi arbitrij, vt obruat ac sepeliat actiones Filij & λόγων, & Spiritus sancti in nobis, ac dicat posse nos propriis viribus excitare motus Deo placentes sine Spiritu sancto. Ex hac confusione errorum Pelagianorum duostantum ad refutandum nunc elegimus, qui propriè ad nostrum institutum

tionē

tione Legis attinet, clare affirmamus sine obscuritate & sine ambiguitate, hominem sine gratia & sine dono per gratiam, nec incoare, nec perficere posse perfectam Legis obedientiam. Iam querat alius, Quid vocat Paulus gratiam? quid donum per gratiam? Nobis, qui verfamur in schola Dialectica, non est difficilis explicatio discriminis inter gratiam & donum per gratiam. Gratia est in praedictamento Relationis. Est enim gratuita acceptatio personæ credentis propter Mediatorem. Hæc acceptatio seu approbatio & receptio est relatio. Donum vero per gratiam, quod semper coiunctum est cum gratia, & non potest ab ea separari, est Qualitas, id est, noua lux, noua iustitia & vita, accensa in corde per Spiritum sanctum. Conuenit autem cum dicto Pauli dictum Baptista Ioannis 1. Lex per Mosen data, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Quid efficit Lex? Aut iram operatur, quando recte intelligitur: aut efficit hypocrisim per accidens, quando non recte intelligitur. Est enim duplex Moysis facies, velata & reuelata, recta & reiecta: si quis aspicit Moysis faciem reiectam, seu remoto velo, Lex efficit in eo pauores & consternationes, agnitionem peccati & iræ Dei, iuxta dictum Pauli Rom. 3. Per Legem agnitione peccati. Rom. 4. Lex iram operatur. Rom. 7. Per Legem peccatum fit excellenter peccatum. Si quis autem alteram faciem intuetur, videlicet rectam & velatam, id est, Si quis non recte intelligit Legem, sicut Pharisæi & omnes hypocritæ: is induit falsam persuasionem iustitiae & sanctitatis, à qua longissime abest. Hæc autem efficit Lex vel per se, vel per accidens, id est, vel recte intellecta, vel male intellecta. Iam consideremus antithesin. Per Christum hæc duo Ecclesiæ sunt exhibita, quorum alterum est gratia, alterum veritas. De gratia iam dictum est. Veritas autem non significat hypocrisim, quem Lex efficit per accidens, non recte intellecta, non significat fugacia & euanescentia bona, sed vera bona, & permanētia, & durabilia in omnianitatem, cuiusmodi sunt vera consolatio animorum in vita & morte, quæ est viætrix omnium pauorum & trepidationum. Est etiam noua lux, noua iustitia, noua sanctitas, noua vita & lætitia per Spiritum sanctum accensa. Prorsus idem significat veritas & donum per gratiam in cōcionē Pauli Rom. 5. Eadem quoque sententia est verborū Christi Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater diligit eum. Audis gratiam: sequitur, Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Hic audis veritatem & donum per gratiam. Primum diligimur ab æterno Patre

propter Filium, hoc est, recipimus in gratiam, absoluimur à peccatis, cooptamur in hæreditatem vitæ æternæ, deinde iacto hoc fundamento sequitur veritas, donum per gratiam, & vt Christus loquitur, mansio totius Trinitatis in nostris cordibus. Non frustrà tatum verborum facio de his tribus dictis Pauli, Baptistæ, & ipsius Christi, quia hæc collatio multum lucis afferit studiis pietatis, vt inde de multis magnis controversiis rectè iudicare possint.

Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Ad hanc Legem de dilectione Dei, natura hominis sine regeneratione nō magis cōgruit, quām lignum distortum ad ordinem ædificij. Etenim natura nostra non regenerata, aut secura cōtemnit iudicium Dei, aut plena est Academicarum dubitationum, aut perterrefacta fugit & odit Deum.

Tria sunt membra huius enumerationis. Natura nostra non regenerata, aut est Epicurea, secura, negligens & contemnens iudicium Dei: aut est Academicæ, plena dubitationū: aut est talis, vt perterfacta Lege Dei, & oppressa mole ærumnarum fugiat & oderit Deum. Hæc sunt terribilia epitheta naturæ nostræ: de quibus & Prophetæ Ieremias inquit: Prauum est cor hominis, & ærumnosum, & inscrutabile. In rebus secundis est tumidum, in rebus aduersis timidum. Sed sumamus exempla, partim ex poëmati, partim ex historiis, vt iuuentus hæc rectius intelligat. Nam Dialectica breuitas non satis mouet, nec penetrat in animos. Cyclops monstrosus ille, homo apud Euripiðem inquit: Ego nulla numina Deorum expuesco, sed vni Deorum maximo ventri meo omnes meas hostias consecro, Deos ceteros ignoro. Hęc vox Epicurea, Cyclopicæ, barbarica & Diabolica congruit cum dicto Psalmi 14. & 53. Dicit insipiens in corde suo, Non est Deus. In corde inquit, quia non omnes sunt tanta impudentia, vt more Cyclopico suas cogitationes enuntiant. Et tamen in corde ipsorum Deus est inane nomen, religio eis est inanis fabula. Sicut Itali solent dicere, quando in templo veniunt: Eamus ad communem errorem. Et Paulus III. dixit, Quantum nobis profuit fabula de Christo? De secundo membro sumamus exemplum ex Troiadibus Euripidis. Hecuba mater Hectoris & vxor Priami

Priami, capta Troia, exuta omni regia dignitate, incidit in acerbissimas calamitates, quibus cum cruciaretur, sic exclamat. *Ô Iuppiter difficilis cognitus, quidquid es, siue cælum, siue mens in cælo, Ego te inuoco, quanquam iamdiu inuoco ignauum opitulatorem, & tamen quia virtutum est in calamitatibus preces concipere & vota, ideo ego etiam tibi preces adhibeo.* Hæc est Academica precatio, dubitans de essentia & voluntate Dei. Tertij membra exemplum sumamus ex historiis Catonis Uticensis, qui necem sibi consciuit, & Pompeij. Cato cum audiuisset interfictum esse Pompeium in AEgypto, fugientem ex pugna Pharsalica, exclamat: *Deus bone, quanta est obscuritas rerum diuinarum!* Antea Deus adiuuit Pompeium in causis non valde bonis, nunc eum deserit in causa meliore, in defensione patriæ & libertatis. Hæc querela tribuit Deo iniustitiam a tyrannidem, onerantem miseram & imbecillam naturam supra vires & contra ordinem iustitiae. Pompeius verò fugiens ex acie, vietus iam à Cæsare, venit ad Cratippum philosophum in insulam Lesbum, in qua Mitylene vrbs fuit præcipua & clarissima. Nō enim voluit ingredi in vrbum, cum quidem à ciuibus amanter inuitaretur tanquam princeps populi Romani, sed mansit aliquantis per in horto Cratippi. Cum eo inter cetera disputauit de prouidentia, dixit, semirari, cur nunc deseratur in causa optima & iustissima, ut videbatur, cum antea saepe in deterioribus causis fuisset felix. Hæc exempla Cyclopis, Hecubæ, Catonis & Pompeij declarant propositionem: *Natura nostra non regenerata, aut secura contemnit iudicium Dei, aut perterrefacta fugit & odit Deum.*

Leuit.19. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Quam autem natura nostra sine Spiritu sancto huic Legi de dilectione proximi dissimilis sit, omnes sancti intelligunt, intuentes in tabellam à Paulo propositam 1. Corinth.13. Dilectio est patiens, id est, non iracunda, non cupida vindictæ, benefica, non est æmulatrix, non insidiatrix, seu fraudulenta, seu calumniatrix, non inflatur, non deformes gestus habet, non sua querit, non est irritabilis, seu non admittit delationes non exploratas, non cogitat malum, seu non est suspicax, non gaudet propter iniustitiam, sed legitur veritate, omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia perfert.

Quid interest inter ferre & perferre? Multum interest. Seneca dicit: Leue est ærumnas ferre, scilicet exiguo tempore, sed per-

ferre graue, id est, perseuerare in tolerantia, est res ardua. Nam diu-
turnitas multos frangit, multos emollit. Ideo psalmus exclamat: Do-
mine ad adiuuandum me, festina. Est peremptoria citatio. Sed aspi-
ciamus tabellam dilectionis. Primum, vt in hoc speculo cernamus
nostras labes & maculas, & cogitemus, nos longissime abesse ab offi-
ciis dilectionis, quæ in hac tabella recensentur. Si vnum aut alterum
vtcunque præstamus, tamē ceteranobis desunt, & illa ipsa, quæ præ-
stamus sunt valde languida, & multis sordibus contaminata. Deinde
non tantum deploremus nostras infirmitates, sed petamus à Deo, vt
det nobis Spiritum dilectionis. Sic enim à Paulo appellatur 2. Ti-
moth. 1. Non dedit nobis Spiritum timiditatis, sed Spiritum fortitudinis,
contra dubitationes & contra metum in periculis, & Spiritum
dilectionis, qui præstat hæc officia, quæ Paulus hoc loco requirit, &
Spiritum modestiæ. Expendamus igitur verba, quæ sunt digna con-
federatione.

Dilectio primum est patiēs] Patientia quid sit, diximus in
tractatu de virtutibus primi pre-
cepti. Alia patientia refertur ad Deum, alia ad homines. Nominatur
igitur patientia, siue obediamus Deo in ærumnis, quæ vult nos fer-
re, siue toleremus iniuriam aliorum hominum. Quām autem rara
sit hæc virtus, aut quām sit languida, omnes experimur. Credo ne-
minem esse, qui possit huic regulæ opponere exceptionem. Omnes
sumus impatientes. Leuiter offensi, Deus bone, quātas irarum flam-
mas concipimus!

Benefica] Beneficentia est virtus, quæ
non modò neminem ludit, ne-
minem iniuria afficit, sed semper aliquid promit, quod alii profit.
Etiam in hac parte valde sumus languidi.

Non est æmulatrix] Aemulatio est pugnare de an-
tecellentia, & quidem iniustis-
modis per calumnias & malas artes, sicut videmus homines non ha-
bentes conscientiam propriæ industrie, obtrectare alienæ laudi, de-
formare alios impudentissimis mendaciis & calumniis, & dum
somniant se velle crescere, se ipsos deformant. Si quis veram gloriam
appetit, eum necesse est obtemperare regulæ, quam tradit Paulus
Galat. 6. Probet unusquisque suum opus, non dicit, alienum. Et sic
habebit gloriam apud se, nō ex alio. Nemo singat, se posse veram glo-
riam parare, obtrectatione alienæ laudis, & extenuatione alienæ in-
dustriæ,

dustriæ, sed qui vult crescere, obsequatur huic præcepto Pauli: Rectè factis & rectè dictis comparet sibi laudem & gloriam, non male-dictis, non malefactis. Similis est regula de appetenda gloria ad Philipp. 3. Si qua virtus, si qua laus. Ibi Paulus coniungens virtutem & laudem, id est, appetitionem bonæ famæ, significat non inani ostentatione, non obtrectatione aliorum nos debere crescere, sed vera virtute. virtus est fundamentum veræ gloriæ.

Non insidiatrix]

Verbum Græcum περιπετεῖα significat practicas, malas artes, insidias, machinationes, quæ omnia agunt ex occulto & insidiis.

Non inflatur]

Non est superba, non est φλεγμονή, non sibi blanditur, non sibi placet, nō se magnificat propter dotes quas habet, sed potius aliis feruit pro modo vocationis.

Non deformes gestus habet]

Hæc est descriptio modestiæ, quæ est ordo conueniens personis in omni sermone, gestu & actione. Huius virtutis pars est gratitatem, σεμνότης, quæ tatum facit necessaria, omittit non necessaria.

Non sua querit]

Id est, non est πλεονεκτηὴ, non est mercatrix propriarum utilitatum.

Non est irritabilis]

Id est, non admittit delationes, fabellas, rumusculos nō exploratos. Hac in parte s̄pē omnes peccamus. Nimis sumus creduli, nimis habemus patulas aures, satius erat interdum pessulo opposito arcerē fabellas.

Non cogitat malum]

Id est, non est suspicax.

Non gaudet propter iniustiam]

Id est, non est in dilectione δικαιοσύνη, quæ est latari propter calamitatem hominum iutorum & innocentium. Propriana Diaboli est latari miseriis Ecclesiæ. Sic igitur Paulus inquit: Dilectio non gaudet propter iniustiam, id est, est sine δικαιοσύνη, sed latatur veritate, id est, amans est veritatis, quia veritas debet gubernare omnes alias virtutes.

Omnia sustinet]

πάντα σέγει. hæc dicuntur de
æquitate , quæ tolerat aliorum
infirmitates, quæ nō sunt corruptæ doctrinæ, aut enormia delicta.

Omnia credit]

descriptio candoris. Non ap-
probat Paulus stultam creduli-
tatem, quæ est extreum candoris, seu vitium pugnans cum cando-
re, sed laudat candorem, qui approbat alienas voluntates propter
probabilem rationem.

Omnia sperat]

scilicet donec locus est emen-
dationi. Nam homines alijs sunt
sanabiles, alijs insanabiles. Donec igitur spes est emendationis, bene
sperandum est de aliis. Postremò repetit præceptum de patientia ma-
xime necessarium. Omnia perfert. Ferre enim ærumnas leue est,
perferre graue. Hæc detabellla dilectionis.

Roman. 8. Sensus carnis ini-
micitia aduersus Deum. Legi
enim Dei nō subiicitur nec sub-
iici potest. Hoc dictum non lo-
quitur de disciplina, quam ho-
mines in hac imbecillitate vt-
cunque efficere possunt: sed de
integra obedientia, qualis fuit
in Adam ante lapsum, & qualis
erit, cum Deus erit omnia in o-
mnibus beatis. Nam sensus car-
nis significat & opiniones de
Deo & affectus, quales sunt in
humana natura non renata lu-
ce Euangelij & Spiritu sancto.
Constat enim in mente magna
& tristia mala esse, dubitationes
de Deo, de prouidentia, de iudi-
cio Dei, & de minis & promis-
sionibus diuinis, de præsentia
Dei in conseruatione & suspen-

φρόνημα σαρκὸς. fleischlich ge-
sinnet seyn. Insigne est verbum
φρόνημα, quo Paulus vtitur in
Græco textu Roman.8. Ac rectè
redditur vocabulo Sensus, vt Ci-
cero loquitur in lib.5.epist. Meus
me sensus, quantavis fit fraterni
amoris, admonet. In veteri trâ-
latione textus sic est redditus: Sa-
pientia carnis inimicitia est ad-
uersus Deum. Vnde aliqui sunt
argumentati, philosophiam esse
inimicitiam contra Deum. *φρό-
νημα* non tantum significat opi-
niones in mente, quas circum-
fert homo non renatus de Deo &
de rebus diuinis, sed etiam affe-
ctus voluntatis & cordis, qui co-
mitantur illas opiniones seu no-
ticias. Complectitur igitur *φρό-
νημα*, id est, actiones mentis &
partis appetentis.

tatione

tatione rerum, & ignorationem Filij Dei. Postea sunt in voluntate & corde auersio a Deo, non habere timorem Dei, non ardere fide & dilectione, & sunt errantes motus innumerabiles, sicut aestus in Syrtibus, amores iniusti, odia iniusta, ambitio, cupiditas vindicta. Hanc totam confusionem [εταξιαν] nominat Paulus sensum carnis, & hec magna mala ait esse inimicitiam aduersus Deum.

& fluctus variè agitantur in Syrtibus, in quibus crebra fiunt naufragia: sic & opiniones de Deo in mente humana tumultuantur, & opus seu affectus in voluntate & corde habent varias agitationes & fluctus.

Hæ sententiæ satis perspicuae sunt, & conuincunt omnes sanos, vt fateantur, non posse incoari aut perfici impletionem Legis, id est, ardentem dilectionem Dei, & purum amorem proximi, nisi prius accepta gratia & dono, quod cum gratia coniunctum est.

Alterum errorem, qui priori coniunctus est, refutant dicta perspicua Christi & Pauli. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare regnum Dei.

Quid significat hoc in loco aqua? Aqua hoc loco non tantum significat ceremoniam baptismi, sed complectitur omnes partes ministerij Euangelici. Nemo erit haeres regni æterni, nisi audiat vocem Euangelij, & vtatur Sacramentis, si potest ea habere, aut eis vti. Ac sit nota regula de vsu Sacramenti, tradita à Bernhardo: Non præiatio, sed contemptus Sacramenti condemnat. Multi martyres pro Christo sunt interficti, non baptizati, & qui nunquam vsi sunt Cœna Domini. Sic multi infantes in utero materno, aut editi in hanc lucem moriuntur, nondum suscepto Sacramento baptismi. Ita latro in cruce nec baptizatus est, nec vsus est Cœna Domini, sed audiuit in furca vocem absolutionis: Hodie mecum eris in paradiso. Huic voce credens saluatus est. Non enim Deus sic alligauit gratiam suam Sacramentis, vt nemo possit saluari, qui non vtatur Sacramentis in casu necessitatis, qui non habet legem. Interea extra hunc casum nemo con-

Syrtes sunt loca arenosa & scopolosa in mari Africo. Suntq; duæ Syrtes, maior & minor, & habent nomen à σύρω, id est, à tractione nauium, quia naues ad se rapiunt, & in gyrum torquent, & contortas absorbent. Sicut igitur aestus

temnere debet Sacra menta, sed iuxta Dei mandatū semel debet baptizari, & s̄p̄ius vti Cœna Domini. Hęc ideo dico, ne quis ex dicto, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, int̄ p̄stinię inferat, damnatos esse omnes, qui baptismum non acceperunt, sicut multi ineptè faciunt. Recte inquit Ambrofius de Imperatoribus Christianis, qui mortui sunt ante baptismum. Quanquam ceremoniam baptismi non consecuti sunt: tamen rem Sacramenti sunt consecuti. Aliud est enim Sacramentum, aliud res Sacramenti. Potest aliquis vti Sacramento, vt hypocrita quispia, qui non consequitur rem Sacramenti. In casu necessitatis potest aliquis sine Sacramento habere rem Sacramenti.

Iohan.6. Nemo potest venire ad me, nisi quem Pater traxerit.
Iohan.15. Sine me nihil potestis facere. Rom.8. Qui ducuntur Spiritu Dei, hi sunt filij Dei. Si quis autem Spiritum Christi non habet, is non est Christi,

Augustinus egregiam consequentiam texit ex hoc dicto Pauli de adiunctione & aggregatione ad Ecclesiam. Estne vera propositio: Extra Ecclesiam non est salus? Omnino, omnes saluandos necesse est aut esse, aut deinceps fieri membra Ecclesiæ veræ. Vnde possumus probare, quod extra Ecclesiam non sit salus? Audi quid dicat Augustinus tractatu 27. in Iohannem. Hęc dicuntur, vt amemus concordiam, & timeamus separationem. Nihil enim debet sic formidare Christianus, quām separari à corpore Christi. Si quis enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius, si non est membrum eius, non vegetatur Spiritu eius, quisquis autem Spiritum Christi non habet, is nō est eius. Interpres in Ecclesia non gignit nouum genus doctrinæ, sed debet esse Grāmaticus, deinde Dialecticus, tertio debet monstrare usum & applicationem dictorū cælestium. Consideremus igitur locum Augustini paulò attentiū, qui est plenus dulcissima consolatione. Christus vocatur caput Ecclesiæ. Ecclesia est corpus Christi. Nos singuli sumus membra huius corporis. Quemadmodum igitur à capite per neruos defluunt spiritus in totum corpus & in singula membra, quæ accipiunt sensum & motum à cerebro per neruos: ita à capite nostro Christo Deo & homine accipimus Spiritum sanctum, qui tantum mouet & agitat suum corpus & sua membra. Si quis igitur est separatus à corpore Ecclesiæ, non regitur à Spiritu sancto, quia Spiritus est in corpore, non extra corpus. Qui autem

autem non habet Spiritum Christi, non est eius. Sit igitur præcipua cura omnium hominum, primùm rectè agnoscere Deum, discere doctrinam de Deo, altera cura proxima sit, adiungere nos ad societatem Ecclesiæ, cuius debemus esse viua non mortua membra.

1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Significat enim ἡ ψυχὴ homo viuentem vita naturali, hoc est, sensu & ratione naturali sine Spiritu sancto. Sed quoniam veritas manifesta est, & quotidie nos ipsa naturæ infirmitas admonet de dicto, quo Ecclesia celebrat beneficia Spiritus sancti: Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium: Nolo in rebus apertissimis longiorem ponere orationem. Quæ enim perspicua sunt, longa esse non debent.

Refutatio Manichæorum.

C A P. I V.

NO N difficilis est refutatio Manichæorum, quia multi sunt in easæcta conflata ex Stoicis deliramentis, manifesti furores. Et extant vetustæ refutationes scriptæ ab Irenæo & Tertulliano contra Marcionem, & ab Augustino contra Manichæos, quas legere eruditos vtile est. Suprà autem refutati præcipuum caput sœctæ Manichææ de causa peccati, quando recitaui perspicua testimonia diuina, quæ affirmant peccatum non esse ortum ab æterna natura, nec ex materia, sed à voluntate Diabolorum & primorum parentum, qui se liberè auerterunt à Deo. Nunc omisisse erroribus de coniugio & de politico ordine, qui pugnant cum iudicio rationis,

Sœcta Manichæa est hydra multorum capitum, est chaos & sentina plurimorum furorū. Nam erroris nomen est nimislene in hac materia. Damnarunt Manichæi coniugium: dixerunt ortū esse à malo Deo, offensi haud dubiè miseriis & infirmitatibus vitæ coniugalibus. Multæ sunt enim

&c. stantur eam sectam & similes Diabolorum organa esse, pauca dicam contra monstrosa dogmata de materia & necessitate omnium actionum.

& magnē infirmitates vtriusque sexus, & accedunt ad has infirmitates magna miseria. Has intuentes Manichæi, damnarunt vniuersum coniugij ordinem. Hic verò manifestus est furor Diaboli, teste Paulo 1. Timoth. 4. vbi expressè vocat prohibitionem coniugij, doctrinam Dæmoniorum. Deinde damnarunt isti nebulos peñsimi ac perditissimi politicum ordinem & politica officia, sicut hac nostra ætate & memoria Añabaptistæ. Hic error ita est manifestus, vt non desideret apud bonos longiorem refutationem. Tertius error est de causa peccati, de quo suprà diximus in titulo de causa peccati. Nunc tantùm refutabimus duos errores: vnum de materia, alterum de necessitate omnium actionum. Fingunt enim Manichæi, propter diuersam materiam alios homines non posse conuerti ad Deum, alios verò, vt sic dicam, esse conuertibiles ad Deum, qui possint assuefieri & flecti ad virtutem. Hoc commentum de materia diuersitate est falsissimum, quia vna est communis massa & eadem omnium hominum, teste Paulo, Actor. 17. vbi dicit: Ex uno sanguine omnes esse ortos & propagatos. Alterum commentum de necessitate omnium actionum est blasphemia Diabolica, quæ afficit Deum horribili contumelia. Deus est tantùm causa bonarum actionum, non malarum, sicut suprà diximus ex Augustino: Deus quidem permittit peccata multa, sed non approbat, non impellit ad peccatum.

Manifestum mendacium est, propter materiam diuersam alios posse conuerti, alios non posse conuerti, quia certum est, non esse discrimen in propagatione hominum propter diuersas materias, quod ad peccatum attinet. Sed omnes ex Adam & Eua propagatos, & ex commixtione maris & fœminæ nascentes afferre peccatum originis, vt cap. 5. ad Romanos perspicue dicitur.

Hoc dicitur ad differentiam Christi. Christus est semen mulieris non viri.

Per vnum hominem, scilicet Adam, introiuit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & peruersit seu penetrauit in omnes homines, quia omnes peccauerunt, id est, omnes habent peccatum. Peccatum hoc loco non significat actionem phrasí Latina, sed est phrasis

phrasis Hebræa. Nam verba actiua apud Hebræos , non tantum actionem, sed etiam habitum significant , seu quiddam habituale & perpetuum. Ex hoc dicto Pauli rectè sumitur refutatio Manichæorum de diuersitate materia. Est vna massa generis humani, & idem sanguis Adæ, & hic sanguis est pollutus in omnibus & singulis, excepto Christo, qui non est semen viri, sed tantum fœminæ.

Rursus etiam omnes, qui in veris doloribus voce Euangeli, id est, promissione gratiæ eriguntur, fiunt hæredes æternæ salutis, nec consolatio excutienda est his imaginationibus, quæ fingunt discri men in hominum materia esse, aut in Deo ~~ωραποληψιαν~~. Extraque concio vniuersalis est, accusatio peccati in omnibus, qui natu sunt ex commixtione maris & fœminæ, & promissio gratiæ, iux ta hæc dicta: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos. Item Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vñigenitum daret, &c. Et 1. Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. Et Actorum 10. Non est in Deo ~~ωραποληψιαν~~.

Hoc dictum sape aliâs repetitur in Scriptura, vt Rom. 2. Coloss. 3. & alibi passim. Si Deus volet, suo loco dicemus de prædestinatione, primùm totius corporis, deinde singulorum membrorum. De toto corpore firmissimè statuendum est, quod extra Ecclesiam non sit salus, iuxta dictum: Quos elegit, hos & vocavit. Igitur non vocati non sunt electi. Non autem excludimus eos, qui tenentur sub ty rannide, quia Ecclesia complectitur omnes socios eiusdem cōfessionis, siue sint in Turcia, siue in Papatu, siue apud nos. De membris vero singulis sic statuendum est, hominem conuersum ad Deum vero timore & vera fide, in præsentia placere Deo, sine vlla dubitatione. Quod si homo conuersus ante mortem non abiicit fidem, cōfessionem & inuocationem, sed moritur inuocato nomine Iesu Christi, si sine vlla dubitatione est in numero electorum, in quibus Deus erit omnia in omnibus, iuxta dicta: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Item, Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Item Matthæi 24. Qui perseverauerit usque ad finem, saluus erit. Potest homo labi ante mortem, & iterum resurgere. Sed loquimur iam de postremo agone, Qui in illo agone retinet scintillam dei, quantumuis infirmam, & non abiicit inuocationem Dei, sed nutu aliquo & signo declarat se esse membrum Filij Dei & veræ Ecclesiæ,

& se expetere æternam consuetudinem cum Deo, ista haud dubiè electus est à Deo & hæres vitæ æternæ. Non dispuo de Turcis aut aliis. Quid enim illi ad nos pertinent, qui sunt extra Ecclesiam? Sed nemo decipiat se ipsum, vt fingat se ideo esse electum, quod versetur in externa societate Ecclesiæ. Multi hypocritæ & multi Epicurei sunt in cœtu Ecclesiæ magno & paruo. Vnusquisque probet se, vt monet Paulus, & non respiciat ad alios.

Quod verò Manichæi dixerunt, omnia necessariò fieri, bonas & malas actiones, id est, voluntates cogitam ad bona, quam ad mala opera, tetricum & Diabolicum mendacium est, contumeliosum aduersus Deum, & perniciosum moribus. Manifestum est enim Paulum affirmare, esse aliquam iustitiam carnis, quæ est externa gubernatio, qua homo liberè regit externa membra, ne faciant contra Legem Dei. Ideo inquit, Lex pædagogus est. Aliqua igitur libertas est etiam in non renatis, videlicet regendi externas actiones, seu vt nos loquimur, regendi locomotiuam. Multo verius est, libertas in renatis: Ioseph adiuuatur à Spiritu sancto, vt heri coniugem fugiat, & tamen liberè & volens, non coactus fugit. Dauid liberè & volens, non coactus rapit alterius coniugem, & poterat imperare externis membris ne alienam attingeret, præfertim cum antea domicilium fuisset Spiritus sancti. Poste igitur labi renatos ostendunt exempla Aaronis, Saulis, Dauid, Petri, & aliorum innumerabilium, quorum aliqui rursus ad Deum conuertuntur, vt Aaron, Dauid, Petrus: aliqui ruunt in exitium æternum, vt Saul, non quod sunt ab alia materia orti, sed suæ voluntatis malitia. Hæc tenus breuiter refutauit duas contrarias hyperbolas [Pelagianorum & Manicheorum] quarum yna, vt bella meretricula fucata philosophicis coloribus hypocritas ad se inuitat: alia absurdæ, monstrosa, barbarica, velut Empusa seu spectrum subinde alias formas induens, similibus ingenii confusas chymæras obiicit. Nunc, Deo iuuante, ad veram sententiam simplici expositione accedemus, in qua propositiones negatiuas & affirmatiuas recitabimus, vt intelligi possit, quid de viribus humanis existimandum sit.

Simile simili natura amicum est. Qui igitur habent monstrosa ingenia, delectantur monstrosis imaginationibus. Natura est rapax similiū, teste Cicerone in lib. de amicitia. Nihil est rapacius similiū, quam natura.

Expositio

Expositio veræ sententiæ de libertate voluntatis humanæ, seu de vi- ribus humanis.

C A P. V.

NE V S T E dictum est à Friderico Duce Saxoniz, laudatae memoriaz, de cōtrouersiis ciuilibus: Multas cōtrouerias facile posse dirimi & finiri, si personæ ipsæ possent inter se cōciliari & colere cōcor diam. Non n. in foro ciuili semper parit obscuritas rerum longas disputationes, sed personarū litigantū calliditas veteratoria & pertinax odiū. Quod autem sapiens Princeps dixit de controuersiis, quarum ipse fuit iudex: id verè potest dici de multis controuersiis in Ecclesia. Veritas in hoc articulo de libero arbitrio adeo manifesta est, vt nemo possit ei nisi cæcus, surdus & fatuus bona conscientia contradicere & repugnare. Sed personarum pertinaciter litigantium, & quærentium non veritatem, sed materiam contentionis, vitio fit, vt videatur res valde esse obscura & intricata. Deponamus igitur odia, calumnias, Sophisticam, & his remotis, quæramus veritatem simpli- cem, sicut demonstratur in verbo diuinitus tradito, & in perpetuo consensu Catholice & orthodoxæ Ecclesiaz. Hac methodo, via & ratione facilè poterimus pertinere ad metam optatam, & aspicere lumen veritatis. Si quis autem sibi ipsi, volens, & sciens, & prudens obstruit aditum, & officiis suis luminibus, is se accuset, non rem ipsam & veritatem: sed omisis talibus *ωραπτέισ*, quibus non est opus in bona causa, accedamus ad rem ipsam.

Etsi verissima est Augustini querela de difficultate huius rei, sed ex vitio hominum. disputationis, quæ extat in lib.

i.de peccato originis contra Pelagianos, quam suprà recitaui: Ista quæstio, vbi de arbitrio voluntatis & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, vt quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur. Quando autem afferitur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: tamen cum veritas, vt

idem Augustinus ait, citante Prospero, sententia 138. & credēdasit & loquenda: dicam de re tanta, non quantum debeo, sed quantum possum: sic tamen, ut oratio congruat ad vocem, quā Deus ipse nobis tradidit. Sit igitur hæc prima propositio.

stum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.

Homo post lapsum, et si horribiliter spoliatus & sauciatus est à latronibus Diabolis: tamen non transformatus est in aliam speciem, ut verbi causa, in truncum vel asinum, sed adhuc est & manet homo prædictus mente & voluntate, & habet modum agendi, quo differt natura rationalis à bruta.

Credo quibusdam hanc propositionem videri non necessariam. Sed qui versati sunt in his disputationibus, & legerunt aduersariorum scripta, & audiuerunt ipsos coram loquètes, possunt facile existimare, quo consilio, & quibus de causis hanc propositionem repetiuerim in primo aditu seu in vestibulo huius doctrinæ. Dolendum est quidem & deplorandum veris gemitibus & lacrymis, tantam barbarie post mortem Lutheri piæ memoriarum, irrepississe in Ecclesiā, ut iam sit nobis dimicandū de primis principiis, quæ debebant esse nota pueris & puellis. In scriptis Flacij, præsertim in eo scripto, quod continet disputationem de libero arbitrio, manifestè hæc leguntur, & possunt cognosci ab omnibus, qui volunt cognoscere, quod homo non sit animal rationale in Theologia, & quod nullam prorsus habeat naturalem de Deo notitiam, & quod sit truncus, asinus, faxum &c. Hæc non exaggerantur à me odiosè, sed palam leguntur & extant in ipsorum scriptis, & defenduntur miris præstigii sophismatum. Sic argumentor more Flacianorum:

In psalmo 49. scribitur: Homo iumento est comparatus.

Ergo homo non differt à bruto.

Valētne consequentia? Non. Quare non valet? Quia simile non est idem, & nullum simile currit quatuor pedibus. Quia in re comparat psalmus hominem iumento? Comparat hominem iumento, quod

Prosper collegit 300. & aliquot insuper sententias ex Augustino, tanquam flosculos & ἀξιόμata Theologica.

Hic aphorismus sumptus est ex dicto Pauli Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Quod si confessus fueris ore tuo Iesum Christum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.

quod ad mortalitatem attinet, seu ad mortalem conditionem. Homo est initio conditus ad immortalitatem & vitam æternam , aliae bestie sunt conditæ ad exiguum tempus vita, quo confecto, desinunt vivere, & redeunt in nihilum. Iam verò homo factus mortalis, similis est iumento, quia si externam speciem consideras, non aliter moritur homo, quam asinus aut canis moritur, sepelitur, putreficit. Loquor iam de externa specie & de corpore, non dico de omnibus congruere similitudinem. Comparationes debent candidè intelligi, non sophistice & cauillatoriè. Ergo hoc tantum sequitur ex illo dicto, hominem esse simile iumento, quod ad mortalitatem attinet, sed alia tamen est causa mortis in bestiis, alia in hominibus. In bestiis ordinatio & voluntas Dei sic & non aliter creantis bestias, est causa mortis. In nobis autem est causa mortis peccatum, nec Deus vult mortem, quatenus nihil est aliud, quam destrucciónis operis in natura humana, sed punit naturæ humanæ peccatum morte, propter suam iustitiam.

Rursus argumentor ex psalmo 73.

Ego sum factus coram te iumentum.

Ergo homo non differt à bruta natura.

Quare versatur illa collatio hominis & iumenti? Respondeo. Loquitur hoc in loco de obsequio sine contumacia. Sicut asinus, aut equus, aut bos sequitur suum ductorem sine contumacia, & non disputat de via, per quam est incedendum: ita inquit Propheta in eo psalmo, Ego sequor ductum & gubernationem diuinam, & non amplius dispiro de causis, quare alij homines in hac vita sint felices & florentes, cum tamen sint impij, alij verò pij duriter premantur & exerceantur calamitatibus. Si respiciamus ad summam totius psalmi, & ad argumentum, facile intelligemus, hanc responsionem esse veram, non aliunde importatam. Totus enim psalmus est disputatio de euentuum confusione, ut videtur, & inæqualitate, quæ maximè perturbat mentes humanas cogitantes de prouidentia diuina. Sic enim argumentatur mens humana: Bonis debet esse bene, & malis male in hac vita, sed non sic, immo contrarium fieri videtur. Ergo nulla est diuina prouidētia. Fatetur ergo Propheta, autor illius psalmi, se diu quidem conflictatum esse cum hac tentatione, sed tandem eluctatum, & iam se, omissa omni disputatione sequi Deum ducentem & monstrantem iter, sicut iumentum aliquod sequitur suum ductorem & gubernatorem aut seforem. Hæc est sententia verissima,

& habet testem Theodoretum in quadam oratione de prouidentia. Magnum probrum est ista negari in Ecclesia. Quando posteri audiēt nos ista agitasse, deridebunt nostram stultitiam, sed respondendum est stultis, ne videantur sapere.

Hanc propositionem confirmat articulus de incarnatione Verbi, de quo traditur regula, Filiū Dei assumpſſe naturam humanam, integrām, incorruptam, habentem omnes vites & appetitiones naturæ proprias sine peccato.

Hæc regula traditur à Paulo expressè Hebr. 4. Habemus Pontificem, qui potest compatinofris infirmitatibus, sed tentatū per omnia iuxta similitudinem absque peccato. Si nobis est similis sine peccato. Igitur homo non est transformatus per metamorphosin Flacianam, in truncum, aut asinum, aut statuam. Est quidem in homine peccatum, quod omnes sani & pij in Ecclesia non tantum fatentur, sed etiam deplorant. Sed inde non sequitur, ipsam carnis substātiā esse malam, aut totam speciem hominis esse ablitam & mutatam in lapsu. Hæ sunt hyperbolæ Manichæ & Diabolice. Augustinus in lib. 10. de ciuitate Dei, cap. 24. Bonus verusq; Mediator ostendit peccatum esse malum, non carnis substantiam vel naturam.

Cùm igitur anima Christi suum habeat intellectum & suam voluntatē, & Christus verè sit filius Abrahæ & Dauidis secundum carnem: profectò confitendum est, hominē non esse expertem mentis & voluntatis, nec esse animal irrationale.

Eandem sententiam vel confirmant vel illustrant hæc dicta Augustini in libro de Spiritu & litera cap. 28. Non omni modo deletum est in hominis corde per peccatum, quod ibi per imaginem Dei, cùm crearetur, impressum fuerat, neque adeo imago Dei detrita est illa labe, vt nulla in anima, velut linea mē-

id est, secundum corpus & animam. Caro hic significat totum hominem.

Hæc verba Augustini citata sunt ex eo libello, de quo ipse scribit in libris retractationū, quod singulare diligentia, pietate & fide voluerit explicare discrimen literæ & Spiritus, id est, actionū carnis, & actionum Spiritus, & ex professo agitat questionem detta ex-

ta extrema remanserint. Remansit enim, quod homo non nisi rationalis esse potest.

libero arbitrio, sicut norunt omnes lectores eius libelli, & tantum tribuit huic scripto tota Academia VVitebergenfis, ut viuo

Lutherò piæ memoriarum libellus ille sit editus cum prefatione & insigni commendatione, & publicè sit inter ordinarias lectiones studiosis Theologie propositus. Ego ipse audiui partem libelli illius explicari à Doctore Pomerano. Quare nemo putet, me fucum facere auditoribus. Scio non omnia sine delectu esse citrada, sed quæ ex hoc libello citoau, scio probari omnibus piis Theologis viuis & mortuis.

Ex libro 22. de ciuitate Dei, cap. 24. In homine non penitus extincta est quædam velut scintilla rationis, in qua factus est ad imaginem Dei. psal. 42. Ergo intelligamus habere nos aliquid vbi imago Dei est, mentem scilicet atque rationem. Ipsa est qua capimus iustum & iniustum, ipsa est, qua discimus verum à falso, ipsa est, quæ vocatur intellectus, quo carent bestiæ, quem intellectum quisquis in se neglit, & postponit ceteris, & ita abiicit, quasi non habeat: audiat ex psalmo: Nolite esse sicut equus aut mulus, in quibus non est intellectus.

Tractatu 1. in Iohan. Pecora non illuminantur, quia pecora non habent rationales mentes, quæ possint videre sapientiam. Homo autem factus ad imaginem Dei, habet naturalem mentem, per quam potest percipere sapientiam. Ergo Christus lux est, non animalium quorumcunque, sed hominum.

Cur Iohan. 1. dicitur: Vita erat lux hominum? Ad differentiam omnium aliarum bestiarum, quæ non sunt capaces specialis presentie Dei & $\lambda\beta\gamma\pi$, & illius vita, quam Euangeliū promittit credentibus. Sed omisssis ceteris, tantum hoc axioma nuncrepeto, quod est traditum in multis scriptis à Domino Philippo præceptore piæ memoriarum. Si homo non esset natura intelligens, Deus etiam post lapsum non posset se homini communicare. Suprà diximus de quatuor gradibus presentie Dei, non iam loquimur de vniuersali presentia Dei, quæ pertinet ad creaturas rationales & irrationales, sed loquimur de speciali presentia Dei, qua Deus se & sua bona nobis communicat. Hæc communicatio liberalissima non posset fieri, si subiectum non esset capax luminis, & iustitiae, & vita. Ita Augustinus inquit: $\lambda\beta\gamma\pi$ Filius Dei non est lumen quorumcunque animalium, sed

tantum hominum, quia homo habet rationalem mentem, quae est capax lucis diuinæ. Non dicimus hominem à se ipso illuminari & vivificari. Quis hoc diceret nisi extremè furens? sed homo talis est, ut possit capere lucem diuinam, aut repudiare & reiicere, obstructis foraminibus, per quæ illabitur lux Solis iustitiae, videlicet Christi. Hæc non proposuimus, nisi verum esset illud vetus: Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt. Sæpe impudentia & pertinacia aduersariorum cogit declarare & illustrare prima principia. Ac profectò negare, hominem esse hominem, vel tollere hominem ex homine, est negare prima principia, & contra tales non est disputandum, aut frustrè disputatur. Neque ego nunc disitulo contentiose, sed tantum iuniores premeo, cogente ratione mei officij, ne applaudant omnibus clamoribus & opinionibus, nondum satis exploratis. Hæc est igitur prima propositio, in qua clarè & expressè diximus, hominem post lapsum primorum parétum non esse transformatum in aliam speciem, ut verbi causa, in truncum, aut asinum, sed adhuc retinere, ut Augustinus loquitur, quædam lineamenta, ex quibus species agnoscit potest. Neque verò ex scalamo, ut in prouerbio dicitur, facimus nauem, nec ex musca elephanterem: sed hoc tantum tribuimus homini, quod Deus ipse voluit in nobis esse reliquum, propter suam gloriam, & propter nostram salutem. Si enim homo non esset prædictus mente & ratione, & esset natura bruta, nec Deus posset se communicare hominum generi, nec vicissim agnoscit & celebrari doctrina & obedientia in genere humano. Hæc sunt adeo manifesta, ut penè nos pudeat versari tamdiu in his primis principiis, aut declarandis aut illustrandis.

Sequitur altera propositio negativa, quæ detrahit homini *liberum* seu facultatem, qua possit liberari ab ira Dei, à peccato, à morte æternâ, propriis viribus aut meritis. Nam hæc liberatio est solius Christi beneficium integrum, ut Iohann. 8. scribitur: Si vos liberauerit Filius, scilicet ab ira Dei, à morte æternâ, à tyrannide Satanæ, à seruitute peccati, verè eritis liberi. Quod attinet ad hanc seruitutem peccati & mortis, nullam prorsus *liberum*, seu efficaciam, seu facultatem homini tribuimus.

I I. Propositio. Manifestum est, homines in hac deprauata natura non posse tollere peccatum & mortem, id est, exuere prauas inclinationes, & liberare se ab ira Dei, à morte corporali & æternâ, propriis

propriis viribus, aut operibus, aut virtutibus, aut meritis, nec posse satisfacere Legi Dei. Sed hæc liberatio à peccato & à morte fit propter Filium Dei, & per eum. Primum in hac vita imputatione iustitiae, & incoatione nouæ & æternæ vita & iustitiae, postea consummatione in vita æterna. De hactotaliberatione dicitur Iohannis 8. Si Filius vos liberauerit, verè eritis liberi &c. ti corporis, sed etiam æternæ damnationi. Quæ potest autem maior miseria cogitari, quām hæc ipsa, quæ describitur appellatione seruitutis peccati. Econtrà nihil est dulcior, & nihil debet esse gratius pizenenti, quām consideratio huius libertatis, quam nobis promittit Filius Dei, inquiens: Si vos Filius liberauerit, verè ὑπάτως eritis liberi. De hæc libertate plura solent dici, quando recitantur gradus libertatis Christianæ, quia verò hæc non sunt in controuerchia, nolo in iis immorari.

I III. Propositio: Homo non renatus potest regere vtcunque locomotiuam, id est, flectere externa membra ad actiones congruentes cum Lege Dei. Hanc qualēmcunque libertatem Paulus homini tribuit, quia fatetur in non renatis aliquam esse iustitiam carnis, vt cùm inquit ad Titum: Non ex operibus iustitiae, quæ nos fecimus. Quoties autem de disciplina cogitamus, veniat in mentem primorum parentum, qui post lapsum suam nuditatem tegunt foliis sibi. Ut enim primi parentes, cùm non possent tristissima vulnera à Diabolo accepta sanare, externam deformitatem vtcunque tegebant: sic homines in hac imbecillitate naturalibus viribus disciplinam aliquo modo efficere possunt.

I V. Propositio: Necesse est in vera cōuersione ad Deum, mentem à Filio Dei per Euangeliū illuminari, & voluntatem à Spiritu sancto efficaciter trahi.

Consideretur tota concio apud Iohannem cap. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non semper manet in domo domini sui. Si autem Filius vos liberauerit, verè eritis liberi. Seruum esse peccati, nihil aliud est, quām iacere oppressum mole intolerabili ira diuinæ aduersus nostra peccata, & circumferre in natura horribilem depravationem, & propter hæc mala destinatum esse nō tantum mortali corporis, sed etiam æternæ damnationi. Quæ potest autem maior miseria cogitari, quām hæc ipsa, quæ describitur appellatione seruitutis peccati. Econtrà nihil est dulcior, & nihil debet esse gratius pizenenti, quām consideratio huius libertatis, quam nobis promittit Filius Dei, inquiens: Si vos Filius liberauerit, verè ὑπάτως eritis liberi. De hæc libertate plura solent dici, quando recitantur gradus libertatis Christianæ, quia verò hæc non sunt in controuerchia, nolo in iis immorari.

In hac propositione decet pios maximè esse attentos, & iudicare fine anteceptis opinionibus, an in ea dicatur aliquid pugnans cum analogia fidei: aut

cum ipsa veritate & experientia spirituali: aut cum perpetuo consensu catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ. Ac in bona quidem causa, ut dicit Pindarus, tria verba sufficiunt. Sicut enim Syllogismus bonus tantum habet tres terminos & tres propositiones, & non est infinita declamatio: ita non est necesse, caput controversiæ in hoc articulo declamatoriè proponere, sed satis est Dialectica breuitate perspicue rei summam exponere.

Quod cùm fit, homo assentitur promissioni gratiæ nō propriis viribus, sed per Spiritum sanctum, qui hoc modo in consideratione verbi, & non aliter est efficax.

Est breuis propositio, sed comprehensione omnia quæ possunt dici ut ille de præcipuo capite, quod est in cōtrouersia positum. Quid sit vera cōuersio nemo ignorat, aut certè ignorare nemo debet, cùm tota vita Christiana nihil aliud sit aut esse debeat, quam perpetua pœnitentia, quæ complectitur timorem Dei, fidem & nouam obedientiam. Non igitur volo disputare de vocabulo cōversationis, quod tam est notum piis, quam Geometris sunt notæ definitiones circuli & quadrati. Quid autem necesse est fieri in conuersione ad Deum? Primum necesse est, mentem à Filio Dei per Euangelium illuminari. Quare tribuo Filio Dei hanc actionem, videlicet mentis illuminationem pulsis tenebris, quæ nobiscum naturaliter nascuntur? Propter dicta, quæ mox recitabo in confirmatione, quorum alterum extat Iohan. i. alterum Matth. ii. Iohan. i. dicitur: In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et paulò post: Illuminat omnem hominem venientem in mundum. Est enim Filius splendor lucis paternæ, & lumen de lumine, ut dicitur in Symbolo Niceno. Ideo rectè tribuitur Filio actio in mente, id est, illuminatio seu illustratio mentis. Alterum dictum est apud Matth. ii. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare. Iam quæritur, quomodo reuelet Filius voluntatem Patris de nostra salute, & quomodo illuminet nostras mentes? Respondeo. Per Euangelium, ut Iohan. i. dicitur: Deum nem o vidit vñquam, Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. Non igitur separamus illuminationem, quæ est beneficium Filii Dei, à voce Euangeli audita, lecta & cogitata: sed semper addimus hoc instrumentum, quod est ordinatum decreto diuino. Additur autem in propositione: Et voluntatem à Spiritu sancto efficaciter trahi. Quare tribuimus tractionem voluntatis Spiritui sancto? cùm tamen vera sit

fit regula Augustini: Actiones diuinæ ad extra sunt communes. Et Iohannis 6. dicitur: Nemo potest ad me venire, nisi Pater traxerit eum. Cur non potius tribuitur Patri hæc tractio voluntatis? Respōdeo. Etsi iuificatio fit per omnes personas, & est cōmune opus triū personarum: tamen fit quodam ordine. Sicut enim à Patre per Filium in Spiritu sancto omnia sunt condita, & omni tempore conseruantur, ita Pater trahit per Filium illuminantem, & in Spiritu sancto mouente & ducente voluntatem humanam, ut Roman. 8. dicitur: Qui Spiritu Dei ducuntur, id est, agitantur, mouentur, hi sunt filii Dei. Non igitur excludo Patrem ab hac actione, sed sequor ordinem actionum, qui sepe in Scriptura exprimitur. Quomodo autē trahit Spiritus sanctus? Hic in propositione dicitur: trahi voluntatem efficaciter, hoc est, Spiritus sanctus per verbum, quod nūquam excludimus, restituit voluntati θύμου, seu efficaciam, seu facultatem credendi, quæ est amissa in lapsu. Hanc θύμου, hanc efficaciā non tribuo nostris viribus, quod esset blasphemum aduersus Spiritum sanctum & Filium Dei, sed tribuo auctori suum effectū & suum opus. Ideo dico, voluntatem à Spiritu sancto efficaciter trahi, scilicet restituta θύμου credendi.

Quod cùm fit, homo assentiatur promissioni gratiæ]

id est, amplectitur promissionem Euangelij de remissione peccatorum.

Non propriis viribus, sed per Spiritum sanctum.

Ergo voluntas, dicat aliquis, est otiosa, nihil agit, tantum sculpitur ut statua? Responso ad hæc obiectionem paulò post tradenda erit. Etsi θύμος, efficacia & facultas credendi est donum Spiritus sancti, sine illa controuersia, & sine illa dubitatione, tamen hæc θύμος non communicatur lignis, lapidibus, asinis, statuis, sed communicatur vel restituitur hominibus, id est, humanae menti & voluntati, quæ est capax huius lumenis & huius beneficij, de quo nunc loquimur. Aliæ creaturæ non sunt capaces tantorum bonorum Filij Dei & Spiritus sancti. Christus enim est lux hominū non pecudum. Alter agit homo, alter brutū vel truncus. Id nominatur agendi modus, siue ut veteres Theologi loquuntur, Nazianzenus, Bernhardus & alij, Solum liberum arbitrium est capax salutis. Sicut enim solus Deus salutem dat, & sicut nemo salvatur nisi per gratiam: ita nihil est quod saluetur, nisi liberū

arbitrium. Ne quis putet me audacter aliquid noui affirmare, is querat eandem sententiam expressam & recitatam sine inuolucris, & fine vallis ambagibus in Confessione Ecclesiæ VVirtembergensis, vbi clarè hæc verbaleguntur: Etsi homo non habet, quo possit se libera-re à peccato & morte: tamen habet, quo beneficia à Deo accipiat. Si igitur vis hoc vocare capacitatem, aut modum agendi, mea nihil interest, modò retineas rem, non pugnemus de verbis. Vides ergo in hac propositione coniungi hæc tria, Spiritum sanctum, verbum & voluntatem, sed singula suo modo, suo loco, & suo ordine.

Huius asseuerationis sunt multa testimonia perspicua Iohannis & Pauli. Iohan. i. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et in eodem capite: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Hic coniunguntur à Iohanne duo correlatiua: Illuminatio, quæ fit à Filio Dei, & receptio lumenis, quæ fit in nostris mentibus. Quotquot receperunt &c.

Sicut autem correlatiua semper

sunt simul, & semper sunt intelligenda simul, etiamsi alterum non nominetur, vt fides semper se habet correlatiuè ad promissionem, etiamsi non semper fidei fit mentio in promissione, aut promissionis, quoties de fide loquimur. Ita quando audimus dulcissimum dictum de beneficiis Filij Dei, Iohan. i. Filius illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: mox addamus hanc correlatiuam propositionem: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Eodem modo loquitur Paulus ad Timotheum, 2. Timoth. i. Custodi præclarum depositum per Spiritum sanctum &c. Et 1. Timoth. 6. Apprehende vitam æternam. Non sat is est docere, quod Filius Dei det vitam æternam gratis propter suum meritum, & propter suam obedientiam, sed oportet mox addi correlatiuam sententiam, quomodo apprehendatur & accipiatur vita æterna. Certè à nobis accipienda & apprehendenda est, ac nisi à nobis apprehendatur, frustra nobis offertur, ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio. Sed dicat aliquis, Tu ipse fateris, nos assentiri non propriis viribus, sed per Spiritum sanctum. Quomodo igitur dicis, nos recipere Christum, aut apprehendere vitam æternam? Respondeo. Vtrumque est verum, & quod per Spiritum sanctum hæc præstems, & quod nos ipsi assentiamur, & accipiamus vitam æternam. Non hæc pugnant inter se, sed siuissimè congruunt. Sumus quidē pauci,

p assiui, quo ad efficaciam & illam *Διαμονή* credendi: sed sumus etiam actiui, dum per Spiritum sanctum assentimur, & apprehendimus vitam æternam, & custodimus præclarum depositum. Hæc postea vberius explicabuntur in solutione argumentorum, quæ opponuntur contra hanc sententiam. Christi beneficium est, illuminare, sed nos viderimus ne repellamus lumē in nos sparsum, & nobis oblatum, & quanquam hoc non possimus facere propriis viribus: tamen dum nobis restituitur *Διαμονή* credēdi, nostrum est repugnare dubitationi, & orare, vt fortius & efficacius trahamur.

Math. ii. Nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Iohan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum. Iohan. 19. Sine me nihil potestis facere. Rom. 8. Qui du-

non intelligas violentam traditionem.

cuntur Spiritu Dei, sunt filii eius. Si quis autem Spiritū eius non habet, non est eius. Rom. i. Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credēti. i. Cor. i. Placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.

Iam respondebimus ad hanc obiectionem: Si Spiritus sanctus nos trahit, & Filius illuminat, & nos assentimur non propriis viribus, sed per Spiritum sanctum, quid igitur nos agimus? sumus ne prorsus otiosi aut ignauí, aut habemus nos repugnatiū, hostiliter, & freminus ac furenter insanimus contra Filium Dei? He

enim sunt voces Flacianorū, & totus mūdus est repletus his vocib⁹, quod homo in conuersione non tantum repugnet Deo, sed etiam fremat contra Deum, & insaniat, & bacchetur, & entusiasmo quodam ad credendum rapiatur. Hæc certè furiosorum sunt hominum, dicere hominem furere, insanire in conuersione, neque à me sunt ista ficta aut odiosè excogitata. Sed si quis vult videre istos thesauros, ego monstrabo ei plura in illorum libris, quālibenter legat.

Etsi autem Spiritus sanctus accedit hanc fidem, vt dixi, per verbi cogitationem: tamen non est in homine efficax, tanquam in truncō nihil agente, sed ita hominem trahit ac conuerit, vt in adultis & doctrinam intelligentibus, aliquam velit esse voluntatis actionem, quæ suam efficaciam comitetur. Sciendum est igitur, fidem Dei donum esse & opus, sed donari vocatis & annuentibus,

hoc est, audientibus verbum Dei, idque cogitantibus, & assensu amplectentibus, & repugnantibus dubitationi, & in hac lucta pententibus auxilium Dei.

Si haec essent Geometrica, possent pingi ante oculos in tabella, sed quia sunt Theologica, vtcunque sunt declaranda iuxta analogiam fidei. Vtraque propositio est vera, vna: fides est donum Dei. Altera, per fidem accipimus Spiritum sanctum. Prima propositio extat Iohann. 6. Hoce est opus Dei, quod Deus efficit, vt credatis in eum. Altera propositio, quod accipiatur Spiritus sanctus fide, extat Galat. 3. vt permissionem Spiritus per fidem accipiamus. Dicat aliquis. Ego non possum haec conciliare: videntur haec inter se pugnare? Respondeo, non pugnant. Donatio Spiritus sancti antecedit fidem, non tempore, sed ordine naturae, sicut omnis causa ordine naturae prior est suo effectu. Sæpe autem quod ad tempus attinet, simul sunt causa & effectus: Exemplum, Sol est causa diei, simul autem sunt & uno momento ortus Solis supra horizontem, & initium diei, nec possunt haec discerni tempore aut successione partium: ita simul sunt haec in corde humano. Donatur nobis Spiritus sanctus, qui est causa fidei, & fides assentitur verbo, & apprehendit remissionem peccatorum, & ipsum Spiritum sanctum, & vitam æternam. Fortassis vindicentur iunioribus haec obscuriora & subtiliora, sed non possunt haec, vt dixi, oculis subiici & pingi in tabulis. Vnusquisque in sua conuersione aut expertus est, aut experitur, aut experietur haec ita se habere. Non oportet te imaginari interuallum temporis inter donationem Spiritus sancti & fidem, sed haec concurrunt & connexa sunt, sicut ortus Solis & initium diei, & sunt duo correlativa, quæ non possunt separari. Vbicunque Spiritus sanctus, ibi fides, & ubi fides, ibi Spiritus, & quanquam Spiritui sancto verè tribuitur efficacia & duximus: tamen non sequitur, mentem & voluntatem, quatenus à Spiritu sancto trahitur, prorsus otiosam esse.

Hæc in quotidiana inuocatione, in qua aut fit, aut crescit conuersio, discenda sunt. Nequam verò audiendi sunt, qui fingunt, hominem in conuersione non modò aduersa fronte repugnare, sed etiam furere aduersus Deum, quia non possunt si-

Si multi conciperent preces & vota ad Deum, & peterent se conuerti, id longè esset satius, quam quod multa volumina librorum inanium accumulatur,

mul

mul esse in volūtate motus extre-
mè pugnantes & contradic-
torij, velle bonum oblatum, &
idem reiicere ac repudiare.

& in omnibus conuiuiis & angu-
lis, etiam inter pocula agitantur
quæstiones de libero arbitrio. E-
goscio, quod multi qui ita teme-
rè disputant, nunquam primis la-

biis gustarint, quid sit pœnitentia, quid vera inuocatio, quid vera pa-
tientia in ærumnis, nunquam senserunt dolores mortis, & pericula
inferni, nunquam experti sunt efficaciam veræ doctrinæ in magnis
certaminibus & doloribus. Spero autem, me hactenus summam
veræ doctrinæ de causis conuersionis ad Deum ita exposuisse, vt ne-
mo possit iure ac merito mihi obiicere, quod aliquid detrahatur de
gloria Dei, vel de efficacia Filij Dei & Spiritus sancti. Liberè enim fa-
teor, & grata mente prædico ἐνεργειαν, vt Græci loquuntur, id est,
efficaciam Filij Dei, qui sua luce per Euangelium mentes nostras il-
lustrat, pulsis tenebris naturaliter nobiscum natis, & Spiritus sancti
efficaciter trahentis nostras voluntates & corda nostra vt assentian-
tur Euangeli. Etsi autem verissimum est, fidem & totam conuer-
sionem non esse opus nostrum, sed opus & donum Dei, non tantum
in initio, sed etiam in ipso incremento, & in perseverantia usque in
finem, vt epistola ad Hebræos inquit cap. 13. Respicite ad Christum
ducem fidei & consummatorem: tamē confitendum est, dari fidem
& Spiritum sanctum non furiosis, non contumaciter & pertinaciter
repugnantibus & aspernantibus hoc donum Dei, sed iis, qui petunt
se trahi à Deo, & non excutiunt trahentem & mouentem ipsum Spi-
ritum sanctum. Non enim fieri potest, vt simul existant in corde hu-
mano motus extremè pugnantes & contradictorij, quales sunt fu-
rere & fremere aduersus Deum, & accipere beneficium oblatum.
Sed ne videar hæc affirmare sine graui causa, addemus testimonia
Græcæ & Latinæ Ecclesiæ de hac sententia.

Præclarè ergo Augustinus tractatu 27. in Iohannem, dixit: Qui
resistit, non credit, nam qui re-
sistit, quomodo viuiscatur? Ad-
uersarius est radio lucis, quo pe-
netrandus est, non aduertit a-
cier, sed claudit mentem. Et
psalm. 109. Homō non repellat
resistendo quærentem se, & pa-
tiatur perditus inueniri se.

Sumamus declarationem à
Sole, qui est fons lucis & vitalis
potentia in tota rerum natura.
Situ non voles admittere lumen
Solis, sed id obstructis fenestris
& omnibus foraminibus à te re-
ieceris, nūquam te, aut domum
tuam Soluce sua illustrabit. Ita

quanquam Filius Dei est lux mundi & vita æterna, Iohan. i. & hic Soli iustitiae Malach. 3. illuminat omnem hominem, scilicet qui illuminatur: tamen mox sequitur in eodem capite, Quotquot receperunt eum, his dedit potestatem filios Dei fieri. Scriptura sacra est tota copulativa, nec iudicandum est ex singulis clausis, sed tota series orationis piè consideranda est. Non igitur tantum dicta colligenda sunt, quæ affirmant, & rectè quidem, Christum esse fontem lucis & vitæ æternæ, & nos omnes ex hoc fonte haurire, sicut Ioh. i. dicitur: Ex plenitudine ipsius omnes accepimus gratiam pro gratia: sed etiam illa Scripturæ dicta sunt adiungenda, ut constet tota copulativa, quæ de receptione lucis, hoc est, de assensu, quo amplectimur verbum, & accipimus oblata beneficia, concionantur.

Testimonia Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, de hac sententia, quam recitaui.

C A P. V I.



ON quidem nititur nostra fides vlla humana auctoritate, sed petra firmissima ipso Dei verbo. Sed tamen quia Deus instituit ministerium, idq; vult audiri, iuxta Samsonis dictum: Nisi arassetis mea vitula, non inuenissetis: Nemo pius vñquam aspernatus est interpretationem & vocem perpetuam ministerij in Ecclesia, quod regitur non ab huminis opinionibus & affectibus, sed à Spiritu sancto. Neque ego hoc facio sine exemplo, quodd Patres cito, sed imitor D. Augustinum, qui in libro contra Julianum, non modò citat sacras literas, sed etiam decē Patrum Græcorum & Latinorum expressa testimonia, & in fine, quasi in epilogo hæc verba addit: Non opus est, vt Patres in vnum locum nauigent ad Synodum, cùm multos scriptores coegerim in vnum librum, qui ad omnia loca nauigare potest. Sed perget aliquis pertinaciter litigans, & perseverans in suo proposito, sic cauillando: Tu opponis homines hominibus, cur non potius Deum vel Scripturam

Scripturam hominibus? Hæc videtur speciosa oratio, sed consideretur perpetua consuetudo Ecclesiæ in similibus casibus. Quandocumque orta est in Ecclesia controversia περὶ ἐρήμων διαβόλων, 'necessè est in consilium adhiberi perpetuam confessionem & cōsensum Catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ. Quod enim ad Scripturam attinet, non minùs hæretici prætexunt dicta Scripturæ, quām vera docentes. Legat qui volet, disputationem Athanasij cum Ario agitatam coram Probo, inde lector facile poterit estimare, quātum aceruunt Scripturæ accumulauerit Arius ad confirmationem suæ blasphemiarum: vt, Pater maior me est. Item: De die vltimo, nec Filius hominis, nec angeli norunt. Item, Tunc etiam Filius erit subiectus Patri. Fortassis homo imperitus iuraret, Arium esse virum sanctum, & recte sentientem propter citationem Scripturæ. Sed hunc ita refutat Athanasius, vt facile constet candido lectori, penes quem stet veritas. Ita vos nolite perturbari ab istis pyratis, qui nauigant in mari verborum, & quidem verborum Dei non candidè, sed calumniosè ad peregrinam sententiam detortorum. Nonne etiam Diabolus in deserto mille artibus oppugnans Filium Dei, in prima acie collocat dictum psal. 91. Angelis suis mandauit de te &c. Quare non satis est citare Scripturam & verbum Dei, nisi etiam verbum rectè intelligas. Non est hic quæstio de verbo Dei, sed de nativa sententia. Papa in suis decretis multa citat, vt Matth. 16. Super hanc petram &c. Ioan. 21. Pasce oves meas, &c. Sed quo candore, qua sententia, norunt pij & erudi. Ita nemo vobis fucum faciat, etiam si tota Biblia congerat in unum locum, & glorietur pro se stare verbum Dei, si modò constet, tales Sycophantas tanquam pyratas versari in mari verborum, & ignorare quid affirment aut negent. Si quis igitur adhuc cauileatur, nos vti testimoniis humanis: huic breuiter respondeo sine ambigibus. Oppono homines hominibus, fateor. Sed quales, qualibus? Primum pios hypocritis crudelibus & mendacibus: deinde sanctos profanis, qui sine timore Dei viuunt, & sine fide. Tertiò, doctos indoctis, amantes veritatis contentiosis rixatoribus. Postremò, fide dignos vanissimis, leuissimis & peruersissimis. Vtri igitur parti plus sit credendum & tribuendum, iudicet Ecclesia, & vnuquisque apud suum animum & conscientiam. In his feriis canimus: Magis credendum est soli Mariæ veraci, quām Iudeorum turbæ fallaci, id est, Unicum Mariæ testimonium de Christi resurrectione pluris est facendum, quām omnes Iudeorum clamores, cauillationes, mendacia &

calumniæ. Ita juniores pluris faciant Græcos & Latinos scriptores, sanctitate, eruditione & meritis in Ecclesia celebres, quām istos novos rixatores, ne quid dicam asperius.

Magna quidē certamina de libero arbitrio & olim mota sunt, & hodie à vanissimis & peruersissimis hominibus agitantur, qui contentionis cupidiores sunt, quām veritatis. Sed tamen hæc simplex sententia, quam recitaui, perpetua vox est piorum in Ecclesia, vt saniorum scripta clare testantur.

Epiphanius contra Apostolicos: Pietas non extorquetur coactione, sed iustitia cum voluntatis electione cōiuncta est.

Idem in refutatione Montani [pag. 180.] Quos Deus vocat, his nullam necessitatem affert, nec vincula iniicit, sed relinquit eis spontaneam electionem, vt dicitur: Venite fitientes ad me.

Nazianzenus pag. 191. Quando audis, Quibus datum est, adde, datur vocatis, & sic annuentibus.

Idem in lib. carminum in passionis historia. Deus neminem seruat inuitum, & vi coactum.

Chrysostomus Galat. 3. Non potest gratia Spiritus sancti repellentibus dari.

Idem 2. Thessal. 3. Fidelis qui dem Deusest, qui cū promiserit salutem, omnino saluabit, sed sicut promisit. Quomodo autem promisit? Si voluerimus & audiuerimus ipsum, nō quoquo modo, neque vt ligna, aut

Græca verba extant pag. 220.
Ἐὰν ἡ πάτερ ἀνάγκης οὐ θεοσέβεια, ἀλλ' ἐκ τρεπτεσσων η δικαιουσύνη.

Ὅτε ἐμάλεσε, μετὰ τρεπτεσσων κέκληκεν, οὐ ἀνάγκης δικαιάλων, οὐ κλιδὸν διπλέμενον. φάσκειος, ὅποι δι τῶντες ἔλθετε τρεπτεσσων.

scilicet Matth. 19. Non omnes possunt capere verbum hoc.

Ἄρδοι τοῖς καλυμένοις καὶ ὅταν νένεσται.

Jurisconsulti dicunt: In iuris non potest donari, sed potest eripi. Idem verè dici potest etiam in Theologia.

Deus est ita efficax in Ecclesia & singulis piis, sicut promisit se fore efficacem.

Aliud est audire, aliud auscultare. Multi sunt auditores, sed pauci auscultatores. Lucæ 2. dilapides

lapides ignavi. πιστὸς μὲν ἐσίν θεός,
καὶ ἐπαγγελλόμενος σῶσαι, πάντως
σώσει, ἀλλὰ ὡς ἐπηγγήλατο. πῶς δὲ
ἐπηγγήλατο; ἐν θέλαισιν, καὶ ἀκέρ-
μεν αὐτῷ, οὐκ ἀπλάσσειδὲ ὡς ξύλα.

Macarius homilia 37. Cùm Paulus dicat: Deus est qui operatur in vobis velle & perficere: Cur Scriptura præcipit hoc facere? Iam diximus hominem à natura habere promptitudinem animi, quam Deus requirit. Iubet igitur, vt homo in primis cognoscat, & cùm cognoscit, amet, & voluntatem depromat. Vt autem mens exerceatur, laborem perferat, aut opus aliquod perficiat, gratia Domini largitur volenti & credenti.

citur de Maria, quod conservavit omnia verba in corde suo. Et in parabola de semine: Illi sunt veri auditores, qui audiunt verbum Dei & custodiunt, & fructum afferunt in patientia.

In eodem cap. 2. ad Philipp., præcipit Paulus, cum timore & tremore salutem vestram operamini. Hæc est vox præcepti. Deinde sequitur promissio dulcisima, non transferenda ad imaginaciones Manichæas, sed ad consolationem piarum mentium. Deus est, qui efficit, ut velitis & perficiatis. Quomodo hæc congruunt, inquires? Antea præcepit, ut nos ipsi operemur nostram salutem, mox subiicit aliam sententiam, & plane, ut videtur, diuersam, Deus est, qui efficit &c.

Si Deus efficit, cur nos iubet operari?

Suidas testatur, hunc Macarium AEgyptium vixisse temporibus Ariji, & fuisse clarum, non modo doctrina & pietate, sed etiam miraculis. Ait enim ab eo mortuos in vitam reuocatos esse. Ac tanta fuit autoritas huius viri, ut ipsius voce & cōcionibus valde sint represi, fracti & debilitati Ariani in AEgypto. Quanta autem fuerit eloquētia, doctrina & pietate præditus, ostendunt sc̄. homiliæ, editæ Parisiis Græcè & Latine, quæ iam venales habentur in omnibus bibliopolii. Non cito homines obscuros, non vnde cunque colligo suffragia, sed talium virorum dicta laudo, qui & ipsi in laude vixerunt. Et haec tenus quidem audiuiimus testimonia Græcæ Ecclesiæ, videlicet Epiphanij refutantis octoginta hæreses, Gregorij Naziāzeni, Chrysostomi & Macarij AEgyptij. Poteram & alios citare, ut Cyrillum, sed non necesse est in hac explicatione methodica omnia colligi & coaceruari. Nunc audiemus confessionem Latinæ Ecclesiæ, videlicet Augustini, & discipuli eius Prosperti, item Ambrosij, Hieronymi & Bernhardi. Priusquam vero accedimus ad testimonia Augustini,

obiter recitabo quandam locum ex hoc scriptore. Augustinus libro 2. retractat. cap. 37. In libro de Spiritu & litera: *Quantum Deus adiuit, acriter disputati contra inimicos gratia* [id est, Pelagianos] *qua iustificatur impius*. Dicam iunioribus, quales sint libri retractationū, & quid contineant. In libris retractationum duo præstat Augustinus, primum recenset ordine sua scripta, & singulorum scriptorum argumenta & præcipua capita. Alterum est, quod agit ipse censurā piam & candidam de suis scriptis. Quod exemplum si multi & olim fuisserunt imitati, & hodie imitarentur, minus esset certaminum. Discernenda enim sunt tempora, non solum in sacris literis, sed etiam in scriptis humanis, iuxta regulam: *Distingue tempora, & concordabis Scripturam*. Sicut igitur differt lux meridiana, quæ est clarissima, ab illa luce tenui & obscura, quam spargit Sol ante suum ortum in aurora: ita in scriptoribus veteribus & recentioribus discernantur tempora, quibus singuli libri sunt scripti & editi. Hanc regulam, si sequemur, poterimus candidè iudicare de veteribus & recentioribus scriptoribus. Hac verò regula neglecta & violata, erimus Staphyli, Flacij & similes sycophantæ, & obiciemus optimis scriptoribus, Augustino, Luthero, & aliis, *ἀνηλογίας*, hoc est, contrarietatem & dissonantiam. Hoc igitur agit Augustinus in suis libris retractationum, quod non solum ordine recenset titulos & argumenta suorum librorum, sed etiam admonet lectorum, ut discernat tempora scriptorum, & fatetur ipse se profecisse, & incrementa lucis acceptisse scribendo, docendo & disputando. Quod autem ille summus vir de se, & suis scriptis dixit, id verè & candidè de scriptis & libris Lutheri dici potest. Conferat enim qui volet, candidè, sine præiudicio, enarrationem psalmi 51. cum aliis quibusdam horridioribus scriptis. Ex hac collatione facile apparebit, qualis fuerit Lutherus in meridie, qualis item in aurora. Hæc credo piè & candidè, & siue vlli, qui est amatissimus scriptorum Lutheri (sicut & ego sum) offensione dici & scribi posse. Et Lutherus eadem de se scribit in præfatione primitomi suorum operum Latinorum.

Augustinus in lib. de Spiritu & litera cap. 34. Profectò & ipsum velle credere, Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia eius præuenit nos. Consentire autem vocationali Dei,

Videntur hæc secum pugnare in explicatione, sed enuntiemus hanc sententiam Augustini,
vel

vel ab ea dissentire , sicut dixi, propriæ voluntatis est. Quæ res non solum non infirmat quod dictum est: Quid habes, quod non acceperisti? sed etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo, ac per hoc quid habeat & accipiat, Dei est. Accipere autem & habere utique accipientis & habentis est.

4. Deinde habet se actiue, quod ad assensum attinet, quo beneficium diuinitus oblatum accipitur. Non igitur haec inter se pugnant. Dare est Dei, accipere, est nostrum, quanquam hoc ipsum accipere non fit nostris viribus, sed per efficaciam Spiritus sancti, qui voluntates & adiuuando præparat, & præparando adiuuat.

Idem tractatu 76. in Iohannem: Deus Trinitas, Pater, Filius & Spiritus sanctus avenirunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt b subueniendo, venimus obediendo: veniunt c illuminando, venimus d intuendo: veniunt implendo, venimus e capiendo.

e Iohan. i. Quotquot receperunt eum. Item Apocal. 3. Ego sto ante ostium & pulso, scilicet per vocem Euangelij & administrationem Sacramentorum, & si quis mihi aperuerit, id est, non repugnauerit contumaciter, pertinaciter, furiosè, ad hunc ingrediar, & cœnabo eum eo

Et lib. 5. de ciuitate Dei cap. 19. Tales homines virtutes suas quātascunq; in hac vita possunt habere, non tribuunt nisi gratiae

mōre Dialetico & verbis scholasticis. Voluntas humana partim se habet passiuè, partim actiue, diuerso respectu. Scitis enim ex physica & Dialetica, actione & passionem non re ipsa differre, sunt enim unus & idem motus, sed tantum terminis & relationibus. voluntas igitur humana in conuersione passiuè se habet, respectu efficacia vel doni diuinatus oblati. donum est Dei, non nostrum. Quid habes, ô homo, quod non acceperisti? i. Corinth.

a Vtrumq; legitur in Scriptura: Veniemus ad eos. Et: Venite ad me omnes.

b id est, opitulando, Rom. 8. Spiritus opitulatur nostræ infirmitati!

c Iohan. i. Illuminat omnem hominem.

d Non sunt claudendi oculi, si velimus frui lumine Solis.

Ita Paulus dicit i. Cor. 15. Gratia Dei sum, quod sum.

Dei, quod eas volentibus, credentibus, potentibusque dederit, simulque intelligunt, quantum sibi desit ad perfectionem iustitiae, qualis est in sanctorum angelorum societate, cui se nituntur aptare. id est, accommodare, asimu-

ideat, accommodare, assimilare. Nihil hic dicitur de repugnantibus & frementibus.

Epistola 106. Omne opus bonum gratia præcedit, & id comitante, non ducente pedis sequa, non prævia voluntate.

Hoc est, quod vulgo dicitur,
Præente gratia, comitante vo-
luntate.

Prosper [*discipulus Augustini*] qui gubernauit Ecclesiam Rheygensem annos circiter 20. sententia sexta ad capitula Gallorum: Qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil sit, non est Catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, sed adoleret, & ab errore in viam reuocat ac reducit, ut quod sua libertate erat prauum, Spiritu Dei a gente sit rectum.

ide est accendit. Est pulcra *παρομοια*. Idem est quod Lutherus dicit: Spiritus sanctus est medicus naturae humanae, non destrutor.

id est accedit. Est pulchra παροπομπή. Idem est quod Lutherus dicit: Spiritus sanctus est medicus naturae humanae, non destructor.

Idem contra Collatorem pag. 137. hanc sententiam cōcilij Africani contra Pelagium recitat. Quotquot filij Dei sunt, hi Spiritu Dei ducūtur, vt nec nostrum sentiamus deesse arbitrium, & in bonis quibuscunque voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

nem. Non autem ego, sed gratia Dei. Non excludit diligentiam & conatum voluntatis suæ, sed tamen omnia refert accepta gratiæ Dei. Hæc non pugnant inter se rectè distributa, nec quidquam detrahit gloriæ Dei.

Etin eodē libro pag. 147. Nō Metaphora sumpta à pistori-
yt intuitum hominem subigat, bus, qui massam subigunt.
sed vt subiectionis cupidum faciat, nec vt ignorantem trahat, sed
vt intelligentem sequentemque præcedat. Manens enim liberum
arbi-

arbitrium, quod vtique cum ipso homine Deus condidit, à vanitatibus & cupiditatibus suis [*id est, à peccato originis*] in quas neglecta Dei Lege fluxerat, non à se ipso, sed à creatore mutatur [Hec semper fuit vox & confessio] vt quidquid in eo in melius reficitur, nec sine illo [scilicet assentiente] sit qui sanat, nec nisi ab illo [scilicet efficaciter trahente] qui medetur.

Item pag. 159. [*ἀξιωμα Theologicum*] Opitulationes diuinæ gratiæ stabilimenta sunt voluntatis humanae. volentes oramus, & tamen misit Deus Spiritum Filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater.

Nos clamamus Abba Pater, sed per hunc Spiritum. Sic vtrumque rectè dicitur: Spiritus sanctus dat nobis vires & robur, vt possimus assentiri Euangeli: & nos assentimur promissioni per Spiritū sanctum. vtraque propositio vera est. Imò hęc ita sunt correlativa, vt separari non possint: Nos enim sumus, qui assentimur, non ipse Spiritus sanctus. Nusquam enim legitur, quod Spiritus sanctus assentitur Euangeli, sed de nobis hoc scribitur: Fides tua te saluum fecit: Non dicitur: fides Spiritus sancti. In enarratione Lutheri super psal. 51. hęc subinde repetuntur, quod fides sit donum Dei & Spiritus sancti, & quod tamen sit nostrum opus. Sicut enim inquit Lutherus: Nos nihil aliud agimus in fide, quam quod apprehendimus promissionem, & assentimur Euangeli. Ettamen hoc ipsum est donum Dei.

Hieronymus dialogo primo aduersus Pelagianos: Sic homini liberum seruamus arbitriū, vt Dei per singula non negemus adiutorium.

Nostris sancti, si diis placet, id est, hypocrita non sancti abhorrent ab utroque vocabulo, & liberi arbitrij, & adiutorij. Vtramque enim appellationem dicunt detrahere aliquid de gloria Dei, & nescio quid confirmare & stabilire, profectò metuunt culpam, ubi non est culpa, ac perinde faciūt, sicut

Rursus est pulchra metaphora, quæ usurpatur etiam Genes. 49. de Ruben primogenito Jacob. Tu effusus es, seu fluxisti in star aquæ. Aqua difficulter manet intra suas metas.

in paſtione Iudei, qui nolebant ingredi in prætorium, ut poſſent eadere paſcha. Interea verò polluebant ſe parricidio innocentis Christi. Tales ſunt sanctuli iſti hypocritæ, qui peccare ſe putant, ſi vtantur iſtis vocabulis. Interea impunè interficiunt aut opprimunt calumniis quoſcunq; poſſunt.

Ambroſius lib. 2. de vocatione gentium, cap. 9. Ipsa gratia hoc omni generi medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem vocat, primam ſibi receptricem & famulam donorum ſuorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla eſt, nec poſteſt aſſeri, vel fidē, vel ſpem, vel charitatē eis in eſte, quorum ab his bonus conſensuſ alienus eſt. Voluntas eſt miniftra, ancilla, pediſequa, comes Spiritus sancti. id eſt, repugnantiū, frementiū. Hoc eſt idem, quod nos diciamus: voluntaſ eſt paſſiuſ quaod efficaciam, actiuſ quo ad aſſenſum: aſſentimur per Spiritum sanctum, & tamen noſ ſumus, qui aſſentimur, non Spiritus sanctus. Is enim non opus habet apprehenſione promiſſionis, ſed noſ ducit, trahit, flectit, mouet, ut aſſentiamur.

Bernhardus de gratia & libero arbitrio. Quod à ſolo Deo, & ſoli datur libero arbitrio, tam abſque conſenſu eſſe non poſteſt accipientis, quām abſque gratia dantiſ. Tolle gratiam, non erit, quod ſaluet, tolle liberum arbitrium, non erit quod ſaluetur.

Idem in sermonе primo de aduentu. Si non valet infirmus [paralyticus] in occurſum tanti medici procedere longius, ſaltem conetur erigere caput, & aliquatenus affurgere venienti. viſque ad cordis compunctionem, & oris confeſſionem occurre, ut ſaltem ex eas de ſterquilinio miſeræ conſcientiæ, quoniam indignum eſt, illuc autorem puritatis intrare.

In Græco prouerbio dicitur. Reprehendunt vinum & bibunt tamen. Hoc tempore ſunt aliqui medici, qui Auicennam ex alto despicunt, & dicunt eſſe imperitum, ineruditum, barbarum ſcriptorem, in lignum lectione ſtuđoforum artis Medicæ. Quām verè iudicent, non eſt meum dicere. Illi verò ipſi cōtemptores Auicennæ, non poſſunt carere illius ſcriptis. Non poſſunt curare vnum aliquem morbum, niſi domi in cōſilium adhibeant Auicennam, qui in optimam methodum

methodum & epitomen redegit Galenum & Hippocratem. Ac si versio esset melior: omnes studiosi deberent sibi comparare Auicennam propter doctrinam physicam. Quod igitur accidit medicis illis, hoc vñt venit Flacianis. Et si enim in otio, id est, in disputationum rixis & in magna securitate, in qua viuunt, contemnunt hanc doctrinam Augustini, Prosperi, Bernhardi & aliorum: tamen quando accedunt ad ægrotos, aut ad supplicio afficiendos, vel etiam ipsi moriuntur,, necesse est, vt hac doctrina vtantur, nisi vel ipsi velint opprimi desperatione, vel alios in desperatione relinquere. Quando cunctur fures aut latrones ad patibulum, quid proponi potest ad consolationem ipsorum, nisi haec & similia dicta? Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis. Item: Ques meæ vocem meam audiūt. Tu quidē es perdita & misera ouicula, & aberrasti à grege, sed adest pastor quærens te per legalem concionem & hoc supplicium. Adeſt medicus offerēt ſibi remedium peccati & mortis. Noli igitur fugere pastorem, noli aspernari medicum, maledicere medico, fugere medicinam, ſed potius vocem eius ſequere, & pete ab eo remedia doloris. Certè his & similibus verbis vtendum eſt in consolatione. Non ſunt perturbandi tales disputationibus illis: Expecta donec Deus te rapiat. Eadem ſunt dicenda aliis infirmis & ægrotis, qui versantur in aditu mortis. Idem nobis ſingulis eſt inculcandum, quando nos Deus ex hac vita vocabit. Sed dicunt disputationes illi: Aliud eſt in doctrina, aliud in consolatione. Quasi verò decipiat nos Deus in consolatione, aut ministri Euangelij decipient ægrotos vel alios miseros homines, qui versantur in poſtremo agone. Imò conſolatio ex doctrina oritur. Non poſlet eſſe vera conſolatio, niſi vera eſſet doctrina. Sicut doctrinæ medicæ finis eſt sanatio morbi; ita doctrinæ Euangelij finis eſt conſolatio.

Hæ ſententiæ piæ vetuſtatis nihil detrahunt de gloria Filij Dei & Spiritus sancti, ſed tantum describunt modum agendi, quo dif fert natura rationalis à bruta. Tribuunt enim Deo efficaciam, qua mens, voluntas & cor in melius mutantur, & ſimul diſcernunt agens voluntarium, & agentia naturalia.

Solutio præcipuarum obiectionum contra veram fententiam.

C A P. V I I.



V M sophistica sit infinita, non necesse est nos persequi singulas cauillationes, quæ possunt, aut solent afferri contra veritatem, sed satis est monstrari fontes, & contrariorum argumentorum & solutionum. Sunt autem quinque fontes, ex quibus argumenta ducuntur contra sententiam, quam hactenus recitaui. Primus fons est prædestinationis. Secundus, peccatum originis. Tertius, actio Spiritus sancti in nobis, seu sanctificatio. Quartus, tyrannus Diaboli. Quintus, lucta carnis & Spiritus in renatis. I. A prædestinatione tale argumentum ducitur.

Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei.

Ergo nulla est nostra actio, sed habemus nos tantum passiuè, sicut statua, truncus aut lapis.

De hoc arguento paulò post respondebimus. Prædestinatione tollit meritum nostrum, non actionem voluntatis. Si enim voluntas pro rorsus esset otiosa in conuersione, non diceret Paulus: Non est volentis, sed miserentis Dei.

I. I. A peccato originis, sic solent aduersarij argumentari.

Homo est per peccatum mortuus in delictis.

Ergo nihil agit, iuxta axioma, Mortua natura non est efficax.

Respondeo. Etsi peccatum originis vitiat naturam: tamen non pro rorsus aufert eam, nec delet, nec mutat naturam humanam in aliam speciem.

I I I. A sanctificatione.

Spiritus sanctus efficit in nobis velle & perficere.

Ergo nos nihil agimus.

Respondeo. Spiritus sanctus non abolet, sed adolet naturam, id est, non destruit, sed sanat, non aufert modum agendi in voluntate condita, sed transfert in aliud statum, sicut loquuntur Augustinus, Prosper & Bernhardus.

I V. Quarto

I V. Quarto loco tyrannis Diaboli prætexitur contraria opinio.

Diabolus est tyrannus.

Tyrannus potest cogere subditos.

Ergo nulla est prorsus libertas in homine.

Respondeo, sicut respondet tota antiquitas, Macarius & alij. Diabolus habet vim persuadendi, non cogendi.

V. Alucta carnis & Spiritus tale argumentum sumitur. Roman. 7.

In renatis sentitur lucta & pugna carnis & Spiritus,

Ergo homo habet se repugnatiū & aduersatiū ante conuersionem, in conuersione & post conuersionem.

Respondeo. Non nego esse in nobis lucta carnis & Spiritus, quam quisque in se ipso experitur, sed inde non sequitur, hominem omnino repugnare, id est, superbè & pertinaciter aduersari Spiritui sancto. Quod si fieret, excuteretur Spiritus sanctus. Dialecticè possimus respondere. Habitū & priuatio possunt esse in eodem subiecto, sed gradibus inæqualibus. Non dominatur in nobis peccatum, donec manemus renati & sancti, sed Spiritus dominatur. Hæc breuiter dicta deinceps vberius explicabimus.

Etsi in omnibus controvēsiis prima cura esse debet, ut vera sententia mentes nostras muniamus, tamen quia hanc verissimam sententiam, quam hactenus exposui, quidam pertinaciter litigantes ineptis cauillationibus labefactare conantur, has breuiter diluemus.

verò malitia peccat & pertinacia, hunc sanet Dominus. Notæ sunt adultioribus narrationes venustissimæ de ineptis conciliatoribus sententiārum inter se pugnantium. Vna extat apud Platonem de Hippia, altera apud Ciceronem lib. i. de legib. de Lucio Gellio. Vterque enim Hippias & Gellius conatus est conciliare philosophos Epicureos, Stoicos, Academicos & alios inter se dissidentes, sed quo euentu, res ipsa ostendit. Quare omittamus has ineptias ineptorum conciliatorum, & teneamus quod verum est, siue videatur alicui congruere hæc sententia cum paradoxis Flacianis, siue non. Ego non

Audio, quosdam sententiam meam ita accipere & interpretari, quasi congruat cum Flaciana opinione. Si quis peccat ignorātia, huic facilè do veniam. Si quis

hoc ago, ut iam disputem acerbè cum Flacianis, aut ostendam, quomodo congruant hæ sententiæ, aut non cōgruant, sed permitto auditoribus iudicium & delectum sententiarum. Si quis verò candide & sine præiudicio querit veritatem, is facilè animaduertere poterit, hanc doctrinam, quæ est vetus, non noua, præcipue dissentire à Flacianis paradoxis in ordine seu modo conuerzionis. Agit enim Deus per verbum, non vi magica, & agit in homine, non vt in trunco & bestia, sed vult verbum audiri, cogitari, apprehendi, nec cogit voluntatem, sed flectit & inclinat ad obiecta molitrata in verbo, non vt simus & maneamus otiosi aut repugnantes voci diuinæ, sed vt velimus obedientiam in fide & operibus, quæ Deus præcipit. Et tamen hoc ipsum velle, Deidonum est, qui ex mala voluntate bonam facit.

P R I M A O B I E C T I O.

Roman. 9. Non est voluntis aut currentis, sed miserentis Dei.
Ergo voluntas est otiosa in conuerfione, sicut statua.

R E S P O N D E O.

Hoc dictum non tollit actiones voluntatis, sed tollit meritum seu gloriationem detrahētem aliquid de laude misericordia, quæ est causæ electionis. Requiritur enim voluntas, sed tollitur meritum. Vult igitur cum misericordia concurrere apprehensionem in accipiente promissionem: vult audire Euangelium, & non repugnare, non indulgere diffidentie, sed lucri cum infirmitate, & petere vt Spiritu sancto adiuueris: sicut dictum est Roman. 8. Spiritus fert opem infirmitati nostræ. Et ille apud Marcum 9. inquit: Credo Domine, sed fer opem diffidentia meæ.

Vt hæc solutio recte intelligatur, vt ar exempli iustificationis. In doctrina de iustificatione vrgetur, & quidem recte, particula GRATIAS, vel sola fide iustificamur, sed hæc particula exclusiva recte intelligenda est. Excludit n. non præsentiam obedientiæ, sed meritum nostrorum operum remouet à causa iustificationis. i. vt vulgo loquimur, particula GRATIAS excludit opera, non vt nō adfint, sed vt nō sint causæ & meritum iustificationis. Latro in cruce gratis iustificatur, non propter sua opera, virtutes & merita, sed tamen in latrone in cruce sunt multa bona opera. Sicut ergo in doctrina de iustificatione, particula GRATIAS tollit meritum nostrum,

strum, non præsentiam operum: ita in hac materia, prædestinatio tollit meritum, & docet misericordiam esse causam nostræ electio-nis. Sed non excludit actionem voluntatis, imò cùm Paulus dicit: Non est volentis, clarè tribuit homini velle & currere. Et rectè dici-tur: prædestinationem esse non tantum ad finem, sed etiam ad media.

II. O B I E C T I O.

Iohan. 6. Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum.

Ergo voluntas aduersans & repugnás [*furens & fremens, ut isti loquuntur*] violento motu trahitur.

R E S P O N D E O.

De hac obiectione respondet Cyrillus lib. 4. in Iohan. cap. 6. Non enim cùm dicat, neminem posse ad se venire, nisi Pater tra-xerit eum, vi quadam cogi trahi que credentes putandum est, sed monitione, doctrina, reuelatione. Et cap. 7. eiusdem libri. Omnis qui audit à Patre, & discit, venit ad me. Vbi auditus, disciplina, doctrinaque adeat, ibi fides non vi, sed persuasione oritur. Non e-nim possumus secundum Ecclesiæ veritatisque dogmata, liberā potestatem hominis, quod liberum arbitrium appellamus, ullo modo negare. Eandem sententiam enarrans Augustinus tractatu 26. in Iohannem, inquit: Non traheris? ora ut traharis. Omnis qui audit à Patre, & discit, venit ad me. Vide te quomodo trahat Pater, docendo delectat, non necessitatem imponendo. Disce trahi ad Filium à Patre, doceat te Pater,

audi verbum eius.

Audi, inquit, non dicit, repu-gna. Si cui non placet hæc enar-
ratio Cyrilli & Augustini, is amet sua somnia, quoad volet.

III. O B I E C T I O.

Philipp. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere.

Ergo homo habet se ut statua nihil agens, sed tantum pa-tiens.

R E S P O N D E O.

Huius obiectionis solutio Summa hæc est: Efficacia Spi-
extat apud Augustinum, in lib: ritus sancti tollit fiduciam no-

de gratia & de libero arbitrio,
ca.9. Nō enim quia dixit: Deus
est qui operatur in nobis velle
& perficere, ideo liberum arbitriū
abstulisse putandus est.
Quod si ita esset, superius nō di-
xisset, Cum timore & tremore
vestram salutem operamini.
Quandoenim iubetur, vt ope-
rētur, liberum
eorum conue- Conuenire
nitur arbitriū. est iuridicū vo
Sed ideo cum cabulum.
timore & tre-
more, ne sibi tribuendo, de bo-
nis, tanquam suis, extollantur
operibus. Tanquam enim in-
terrogaretur Apostolus, & dice-
returei: quare dixisti, cum timore & tremore ? horum verbo-
rum rationem reddens dixit: Deus est qui operatur in vobis. Sie-
nim timetis & tremitis, non extollimini tanquam de vestris ope-
ribus bonis, quia Deus est qui operatur in vobis.

Et in eodem lib. cap. 16. eruditissimè & verissimè inquit: Cer-
tum est nos facere cùm facimus, sed ille facit, vt nos faciamus, præ-
bendo vires efficacissimas voluntati.

Et in lib. de prædestinat. sanctorum cap. 11. Ideo & hæc nobis
præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, vt intelligatur, quòd
& nos ea faciamus, & Deus faciat, vt illa faciamus.

I V. O B I E C T I O .

Mortua natura habet se purè passiuè.
Homo est mortuus ante regenerationem.
Ergo habet se purè passiuè in regeneratione.

R E S P O N S I O .

Respondeo ad Minorem: Homo est mortuus, scilicet nisi inci-
piat renasci per verbum & Spiritum sanctum. Habet igitur se pas-
siuè

strarum virium, & gloriationem
de nostris operibus, nō tollit mo-
dum agendi in voluntate, quo
differt homo à statua. Fides est
donum & opus Dei, & tamen fi-
des etiam est nostra, sicut Christus
dicit ad multos, quos sanau-
it: Fides tua te saluum vel saluā
fecit. Sic bona opera sunt Dei o-
pera, & sunt etiam nostra suo or-
dine. Sunt Dei, respectu efficacię,
quia ipse dat nobis vires & ro-
bur, vt possimus hoc facere, sed
sunt nostra, quia nos facimus ea,
non sumus stipites, trunci, asini,
sed homines, non transformati
in aliam speciem, quantumuis
peccato corruptissimus.

siuè qto ad efficaciam, quam més illuminatur, & voluntas præparatur, disponitur & immutatur. Hæc efficacia Dei est, non nostra. Habet autem se actiuè, quatenus incipit renasci & vivificari quo ad assensum. Ipsa enim sumus, qui & volumus & cōsentimus, cùm credimus verbis & promissis Dei, vt Augustinus præclarè dixit libro retratationum cap. 23. Vtrumque credere & velle Dei est: quia ipse præparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Neque enim efficacia Spiritus sancti aut cogit, aut violentiam affert animis, vt inuiti velint, quod volunt, aut nolentes credant, sed persuasione placida & suaui ex nolentibus facit volentes.

V. O B I E C T I O.

Nemo potest credere, nisi Deo accidente fidem.

Ergo voluntas nihil agit in conuersione.

R E S P O N D E O.

Verum est, Deum accendere fidem, sed accedit per vocem Euangeli cogitatam, cui nos vult assentiri, & simul petere auxilium. Non igitur indulges dubitationi, sed ei repugnes, & in hac lucta certò scias, Filium Dei esse efficacem. Terribili calumnia, quasi tentasset pudicitia suæ Dominæ, sed quanquā

Consideretur discriumen inter duo genera mortuorum. Diaboli sunt mortui, & homines sunt mortui, sed dissimiliter. Diaboli peccatum est blasphemia & irremissibile peccatum, ideo Diabolus sic est mortuus, vt nunquam possit credere, sed maneat in sua morte & damnatione, & quotidie maiores flamas concipiatis odij aduersus Deum & Ecclesiā, & homines singulos. Alterum genus mortuorum sunt homines, quorum peccatum non est blasphemia (loquor iam de lapsu primo) Aliunde enim impulsū sunt in ruinam, & post lapsum non fuerunt blasphemi. Sicut igitur Diabolus est insanabilis, ita homines sunt sanabiles, sicut mox sanati sunt, edita prima permissione.

detinetur in carcere longo tempore, tamen tandem educitur, nec restituitur tantum in pristinam libertatem, sed etiam collocatur ad gubernacula totius AEGypti. Quod autem dico de Ioseph, hoc intelligatur etiam de veritate. Etsi enim calumniae & errores aliquantisper florent & dominantur: tamen paulatim fiunt languidiores, ac tandem euancunt omnino, veritate triumphante & conculcate suos hostes. Id fiet etiam in hoc & aliis articulis, in quibus veritas erit victrix, etiam me & aliis mortuis, etiam si fremant omnes portae inferorum.

VI. O B I E C T I O.

Peccatum originis est horribilis depravatio omnium virium hominis.

Ergo liberum arbitrium est inane nomen, sicut pax in Republica Platonis.

R E S P O N S I O.

Ad hanc obiectionem respondet Ambrosius lib. i. devocatione gentium cap. 3. Nec, quia Spiritu Dei agitur, ideo putet, se libero arbitrio carere, quia nec tunc perdidit, quando Diabolo, voluntate se dedit, à quo iudicium voluntatis depravatum est. non ablatum. Non enim homo voluntate, sed voluntatis sanitatem priuatus est, cùm à Diabolo spoliaretur. Cùm igitur homo ad pietatē redit, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefactata, reparatur.

Idem nos alia forma verborū dicimus: peccatum originis viat naturam, non aufert, & depravat naturam, sed non extinguirit. Multi sic exaggerant peccatum originis, vt dicant, hominē prorsus esse in nihilum redactū. Sed quanquam homo spoliatus est à latronibus Diabolis, & sauciatus in omnibus potētiis, mente, voluntate & corde: tamen hac spoliatione & sauciatione, non est prorsus redactus in nihilum.

VII. O B I E C T I O.

Iohann. i. Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Ergo voluntati nullus locus in conuersione relinquitur.

R E S P O N

R E S P O N D E O.

Hoc dictum est descriptio Ecclesie, ac reiicit tres modos, quibus
hypocritæ cōtendunt se esse mem-
bra Ecclesie, videlicet, natu-
alem carnalem: imitationem ine-
ptam alieni exempli, quæ tan-
tum πάρεργα exprimit: & huma-
nam electionem, seu successio-
nem ordinariam: vt Caiphas no
est membrum Ecclesie viuum,
etiam si natus est ex semine A-
brahæ, & imitatur aliquos ritus
patrum, & sedet ad gubernacula
Ecclesie. Hanc esse naturam
sententiam verborum Iohannis,
testatur reuerendus pater D. M.
Lutherus, enarrans cap. 2. Osee.

qui nascuntur generatione carnali, nec qui imitantur aliquas cere-
monias & gestus patrū, nec illi, qui sunt in ordinaria successione, aut
sedent ad gubernacula Ecclesie, creati suffragiis aliorum: sed qui ex
Deo nascuntur. Quomodo autem ex Deo renascimur? Hoc docet
Iohannes cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu.

VIII. O B I E C T I O.

Qui sunt subiecti tyrannidi Diaboli, non sunt liberi.

Totum genus humanum est subiectum tyrannidi Diaboli.
Ergo nihil libertatis in natura humana reliqua est.

R E S P O N D E O.

De tyrannide Diaboli teneantur duo insignia dicta, unum Ma-
carij, alterum Augustini. Sic e-
nim Macarius homilia 27. in-
quit: **Natura nostra boni malis-**
que capax est, ac potestas adver-
saria exhortandi vim habet, nō
cogendi.

In orat. Theodorei octaua,
de prouidentia, extat duæ sen-
tiæ prorsus similes. Prior hæc est:
libera est possessio virtutis & vi-
tij, & ministrum non volente
malè agere, nullus dominorum

Augustinus verò enarrans psalm. 7. Aut fortunam, inquit, aut fatum inueniunt, quod accusent, aut Diabolum, cui non consentire in potestate nostra esse voluit, qui nos fecit. Et psal. 32. Diabolus non cogit ad peccandum, sed ego persuadenti consensi. Nero initio gubernationis fuit moderatus & clemens. Postea verò admissis Daboli impulsionibus, ex Principe factus est monstrum. Idem de Alexandro Magno dici potest, qui ante captam Babylonem, fuit imago boni Principis. Post captam verò Babylonem, cum se voluntatibus deditset, bestia, quam regi similior fuit..

Principiis obsta, serò medicina paratur,

Cùm mala per longas conualueat moras.

I X. O B I E C T I O.

Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.

Ergo homo furenter & hostiliter aduersatur Deo in conuertione.

R E S P O N D E O.

Paulus in eodem capite inquiens: Mente seruio Legi Dei, significat voluntatem quatenus sanari cœpit, comitem esse Spiritus sancti, & tamen restat in homine multum caliginis, dubitationis, & magna contumacia cordis, vt in vulnere quod sanari cœpit, magna pars adhuc restat putris & purulenta. Hæc verè dicuntur delicta piorum, in quibus reliquæ morbi repugnant initiis nouæ lucis, & motu spirituum, qui accenduntur per Spiritum sanctum & verbum. Non

Ista non discuntur otiosis speculationibus, nec cognoscuntur inter pocula, cum bene poti de his quærimus & disputamus.

possunt

possunt autem initia illa accendi, aut fides inchoata retineri, donec voluntas omnino repugnat. Non enim efficax est Spiritus sanctus in eo, qui ne vult quidem audire Euangelium, & excuteretur, si voluntas succum beret dubitationibus.

in magna securitate. Ideo magis magisq; fuent profani, audace& petulantes. Si autem duriter castigarentur, fierent longè modestiores, & has disputationes, quas nunc longis voluminibus agitant in mundo, rectius intelligerent. Deus det, ut aliquando habeant exercitia vera & seria pietatis & patientiae, quæ certè eis desunt. Vocant quidem se martyres, sed pauca vulnera acceperunt.

X. O B I E C T I O.

Tribuens actionem voluntati in conuersione, confirmat opinionem meriti.

Ergo nulla est voluntatis actio in conuersione.

R E S P O N S I O.

Breuiiter respondeo per instantiam. Imò fides non accendetur, nisi gratuitam misericordiam intueretur, sicut psal. 6. dictum est: Saluum me fac per misericordiam. Et psalmo 69. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum, me respice. Tollit autem gratia meritum, non quòd omnino nihil agamus, sed quia non satisfacimus Legi, & procul absimus à perfectione.

Respondi ad præcipuas obiectiones eorum, qui veram sententiam oppugnant. Nam omnes cauillationes persequi, perinde est, ac si velis arenas omnium aquarum numerare. Est autem piæ mentis diligenter cogitare sententiam Pauli i. Cor. 4. quæ monet, regnum Dei non confi-

Nolite dubitare, quin sit vera hæc sententia, experiemini aliquando in magnis paucoribus nos dixisse vera. Flaciani egregio stratagemate vñ sunt. Mundus satiate quadam & fastidio cœperat

stere in sermone, sed in virtute, id est, non esse garrulitatem disputationum & ludos ingenij, sicut semper in Ecclesia multū fuit, & erit in utilium disputationum, sed esse efficaciam Dei, incoantis in corde verum timorem & veram fiduciam. Si quis enim tantū quærat materias, de quibus sine fine rixetur, is nō habet vera exercitia fidei, pœnitentiæ, inuocationis, in quibus vera lux accenditur & crescit.

ne & acerbitate. Hæc causa fuit, non alia, cur agitarent has disputationes de libero arbitrio. Quod autem veradicam, ex eo potest colligi, quia ante septennium cùm essemus VVormatiæ, nulla prorsus facta est mentio de libero arbitrio, nec de hac re disputabat quisquam aduersus alium, siue amicum, siue aduersarium. Sed ab illo tempore, id est, à conuentu VVormatiensi, vt quibusdam ægrè facerent, & eos in flamas iniuria coniicerent, ac populo exagitandos proposerent, delatis sunt in hoc pelagus disputationum, ex quo ipsi non possunt eluctari. Hodie aliquid affirmant, cras iterum negant. Deus

haud dubiè patet faciet, & omnium oculis subiicit horum fraudulentorum, & callidè improborum praua con filia & machinations nefarias, quibus falsò prætexitur sanctissimum & augustinissimum nomen veritatis.



De

De impedimentis libertatis.

C A P . V I I I .

AC T E N V S septem capita in hac materia exposita à nobis sunt, quæ non volo prolixè repetere, ne sim auditoribus molestus, præstando intempestiuam benevolentiam. Sequitur caput vltimum, in quo breuiter differemus de impedimentis, quæ obstant, quò minus etiam renatis sua libertate possint vti & frui, sicut par erat. Non enim tantùm ante regenerationem prauitas naturæ nostræ & Diabolæ infidizæ impediunt gubernationem disciplinæ, sed etiam post regenerationem manent reliquiæ peccati, seu veteris fermenti, quas Paulus expurgari iubet seu mortificari: sicut 1. Cor. 5. & Rom. 8. dicitur, Expurgate vetus fermentum. Item: Si actiones carnis Spiritu mortificabitis. Denique omnibus notæ sunt conciones & querelæ Pauli, de membrorum lege repugnante contra legem mentis, & de lucta carnis perpetua aduersus Spiritū. Ideo vita hominis & à Hiob & Paulo rectè comparatur militia non ignauæ & inertí, sed arduæ & diffílici, quæ non potest fastineri sine Dei auxilio, & sine multis virtutibus. Ad hæc domestica impedimenta accedunt externa impedimenta multiplicia, vt verbi causa, furor Diaboli, fœnitia tyranorum, dissidia dogmatum in Ecclesia, & alia, quæ sunt penè innumerabilia. De his rebus omnibus sæpe multumq; cogitandum est, partim, vt nos ipsos commonefaciamus de propria infirmitate, de qua Christus inquit: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, partim vt excitemur ad ardenter inuocationem & petitionem auxilij diuini.

Semper meminerimus in hac imbecillitate magna libertatis impedimenta esse, quorum primum est ipsa prauitas nobiscum nascens, quæ est caligo de Deo, gignens dubitationes plurimas, & impidiens timorem & fidem. Ac manifestum est, corda plena esse vitiosis motibus, & non posse prauas inclinationes expellere, & si bi sumere ardenter dilectionem Dei. De hoc impedimento luctucentè concionatur Augustinus lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 22. &

Bernhardus in sermone primo
de septuagesima.

Bernhardus in illo sermone
recenset septem impedimenta libe-
rtatis & bonorum operum,
quæ nos breuius postea complectemur, videlicet numero ternario.
Primum, inquit, est indigentia corporis, hoc est, ut Paulus loquitur,
vita $\psi\chi\nu\eta$, id est, animalis. Magnum impedimentum studiorum,
ut non dicam de aliis exercitiis pietatis, est solicitude de viatu, cibo,
potu, vestitu, de educatione liberorum, de hospitio, remedii, &
omnibus aliis adminiculis huius vitæ corporalis. Ego ipse soleo dice-
re de mea cura domestica, dolet mihi, quod multum boni temporis
est tribuendum curis & solicitudinibus de curando ventre. Hoc im-
pedimento carebimus in vita æterna, non edemus, nec bibemus,
nec dormiemus, sed erimus similes angelis, qui vivunt sine cibo &
potu, & omnibus aliis rebus temporalibus. Secundum impedi-
mentum, inquit Bernhardus, est $\alpha\tau\alpha\xi\alpha$ seu prauitas cordis. Cor
humanum est peruersum & imperscrutabile, id quisq; in se ipso ex-
peritur, iam ardet cor ambitione, paulò post inuidia & emulatione.
Tertium impedimentum sunt res secundæ, quæ multos homines in-
fauant, ut Salustius ait: Res secundæ etiam animos sapientum defa-
tigant. Difficile est reperire hominem modestum & memorem pro-
prietatæ infirmitatis in rebus secundis, in cursu rerum secundarum. Fa-
cilius est patientia in rebus aduersis, quam moderatio in rebus se-
cundis. Omnes sumus in rebus secundis negligentiores, petulantio-
res, confidentiores. Quartum est, res aduersæ seu concursus ca-
lamitatum. Quanta est ibi indignatio & fremitus hominum in re-
bus aduersis? Seneca eleganter dixit: Homines in rebus secundis
sunt tumidi, in aduersis timidi. Est pulchra paranomasia. Quintum,
ignorantia. Quam multa ignoramus, non tantum de rebus diuinis,
sed etiam de rebus humanis! Et tamen videatur nobis valde sapere.
Sextum, est Diabolus, quod est omnium maximè horribile impedimentum.
Septimum, periculum a falsis fratribus, de quo sæpe que-
ritur Paulus in suis epistolis, præsertim 2. Corinth. 12. & 13. Sæpe ali-
cui parcunt hostes, qui tamen postea a falsis fratribus interficitur, ut
ostendit exemplum Ioseph, cui pepercérunt omnes hostes Ecclesiæ,
sed fratres eius fuerunt proditiones & venditores ipsius.

Secundum impedimentum
est Diabolus, qui tanquam leo
rugiens obambulat, quarens

Magna est emphasis horum
verborum: Comparatur Diabo-
lus serpenti propter calliditatem
quem

quem deuoret. Petri 5.

veterotoriam παρεγγέλιαν. Est enim callidissimus architectus mendaciorum & hac παρεγγέλια decepit primos parentes in paradiſo. Deinde comparatur leoni propter iram & robur. Sicut enim leo & animi magnitudine & robore vincit reliquas bestias: sic Diabolus non est muſca, ſed leo rugiens, fremens, iracundus, ardens im- placabili odio Dei & Ecclesiæ. Sed quid agit hic leo? an dormit? Nō, ſed obambulat noctes diesq; ſine villo interuallo, ſine vlla requie, & quærerit, non muſcas, non culices, ſed homines, nec quærerit, vt vulnere, ſed vt nos abſorbeat, & vno hiatu deuoret. Hæc ſi ſæpe multumq; cogitaremus, diligentior profecto & ardentior eſſet inuocatio.

Cùm enim odio Dei ardeat, vult à plurimis eum contumelia affici, & delectatur deſtructione operum Dei in genere humano. De hoc horrendo odio & furore in Diabolo ſæpe cogitandum eſt, & ardentissima inuocatione petendum, vt Filius Dei tam ſauum hostem reprimat, cuius infidias cauere ſola hominum diligentia ſine auxilio Dei certè non poteſt.

Non fruſtrà dicitur: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Necesaria eſt vigilantia & diligētia in cauendis infidiis & illecebris Diaboli, ſed accedat ad eam inuocatio.

Tertium impedimentum eſt in hac vitæ confuſione moles ipſa negotiorum & periculorum. De hoc impedimento Paulus inquit Ephes. 5. Ambulate accuratè, non vt fatui, ſed vt sapientes, redimenter tempus, quia dies mali ſunt.

Hæc dixit Paulus de ſua æta- te, que fuit lignū viride. Habuit enim ætas Apostolica, maniſta & viſibilia teſtimonia Spiritus faneti. Quantò igitur hæc verius vſurpari poſſunt de ligno arido, id eſt, de ſenecta mundi, in qua res ipſa oſtentit omnia fieri languidiora, & omnia corrumpi quaſi aceto inuifo. Ideo vt alibi dicitur 2. Timoth. 3. Nouissima tempora erunt periculosa. Quocunque conuerſimus oculos & mentem, nihil nobis oſtentitur, niſi magna conuſio in Ecclesia, politia & œconomia. Nec opus eſt longa inductione exemplorum. Inſpiciat vnuſquisque noſtrum vitam humanam, & animaduertet me vera dixiſſe.

Vt enim ciuitas, quæ ciuita eſt obſidione, vndique acerrimè ab

hostibus oppugnatur: Sic in Ecclesiam magno impetu irruunt tyranni, haeretici, odia & calumniæ falsorum fratrum, locorum & temporum incommoda, mala

exempla & scadala, paupertas, exilia, denique confusiones vitæ innumerabiles.

Tres sunt causæ, cur postrema tempora sint magis periculosa. I. Infirmitas naturæ humanæ, quia profectò & in anima & in corpore sumus imbecilliores, quam Apostoli, martyres, & reliqui heroicæ viri, quorum historiæ celebrantur à multis scriptoribus. Quis nostrum possit vel minimam partem laborū & peregrinationum Pauli sustinere? Ego quoties legi historiam Pauli in Actis, miror potuisse unum hominem tot terras obire, tot maria trahi cire, & tamē vbi que plantare plantulas cœlestes, & colere hortum cœlestem. I. I. Quia peccata crescunt, ideo etiam cumulantur poenæ. Crescentibus autem poenis & peccatis, sequuntur innumerabiles confusiones. Tertia causa est extremus Diabolus furor, de quo dicitur Apocal. 12. Venit Diabolus ad vos, habens iram magnam, quia ascit modicum temporis restare. Ideo magis iam acuitur ira & odium Diaboli, aduersus Deum & Ecclesiam.

Cum igitur caro infirma sit, & Diabolus ingentirabie grasseatur in genus humanum, & tota vita plena sit multiplicum confusionum, confugiamus ad Filium Dei (qui dulcissimè inquit: Non relinquam vos orphanos, sed veniam ad vos) & ab eo defensionem, auxilium & salutem petamus.

Hactenus dixi de libero arbitrio, non ut rei magnitudo poscit, sed ut potui, nihil aliud quarens, nisi simplicem veritatem. Oro autem lectors harum pagellarum, ut regulæ ab Hilario traditæ in lib. i. de Trinit. obtemperent, & candore in iudicando adhibeant. Optimus lector est, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, quam imponat, & retulerit magis quam attulerit, neque cogat id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumperit intelligendum. Huic regulæ qui parebit & obediet, is sine vlla dubitatione pro hac luce doctrine, Deo gratias aget, & gratitudinem declarabit in confessione & studio conservandæ humanæ puritatis.

Scio, idq; verè affirmare possum bona conscientia, me quæsiuisse,

&

& adhuc querere veritatem simplicem, se iunctam ab omni sophistica, non solum in hoc articulo, sed etiam in toto corpore doctrinæ Christianæ, & in singulis eius partibus ac membris. Si cui autem vel in hac parte, vel in ceteris mea declaratio & explicatio non satisfacit, & si quid videtur à me dici aberrans à scopo veritatis, is amanter & candidè mecum agat, vt decet fieri inter pios in Ecclesia, & me, vel scripto aliquo, vel voce & colloquio dignum iudicet, & vel audiat corām responcionem meam, vel expectet à me responsū aliquod aucto scriptum. Ita fiet, vt collatio sententiarum quo cunque tandem modo instituta, aliquid lucis afferat huic vel ceteris materiis. Non est autem hominis Christiani in angulis allatram homines honestos, & arrodere doctrinam veritatis, quæ nondum sat is intelligitur ab illis censoribus parum & quis & candidis. Quod ideo dico, quia est aliqua dissimilitudo auditorum, vel in hoc cœtu, vel in tota vrbe. Achortor iuniores, ne aperiāt aures omnibus fabellis, ruminis & calumniis, quibus nō tantum ego miser scholasticus, sed etiam alij longè præstatiōres & tate, doctrina & virtute quotidie deformantur, atque etiam onerantur post mortem. Sciant etiam iuniores, non tantum militibus in acie opus esse fortitudine, sed etiam nobis scholasticis togata fortitudine opus esse, quæ est constantia seu perseverantia in agnita veritate, reiectis & repudiatis omnibus præstigiis cauillationum & calumniarum. Ego me offero ad declarationem singulorum dictorum & periodorum, quas velex scripto dicātui, vel obiter pronuntiaui. In quibus si quid erroris inest, libenter agnoscam & deplorabo. Si verò dixi veritatem, vt spero me dixisse, cogitet unusquisque quid debeat Deo, quid Ecclesiæ, quid suæ conscientiæ. Erit aliquando tempus, & paulò post sequetur, quo mihi, & tibi, & nobis omnibus erit reddenda ratio de omni verbo otioso. Non igitur simus petulantes in verbis, cùm quidem petulantia lingue sit turpis simus morbus. Hac admonitione non opus est apud bonos, qui sponte intelligunt quid debeant veritati, & officium candoris præstant. Sed propter alios quosdam, qui nescio quorum sermonibus infatuantur, hac admonitione vtendum fuit. Quam, oro vt omnes sine exceptione boni consulant, & non frustrà propositam esse existiment.



EXPLICATIO TEXTVS IN LO-
CIS THEOLOGICIS PHI-
LIPPI MELANTHONI S

De viribus hominum.



ISPROSITIO Loci de viribus humanis in libello domini præceptoris per se manifesta est, & omnium oculis subiecta. Complectitur enim hec methodica explicatio quatuor partes præcipuas, quarū prima differit de disciplina, quod videlicet sit homini nō renato aliquo modo possibilis. I. pars concionatur de impletione Legis, quæ homini non renato simpliciter impossibilis est. III. pars & quidem præcipua docet lectorē de actionibus & motib⁹ spiritualibus. De hac parte, vt scitis, est præcipua dimicatio inter Ecclesiam & alias sectas. Quarta est admonitio de impedimentis libertatis. Ut autem in tertia parte refutantur furores Pelagianorum & Manichæorum, ita quartæ partis appendix est solutio quarundam obiectionum. Etsi autem de omnibus his rebus pro nostra tenuitate aliquid dictum est: tamē repetitio pagellarum sicut hactenus vobis non fuit ingrata, nec debet esse: ita etiam in hoc articulo prodest vos confirmari eiusdem veræ sententiae crebra repetitione & inculcatione. Meministis enim dictum Epicteti sæpe repetitum: Doctrina non potest radices agere in animo, nisi ea quotidie dicatur & repetatur. Ac si quis vult studiis suis rectè cōsulere, & fructum ex iis capere, profuturum Ecclesia aut Reipub. is non quadam curiositate quotidie nouas res expetat, sed veras & necessarias subinde repeatat, & apud animū sibi proponat.

Valla]

Laurētius Valla benemeritus est de lingua Latina, sed interea corruptit philosophiam & Theologiam, defensione Epicurearum & Stoicarum opinionum. Defendit enim dogma Epicuri de voluptate, quod voluntas sit finis hominis, propugnat etiam Stoicam necessitatem, & huius prætextu tollit libertatem omnem actionum humanaum. Quid autem de talibus ingenii sentiendum sit, ostendit dictum Aristophanis, qui in Nebulis (sic enim inscribitur comœdia) exagitat quandam Sophistam, gloriante se omnia posse contrariis opinionibus perturbare & euertere. Sicenim inquit, επεθύμεις

πατει τυτηπάξι ταις ἐργίαις γρόμας. Tali ingenio quod habet studium contradicendi, prædictus fuit Valla.

Interficere Clitum]

Historia nota est. Alexander ebrius in conuiuio interfecit senem optimè de ipso & regno Macedonie meritum Clitum, propter quandam admonitionem liberiorem. Plutarch. in vita Alexandri.

Nec miscenda est disputatio]

Est mala consuetudo in disse-
rendo afferre peregrina, non per
tinentia ad institutum. Ita enim homines abducuntur à proposito.
Exstat autem in oratione AEschinis contra Ctesiphontem memorabile dictum, quod est regula disputationis & scriptorum : sicut in
gymnicis certaminib⁹ videtis pu-
giles de loco inter se certare: ita
& vos [iudices] tota die pro repu-
blica cum eo [Demosthene] de de-
fensionis ordine contendite, nec

finite eum extra causam vagari, sed compellite eum intra causam af-
fiduitate & vigilatia vestra, & obseruate eius digressiones. Hæc simi-
litudo pertinet ad locum Rheticum, de statibus & ad doctrinam
Dialecticam de propositionibus. In quolibet scripto est vel quæren-
da vel constituenda principalis propositio, quæ vocatur à scriptori-
bus Rheticæ Status. De hoc iubet nos AEschines dimicare & ma-
nere in proposito, & prohibet euagationes & digressiones extra hūc
statum. Aristoteles confusionem peregrinarum materiarum vocat
fallaciam secundum plures interrogations.

Perplexis]

Perplexitas est, cùm contrariæ
causæ implicant animū, ne pos-
fit alterutram partem eligere. Multa accidentunt homini in tota vita
perplexa & inextricabilia humano consilio, ac nisi Deus ipse multa
negotia & pericula extricaret, sæpe nobis succumbendum esset, vt
post lapsum primi parentes non potuerunt ullum exitum suarum
miseriarum prospicere, & verè fuerunt perplexi & implicati laby-
rinthis inextricabilibus. Sed Filius Dei monstrauit exitum edita
promissione de venturo liberatore.

Ut destruat opera Diaboli]

Ergo Filius Dei est medicus
non destructor operum Dei. Fi-
lius Dei non delet naturales notias in mente, ex quibus extirruntur
EEE 2

honestæ leges & artes. Deinde non tollit ex corde $\sigma\pi\gamma\alpha$ s. Tertio, non tollit ex hominibz libertatem regendi locomotiuam. Sed hæc bona naturalia sanat, & his medetur. Deinde & hoc consideretur: Duplicita sunt opera Diaboli, alia $\epsilon\rho\gamma\alpha$, alia $\pi\alpha\rho\pi\gamma\alpha$. $\epsilon\rho\gamma\alpha$ sunt peccatum & mors, $\pi\alpha\rho\pi\gamma\alpha$ sunt præstigia & ludi Diaboli in miraculis & oraculis Ethnicis. Ethnici habuerunt oracula sua, vt Delphica & alia. Habuerunt etiā sua quædā miracula, id est, raros & inusitatos euénitus, vt quod quidā apud Romanos dissecuit cotem nouacula. Hæc $\pi\alpha\rho\pi\gamma\alpha$ etiam destruxit Filius Dei suo aduentu. Nam Christo nato conticuerunt omnia oracula Ethnica, & cessarunt etiam miracula Dæmonum, sicut testatur Plutarchus Ethnicus scriptor, qui vivit tempore Traiani Imperatoris, annis 100. post Christum natum, agitans disputationem in suis moralibus: Quare cessarint oracula quondam celeberrima. Quanquam autem multa quærit, tamen veram causam non potest explicare, quæ traditur in dicto Iohannis: Filius Dei apparuit, vt destruat opera Diaboli. Idem testatur Porphyrius apud Eusebium lib. 5. de præparatione Euangelica, affirmans nullam posse capi utilitatem ex Ethnicis religionibus. Postquam enim ceperit prædicari Iesu nomen, cessauerunt inquit oracula, & miracula Ethnica, & iam dij nostri nullam nobis opem ferre possunt. Hæc testimonia digna sunt memoria, cùm non à nostris hominibus, sed ab Ethnicis pronuntiata sint. Nam testimonium, quod hostes perhibent veritati, profectò non est contemnendum, sicut de resurrectione Christi milites perhibent testimonium, eum verè resurrexisse.

Vocatur autem]

Liberum arbitrium est appellatio concreti. Libertas voluntatis est appellatio abstracti. Ut igitur liberum arbitrium est substantia vestita accidentibus: ita libertas est accidens, id est, facultas naturalis secundæ speciei.

In natura integræ]

Libertas voluntatis humana ante lapsum est facultas, qua poterat Adam in rectitudine, in qua conditus erat, manere, & obedire Deo, & sine ulla coactione se à Deo auertere. Maior erit libertas nostra in vita æterna, quam fuit Adami ante lapsum. Adam potuit non peccare: Hæc est contingens propositio. Nos in vita æterna non poterimus peccare: Quæ est propositio impossibilis. Augustinus deletatur hæc vicissitudine propositionum. Adam, inquit, poterat non labi,

labi, sed electi in vita eterna non poterunt labi.

Fabricius] Recensetur hic inter exempla constantiae & perseverantiae in honesto proposito. Ita enim dixit Pyrrhus de Fabricio: Facilius est Solem à suo cursu dimouere, quam Fabricium ab honesto suo proposito.

Antigonus] Antigonus secundus, Demetrij filius, moderatissimus rex, natus laudatissima matre Phile, filia Antipatri, cum interfecti Pyrrhi caput ad eum allatum esset, & filius Helenus deditus, hunc in regnum paternum remisit, eiusq[ue] patris caput & ossa dedit regio more condenda Matrem Philen praedicit Diodorus Siculus lib. 19. Tres fuerunt Antigoni, primus pater Demetrij, unus ex quatuor successoribus Alexandri Magni. Secundus filius Demetrij, de quo hic loquimur, tertius fuit tutor Philippi postremi, patris Persei.

Mens & cor] Voluntatis appellatio philosophica est. In dicto illo, quod continet summam Decalogi, extat appellatio mentis & cordis. Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus.

His omissis] Vigilius Martyr lib. 4. Non præindicant verba, vbi sensus in columnis permanet. Idem est quod Cicero dicit: Rebus intellectis, facilest simus in verborum usu.

Nam si natura] Antithesis naturæ integræ & corruptæ. præcipua amplificatio in Prophetis est antithesis promissionum, comminationum, præmiorum, pœnarum, virtutum & vitiorum. De antithesi sæpe recitauit versum Iurisconsultorum. Ferro viam aperit, qui per contraria currit. Optima amplificatio est per contraria.

Nuncautem] Altera ἀνθεστρεψ pars.
Primum] Hactenus tractata sunt προπονητικæ. Nunc sequitur prima propositio.

Paulus] ad Titum 3. Non ex operibus iustitiae, quæ fecimus nos.

A raptu]

Raptus & rapina differentunt.

Raptus pugnat cum septimo precepto, quia est violatio castitatis. Rapinacum octauo pugnat, ut Romani rapuerunt Sabinas virgines, vt est apud Liuum lib. i. & Ouidium in Fastis. Absalon eripiens patri regnum & facultates regias, dicitur committere rapinam.

Incestorum]

x̄c̄s̄t̄, cingulum nuptiale significat. Incestus sunt nuptiæ prohibitæ, non approbatæ à legibus: *Blutschandt*.

Lex est posita iniustis]

1. Timoth. i.

Pædagogus]

Galat. 3. Duo sunt officia pædagogi, vnum docere, alterum tempestiuè castigare. Ita lex est pædagogus, partim docens, partim castigans.

Quare disciplina est pædagogia? Primùm, quia homines non possunt doceri, vbi nulla est disciplina. Si iam non esset aliquod silentiū in hoc auditorio, quomodo posset audiri vox docentis? Sic si in templis esset strepitus & tumultus, qualis olim erat in campo Martio, cùm eligerentur consules, non possent homines audire docentem. Secunda causa est, quia doctrina non potest esse efficax & radices agere in animo, donec retinentur delicta contra conscientiam. Donec tu manus adulter, fur, aut latro, non potest in te efficax esse doctrina Euangelij.

Xanthij]

Plutarchus in vita Bruti: Cùm Brutus cinxisset obsidione vrbē

Xanthiorum in Lycia, ciues ipsi vrbem incenderunt, & sese perdidérunt, alij in ignem insilientes, alij sese fodientes ferro. Et conspecta est mulier, quæ sese suspéderat de tecto suæ domus, & de collo suo strangulatum infantem suspéderat, & in dextratenebat facem, qua domum inflammabat. Huius incendij, cùm spectator esset Brutus, misit aliquot milites, vt opem ferrent hominibus miseris & furiosis, sed tanta fuit eorum rabies & furor, vt procul à se reiicerent opitulatores.

Sed in Ecclesia]

Secunda propositio huius loci de impletione Legis. Quòd videlicet homo non possit satisfacere Legi Dei, hoc est, nec ardenter diligere Deum, nec proximum.

Reue-

Reuelatur]

Rom. 1. Reuelatur iustitia Dei aduersus omnem impietatem & iniustitiam hominum. Reuelatur, scilicet in verbo diuinitus tradito. Iustitia, iura Dei. Ioan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quasi dicat, ratio non intelligit magnitudinem peccati sine spiritu sancto.

Oppressa est peccato & morte]

Pindarus, citante Plutarcho: Potenti morti omnia obtemperant. Et de peccato inquit Menander, citante Seneca, in quæst. natural. Omnes male viuunt, singuli peccant, & scelus ubique contextum est. Hæc dicta ideo recito, ut intelligi possit, etiam Ethnicon aliquo modo fateri, quod homo non possit deponere suis viribus vel peccatum, vel mortem.

De externa disciplina]

ficut leges politicae.

Quia Lex Dei non tantum]

Roman. 7. Lex est spiritualis,

ego verò sum carnalis, id est, Lex est spiritualis gubernatio, postulans integrum obedientiam sine peccato, & spirituale iudicium, accusans immundiciem cordis. Hoc epitheton, Lex spiritualis, discernit Legem diuinam ab humanis legibus. Leges humanæ tantum gubernat locomotiuam. Lex Dei regit cor. Deinde leges humanæ accusant externa delicta. Lex Dei est spirituale iudicium, accusans immundiciem cordis.

Non tollit]

Rom. 3. Lex est agnitio pecca-

ti. Igitur non est deletio peccati,
valet consequentia à pondere verbi.

Beneficia Christi]

Ioan. 8. Si Filius vos liberauer-

rit, verè eritis liberi. A quibus au-

tem malis liberat nos Filius Dei? Primùm ab ira & maledictione Legis, vt dicitur Galat. 3. Christus factus pro nobis maledictum, redemit nos à maledictione Legis. Summa maledictionis Legis recitata est in hoc dicto, Maledictus omnis, qui non seruat omnia, quæ sunt scripta in libro Legis, Deuter 27. I I. Liberat nos à peccato, iuxta dictum 2. Corinth. 5. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatum, vt nos essemus iustitia Dei per eum. I I I. Liberat nos à morte æterna & damnatione, vt Osee 13. scribitur: De manu mortis redimam eos, & de potestate inferni ripiam eos. O mors, ero mors tua, & pestis tua, inferne.

Voluntas est captiua]

scilicet peccati & mortis, non libera.

Tertiò de actionibus spiritualibus]

Actiones spirituales sunt vera agnitus Dei, verus timor Dei, vera fides, spes, dilectio, humilitas,

inuocatio, patientia, denique omnes cultus primæ tabulæ. Iam queritur, quomodo existant illi motus & actiones spirituales? Quod Spiritus sanctus sit causa horum motuum, id non est positum in controuersia, quia ipse titulus seu nomen actionum spiritualium ostendit suam causam. Non essent spirituales actiones, si non à Spiritu sancto accenderentur. Deinde non est quæstio de medio, vel instrumento, per quod efficax est Spiritus sanctus. Omnes enim sani consentiunt, per verbum Spiritum sanctum esse efficacem. Hoc igitur est *κειμένον*, de quo queritur, videlicet de voluntate, An voluntas se habeat purè passiuè, aduersatiuè, hostiliter, repugnatiuè, furenter in conuersione.

Viua]

Viua membra Ecclesiæ sunt sancti, renati, qui reguntur à Spiritu Dei.

Dè quibus dicitur: Credo sanctorum communionem. Mortua membra sunt hypocrita, in externa Ecclesiæ societate viuentes. Sunt autem omnes hypocrita in Ecclesia, nomine tantum, non re, viuaverò membra, id est, sancti & renati, re & nomine. Mortua membra tantum habent ius nominis, quia sunt sine timore Dei, sine fide. Nabal, cuius fuit vxor sapientissima & modestissima Abigail, fuit mortuum membrum populi Dei. Fuit igitur in Ecclesia nomine, non re. David vero fuit viuum membrum, quia habuit Spiritum sanctum, & habuit ius non tantum nominis, sed etiam rei. Hæc ideo dico, vt vnuſquisque suum cor scrutetur, & probet se ipsum, vt Paulus loquitur, vtrum sit viuum an mortuum membrum Ecclesiæ. Si quis enim Spiritum Christi non habet, non est eius.

Magis & minus]

significant gradus. Qualitas recipit magis & minus, non substantia nec quantitas recipit magis & minus, id est, discriminat graduum. Habemus eundem Spiritum fidei. 2. Corinth. 4. sed non eandem mensuram fidei. Rom. 1. & 1. Corinth. 12. Omnes sancti in Ecclesia, siue docti siue indocti, siue senes siue iuuenes, habent eundem Spiritum fidei, gratia & precum. Zachar. 12. Nemo enim potest esse sanctus

sanc*tus* sine Spiritu sancto & fide. Sed non habemus singuli eandem mensurā Spiritus seu fidei, vt in Ioseph & Daniele sunt maiora dona Spiritus sancti & excellētiores gradus fidei & omniū virtutū, quām in me & te, & aliis longē infirmioribus. Nos nihil sumus, quod ad dona attinet, comparati cum Ioseph, Daniele, Moyse, Esaia & Ieremia, sed tamē habemus eundem Christum, eundem Spiritum, eandem spem vitæ æternæ, vt dicitur Ephes. 4. Renare eandem habemus, sed dissimiles gradus. Ideo pulcrum est quod Paulus inquit Roman. 12. Sapite ad modestiam, quia vnicuique Deus distribuit mensuram fidei. Deus non dat vni homini omnia, sed dat singulis dona pro modo vocationis. Aliis donis instruit Dauidem bellatorem, aliis donis Ieremiam Prophetam.

Zacharia]

cap. 12.

Domum Dauid]

Ecclesiam.

Nomina tutur Spiri- tus	Gratiæ, quia testificatur, quod simus in gratia, recepti à Deo in gratiam, filij Dei, & heredes vitæ æternæ.
	Precum, quia impellit nos ad inuocationem, exuscitat in nobis precationem. Hæc interpretatio sumitur ex cap. 8. Roman.
	Hic Spiritus dat testimonium Spiritui nostro, quod simus filii Dei. Deinde inquit: Hoc Spiritu adiuti, clamamus Abba Pater.

Quantò magis]

Lucæ 11.

Vt fuerunt & sunt Ethnici]

Quando volumus aestimare præstantiam alicuius boni, confi-

deremus eius boni priuationem, iuxta vulgaria dicta: Carendo homines discunt quām chara sint bona. Item: Ex priuatione aestimantur habitus. Item: Carendo magis quām fruendo intelligimus bona nostra. Dulcia non meminit, qui nō gustauit amara. Si vis scire, quātum sit bonum Spiritus sanctus in Ecclesia & in singulis piis, apice furores Ethnicos, Turcicos, Papisticos, Anabaptisticos &c.

Hæc autem sententia]

Propositio negatiua. Negatiua sunt fortiores ad refutandum.

Affirmatiuæ sunt magis ad docendum accommodatae. Vt igitur negatiuæ vtimur in refutatione: sic vtimur affirmatiuæ in confirmatione.

tione, quando volumus docere homines. Nulla est fortior ratio refutandi aduersarios, quam negatio. Sed quād sunt homines docendi, non satis est propositione negatiua vti, sed oportet etiam addi affirmatiuam propositionem. Ita in hac materia non satis est dicere de negatiua sententia: Quod homo non possit sine Spiritu sancto implore Legem Dei, & inchoare conuerzionem. Haec valent ad refutandos Pelagianos & alios hæreticos, qui immodecum amplificant libertatem voluntatis humanæ. Sed nobis in Ecclesia necesse est scire, quomodo conuertamus ad Deum, quomodo possimus exercere fidem in inuocatione, quomodo possimus præstare patientiam in ærumnis.

Fortitudinem]

Est ne fortitudo in afflictionibus, donum Spiritus sancti? Est.

Vnde probas, cùm quidem legas etiam Ethnicos fuisse fortes in rebus aduersis? psa. 51. dicitur: Cor mundum, id est, fide purificatum, crea in me, Deus, & Spiritum firmum, id est, fortem, scilicet contra dubitationes & contra metu in periculis, innoua in visceribus meis. Ne proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum, id est, sanctificatorem, gubernatorem meæ mentis, voluntatis & cordis, ne auferas à me, Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali, id est, heroico, spontaneo, sponte obedienti & obtemperante in ærumnis, confirma me. Ita Paulus 2. Timoth. i. inquit: Dedit nobis Deus Spiritum non timiditatis, sed fortitudinis, dilectionis & castitatis seu modestiæ.

Stephanus]

Seneca in Hercule Oeteo.

Quis sic triumphans lætus in curru stetit?

Viator, quis illo gentibus vultu dedit

Leges Tyrannus? Quanta pax obitum tulit?

Vultus potentis astra non ignes erant.

Quod Seneca dixit de Hercule moriente, longè verius accommodari potest ad Stephanum, qui ibat ouans animis, & spe sua damna leuabat. Est versus Bembi de Stephano. Valde prædicatur Herculis fortitudo non tantum in rebus gestis, sed etiam in media morte, sed Hercules furens insiliit in rogum ardentem, ut finiret dolores & cruciatus, qui erant intolerabiles. Noster verò Stephanus tanta lætitia, tanta animi magnitudine tolerauit mortem & supplicium, ut fide & spe omnia sua damna leuaret. Vultus potentis astra non lapides erant.

Laurentius]

Prudentius de Laurentio:

Postquam vapor diutinus
 Decoxit exustum latus
 Vlto è catastaiudicem
 Compellat affatu breui:
 Conuerte partem corporis
 Satis crematam iugiter,
 Et fac periculum, quid tuus
 Vulcanus ardens egerit.
 Præfectus inuertiiubet,
 Tunc ille, coctum est, deuora.
 Et experimentum cape, sit
 Crudum an assūm suauius.

Ita Laurentius vstus in craticula ludit in media morte, sed non vt
 scurra, sed vt ebrius Spiritu sancto.

Agnes]

Fuit puella Romana, nata an-
 nos 12. Cogita autem qualis hæc

fuerit fortitudo in virguncula, quæ propter sexum & ætatem fuit
 imbecillior. Prudentius de Agnete:

Vt vedit Agnes stare trucem virum
 Mucrone nudo, lætior hæc ait:
 Exulto, talis quod potius venit
 Vesanus, atrox, turbidus, armiger,
 Quam si veniret languidus ac tener
 Mollisq; Ephœbus tintactus aromate,
 Qui me pudoris funere perderet, id est, contaminatione
 corporis.

Motus congruentes Legi Hierem. 31. Dabo legem meam
 Dei] in corda eorum.

Animalis homo]

Ἄνθρωπος. Quidam insulsè in-
 terpretatus est, Ὡς νικησθε

Ulfenſch. In epistola ad Epictetum inquit Athanasius super hunc lo-
 cum: Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Non ita est
 hæc promissio amplianda, vt etiā ad pecora extendatur. Sicut enim
 Christus est lux hominum: ita effundit Spiritum suum super homi-
 nes. Non communicat Deus Spiritum suum brutis & pecudibus.

Impressa est notitia]

Roman. i. Qua veritatem in iniustitia captiuam detinent. Ibi veritas significat notitiam Dei & Legis. Et mox: Ius Dei. i. lex naturæ. Et capite 2. Opus Legis scriptum in cordibus eorum. i. Corinth. iii. Nonne ipsa natura vos docet, id est, naturalis notitia. Flaciani contra hæc expressa testima voci diuinæ pugnant, quod prorsus sit delecta notitia Dei in homine.

Suum quisque cor consulat]

Hoc congruit cum illo: γνῶθι σεαυτὸν.

An Deus irascatur]

Homo dubitat primùm de ira Dei. Non cogitat tantam atrocitatem esse peccati. Secundò de gratia: An recipiatur à Deo, cùm contaminatus peccatis. Hanc dubitationem confirmat Synodus Tridentina. Tertiò dubitat homo de presentia Dei in afflictionibus.

Ex aqua]

Non priuatio, sed contemptus Sacramenti damnat. Sacramenta sunt necessaria, quando possunt haberi, sed in credentibus dispensationem admittunt. Multi martyres sunt suppicio affecti, priusquam baptizarentur. Credo etiam latrone in cruce non fuisse baptizatum, nec tamen ideo sunt damnati.

Pater traxerit]

Sic argumentor:

Nemo potest venire ad Christum, nisi trahente Patre.

Ergo expectandi sunt raptus violenti seu tractio violenta.

Respondeo. Augustinus tractatu ii. in Iohannem, inquit, Nemo ferensimum sensum nubilosam contradictione perturbet, consequitur perhibeat testimonium præcedentibus. Sequitur autem in sexto capite Iohannis, quomodo fiat tractio: Omnis qui audit à Patre & discit, veniet ad me, & venientem ad me non ericiam foras. Cùm iubemus nos discere, excludit violentum raptum seu tractionem. Nam creaturæ rationales docendo trahuntur, & persuadendo ac delectando, non violenta coactione.

Nihil sine me potestis facere]

scilicet salutare nostræ animæ & Deo placens.

Qui redeunt ab iniquitate]

Prodest redemptio iis, qui redeunt ab iniquitate, id est, qui conuer-

conuertuntur ad Deum vero timore & fide. Nunquam diuellenda est remissio peccatorum à præsenti conuersione , quia Christus hæc duo coniungit : pœnitentiam & remissionem peccatorum. Et in iuramento diuino, apud Ezechielem fit copulatio conuersionis & viuificationis: Vnu ego, nolo mortem peccatoris , sed vt conuertatur & viuat. Lucæ vlt. Oportet in meo nomine prædicari pœnitētiam, id est, conuersionem ad Deum, & remissionem peccatorum. Christi passio est vniuersale ἀντεον, id est, propitiatio pro totius mundi peccatis, sed tantum prodebet iis, qui redēut ab iniuitate, id est, qui conuertuntur ad Deum.

Hoc est fœdus meum]

Interpres Latinus vertit aliâs pactum, aliâs fœdus , aliâs testamentum, cùm tamen vnum verbum sit in Hebræo, sed in Latinalin gua differunt illâ vocabula. Pactum est ciuale. Fœdus est pactum militare. Sunt autem duplicita fœderata. Alia defensiva, alia offensiva. Fœdus defensivum σωμαχία, vbi cōiunguntur Principes tantum ad defensionem necessariam. Fœdus offensivum est ἐπιμαχία, hoc obligat confederatos, non modò ad defensionem, sed etiam ad lædendum hostem, & ad inferendum bellum. Sic Christiani Principes nō debent tantum esse σωμαχοι, sed etiam ἐπιμαχοι, id est, debebant esse confederati, non tantum ad defensionem suorum, sed etiam ad profigandum & lædendum Turcas, Muscovitas & alios barbaros, qui parant & meditantur omnia in perniciem regni Germaniæ.

Habet propria beneficia]

Verbum Dei, remissio peccatorum, Spiritus sanctus & vita æterna. Hæc sunt bona & thesauri Ecclesiæ. De primo beneficio inquit psalmus 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis: & paulò ante, Qui annuntiat verbum suum Iacob , iustitiam & iudicium sua Israël, id est, Sola Ecclesia habet possessionem verbi diuini, Legis & Euangeli. Nulla sesta habet integrum doctrinam Legis. Deinde nulla gens habet promissionem de Mediatori extra Ecclesiam. De secundo beneficio, id est, de remissione peccatorum dicitur Iohan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis in cælo. De tertio, id est, de donatione Spiritus sancti dicitur Iohan. 14. Non relinquam vos orphanos, sed

veniam ad vos, rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, manente vobiscum in omni aeternitate. De quanto beneficio, videlicet de vita aeterna lohan. 10. Oues meæ vocé meā audiunt, & sequuntur me, & ego vitam aeternam do eis, & nemo rapiet eas ex manibus meis, quia ego & Pater sumus vnum.

Accipiamus promissionem
Spiritus per fidem]

Simul sunt Spiritus sanctus &
fides, & tamen Spiritus sanctus
est causa fidei, & antecedit fidem
non tempore, sed ordine naturæ, quia causa antecedit effectum. Si-
mul sunt ortus Solis & dies, & tamen dicimus, ortum Solis esse cau-
sam diei: Ita Spiritus sanctus & fides sunt simul tempore. Vbicunque
est Spiritus sanctus, ibi fides, & ubi fides, ibi Spiritus sanctus est. Non
necessè est hæc subtilius querere, sed satius est experiri in conuer-
sione.

Ac sæpe dictum est]

Hæc est propositio affirmati-
ua, de copulatione trium causa-
rum in conuersione.

Oportere ordiri à verbo]

Aurea hypothesis. Lutherus:
Quæramus Deum non in substâ-
tia, quantitate, qualitate, sed in relatione, vel breuius, quæramus
Deum non absolutum, sed relatiuum, id est, reuelatum in suo ver-
bo, non absconditum. Quando quæris Deum in arcana luce, vide ne
consumat te hic ignis, id est, in verbo & Sacramentis debemus quæ-
rere Christum, quasi inuolutum fasciolis.

Hic concurrunt]
& Spiritu sancto non est quæstio, sed tantum de voluntate.

Nec repugnans]

Non vis aut numerus, tâdem
bona causa triumphat. De verbo
psalm. 45. Audi filia (non dici-
tur repugna) & inclina aurem
tuam, & concupiscet rex decorum tuum. psalm. 2. Osculamini Fi-
lium, non dicitur, Date ei colaphos. psal. 95. Hodie si vocem eius au-
dieritis, nolite obdurare corda vestra. Si Deus conuerteret repugna-
tes, tum dixisset psalmus: Hodie si vocem eius audieritis, fortiter re-
pugnate. Hunc locum vrget epistola ad Hebræos. psal. 105. Non re-
pugnauerunt sermonibus meis, scilicet Moses & Aaron. Possent alia
multa colligi, sed satis est iunioribus vnum & alterum proponi.

Adu-

Aduiuante etiam Spiritu sancto] Semper habent nostri aduersarij in ore nomine Lutheri, quod sciunt gratum esse non solum populo, sed etiam omnibus eruditis & piis, & meritò quidem. Possimusne igitur aliquid candidè & verè, sine sycophantia & sophistica proferre ex scriptis Lutheri, quod confirmet hæc duo verba, quæ nō possunt tolerare aut admittere Flaciani: Quorum alterum est adiuuare, alterum conari? Sed ne quis putet, me tantum pauca quædam dicta mutila decerpere ex scriptis Lutheri: hortor omnes, ut legant totum psalmum 51. enarratum à Luther o longa & luculenta interpretatione. Ac si quidquam Lutherus scriptit lectione crebra dignissimum, in eo numero meritò habetur enarratio illa psalmi 51. de qua dixi. Sic igitur Lutherus enarrans psal. 51. Apprehendit enim, scilicet Dauid, Deum promissorem, & toto intuitu cordis veritatem in misericordiam, quod non posset, nisi adiutus Spiritu sancto, Deum promittentem apprehendisset, & sciret apud Deum reliquam esse spem remissionis peccatorum pro peccatoribus. Qui legerunt librum Augustini de Spiritu & litera, possunt testari, se plus quam centies inuenisse vocabulum auxilij in hac materia, à quo tantoper abhorrent animis & auribus Flaciani.

Idem Lutherus in eodem scripto: Etsi impossibile est in hac infirmitate nostra sic vivere, ut nusquam vel ad dextram vel ad sinistram impingamus: tamen conatus requiritur, ut cum sentimus vel securitatem, vel desperationem, non indulgeamus, sed resistamus ei. Nō dicit, quod debeamus resistere Spiritui sancto, sed ut resistamus desperationi & securitati. Sed cauillantur Flaciani: hæc verè dici de renatis, sed non de iis, qui iam conuertuntur in præsentia. Quasi verò pœnitentia sit vnius momenti, vel vnius diei actio. Inchoatur regeneratio per baptismū, & durat in tota vita Christiana, quæ nihil aliud est, quam perpetuum exercitium timoris, fidei, iustificationis, bonorum operum. Sicut rectè Lutherus scriptit in primis propositionibus: Tota vita Christianorum nihil aliud est, quam pœnitentia & conuersio ad Deum.

Veteres dixerunt] Augustinus epist. 106. Omne opus bonum gratia præcedit, & id comitate, non ducente, pedissequa, non prævia voluntate.

Basilius] in enarratione parabolæ de filio prodigo.

Præoccurrit]

vt significet præuenientem
gratiam.

Vocat]

Magna est gratia, quādō Deus
vocat aliquem ad magnam cœ-
nam.

Ner repugneamus]

Idem Lutherus in eodem psal-
mo: Si igitur Lex cor durum ter-
ruit & flagellauit, donec perduceret in sensum peccati, veniat etiam
Christus secundum promissionem suam, & iterum sic territum con-
soletur & erigat. Nos autem eas consolationes fide accipiamus, &
non fiamus increduli diuinæ reuelationi.

Tantum velis]

Flacianus dicunt hoc esse dictū
synergisticum: sed sumptum est
ex cap. 6. Iohannis. Omnis qui audit & discit &c. Iubet audire, non
repugnare, sed assentiri, non indulgere diffidentiæ. Certè in Sacra-
mentis necesse est eos, qui illis vtuntur, velle credere & accipere bona
oblata. Petrus vocat baptismum stipulationem bona conscientiæ erga Deum. Stipulatio est conceptio verborum, qua is qui inter-
rogatur, id quod est interrogatus, se daturum facturumve promis-
tit, vt si tu interroges aurigam, Vis tu meas merces vehere VVite-
bergam? Et ille respondet: Ita volo. Vis pro hoc pretio vehere? Ita vo-
lo. Hæc nominatur à Iurisconsultis stipulatio. Ita in baptismo adul-
torum quæritur: Vis baptizari, &c? Credisne in Patrem, & Filium, &
Spiritum sanctum? Id ter quæritur, recitatis tribus articulis Sym-
boli de creatione, redemptione, sanctificatione. Qui respondet, non
dicit, repugno, contradico, resisto, reiicio, sed credo. Ita in Cœna Do-
mini: Accipite, manducate, hoc est corpus meum, id facite in mei
commemorationem. Non dicitur: repugnate, reiicie, repellite o-
mnia quæ vobis dantur.

Experiamur]

Hæc experiendo, vera esse co-
gnoscuntur. Non autem est con-
temendum testimonium experientiæ spiritualis omnium piorum
in Ecclesia, vt dicit Epiphanius contra Apostolicos: Scriptura non
indiget allegoria, sed speculacione & sensu. Et Paulus inquit Rom. 8.
Hic Spiritus dat testimonium Spiritui nostro, quod simus filii Dei.
De hoc testimonio sùprà diximus inter gradus testimoniorum, quæ
ostendunt doctrinam Ecclesiæ veram esse. Et hæc est non Theorica,
sed practica Theologia,

Vt

Vt statua]	id est, purè passiuè.
Languidè assentitur]	Marci 9. Credo, Domine, sed opem fer meæ diffidentiaæ. Infirma fides etiam est fides.
Vitiosis affectibus]	Nemo decipiat vos vanis sermonibus.
Non coacti]	Lutherus de seruo arbitrio vtitur hac Sorite: Vbi est coactio, ibi non est libertas, vbi non est libertas, ibi non est voluntas, quia si voluntas cogeretur, voluntas non esset.
ἀλικὲς]	materiales, ex materia factos. Ἐλιος & χριστος idem nominant Manichæi. Fingunt enim duos Deos, bonum & malum. Bonum appellant lucem, malum, tenebras. A bono dicunt ortas esse bonas animas eorum hominum, qui possunt conuerti & fieri hæredes vitæ æternæ. Malas dicunt creatas esse à malo Deo ex materia. Inde sunt hæc vocabula ἀλικὲς καὶ χριστος, conditi ex materia, seu orti ex chao & confusione.

Sed agit aliquid liberum arbitrium]	Hoce est κενόμενον, vt sæpe dixi, non quæritur an Spiritus sanctus sit efficax, & an per verbum fit efficax, sed de voluntate quæritur, an aliquid agat voluntas in cōuerstione, cùm incipit renasci, an verò sit similis statuæ, quæ habet se purè passiuè. Sic autem inquit Lutherus in enarrat. psalm. 51. Nihil à nobis agi, nihil suscipi debet præter hoc vnum, vt adhibeamus aures, sicut psalm. 45. etiam monet (audifilia, & inclina) & credamus ea, quæ nobis dicuntur, hic solus auditus est auditus lætitiae, & hoc solum est, quod nos facimus per Spiritum sanctum in iustificationis causa. Item: Hic nullum aliud nostrum opus est, quam vt oblatam misericordiam non recusemus, sed eam fide accipiamus. Sed hoc ipsum quoque est donum Spiritus sancti, quia fides non est omnium.
-------------------------------------	--

Sæpe dixi, nullam esse formam verborum in hac materia magis disertam, propriam & perspicuam, quam qua vtitur Paulus 2. ad Timoth. 1. Custodi præclarum depositum per Spiritum sanctum. Hoc dicto tribuit Paulus efficaciam Spiritui sancto, & tamen tribuit nobis diligentiam, circumspectionem, & conatum in agendo, quia disertè inquit: Custodi præclarum depositum per Spiritum sanctum.

Hoc mandatum proponitur homini, non Spiritui sancto, sed tam
ne putet, se solum agere sine auxilio Spiritus sancti, coniungitur au-
xilium Spiritus sancti cum diligentia nostra. Hanc phrasin imitatur
Lutherus inquiens: Hic nullum aliud est nostrum opus &c. & rur-
sus: hoc solum est quod facimus &c. sed per Spiritum sanctum. Ita
nos sine metu calumniarum dicere possumus: nos assentimur Euau-
gelio per Spiritum sanctum. Hæc phrasis nihil detrahit de gloria Spi-
ritus sancti, nec pugnant hæc inter se: Fides est donum Spiritus san-
cti, & est nostru opus. quia sicut efficacia est Spiritus sancti: ita quod
ad assensum attinet, habemus nos actiue. Nos enim sumus, qui assen-
timur verbo, non Spiritus sanctus. Is enim non opus habet conuer-
sione ad Deum, quia est amor substantialis inter Patrem & Filium.
Nobis præcipitur conuersio, nobis mandatur fides. Et quanquam
Spiritus sanctus hoc donum in nobis efficit: tamē datur hoc donum
potenti & assentienti, non repugnanti.

Cur ministerium?]

A causa cur institutum sit mi-
nisterium. Flaciani volunt vide-
ri magni patroni ministerij, sed re ipsa suis clamoribus id euertunt,
labefactant & conuellunt.

Nihil opus esset ministerio
Euangelij.

Quis esset usus ministerij ver-
bi, nisi placeret Deo, nobis audié-
tibus, meditantibus & quasi sub-
scribentibus, Spiritus sui gratiam inter nos diffundere? Sic Saulus
Acto.9. audita voce Christi, mox inquit, Quid vis me facere? Et cu-
stos carceris Acto.16. inter pauores & trepidationes exclamat, Quid
me oportet facere, ut fiam saluus? Hæc exempla ostendunt usum mi-
nisterij, & docent, quid voluntas agere debeat, audita voce ministe-
rij, videlicet non repugnare, sed velle aliquomodo obedientiam,
adiuuante gratia, & simul petere auxilium in ardua & difficulti lucta.
Sicut ille apud Marcum inquit cap.9. Credo, Domine, sed opem fer-
mea diffidentiae. Et Ierem. inquit cap.21. Conuerte me, Domine, &
conuertar, sana me, Domine, & sanabor.

Vt voci Euangelij obtempe-
res?]

Sic argumentor:
A mandato ad obedientiam
non valet consequentia.
Ergo frustra proponuntur mandatae audiendo Filio &c.
Respondeo. Nulla Lex proponitur immutabili naturæ, sed illi,
quæ

quæ adiuuante gratia potest eligere bonum. Non enim *vōμοθεσία* pertinet ad iumenta, teste Paulo 1. Cor. 9. Nunquid bones Deo curæ sunt? scilicet quod ad *vōμοθεσίαν* attinet.

Imò aliquo modo potes] Augustinus tractatu 26. in Io-
hannem. Non traheris, ora vt tra-
haris. Idem est quod in feriis natalitiis canit Ecclesia, Trahe me post
te. Sed dicas, non possum orare? Gome. Certè repugnádo non trahe-
ris. Semper ita docuit Lutherus, & semper sic sensit tota antiquitas,
quod liberum arbitrium sit facultas cligendi bona, assistente gratia;
& facultas eligendi mala, desistente gratia, id est, cùm non iuuamur,
non regimur à Spíitu sancto.

Facultatem applicandi se ad Matifestum est differre cita-
gratiam] tionem alieni dicti à propria asse-
ueratione. Aliud est enim loqui
μημηπκώς imitatiuè, aliud dispositiue. Deinde verissima est regula,
quam tradit Vigilius Martyr libro 4. non præjudicant verba, vbi sen-
sus manet in columnis. Et Iurisconsultus rectè vocat fraudem, cùm
interpretamur *τὸ φῆτὸν* contra *διάνοιαν*. Tertiò, cùm multi in Eccle-
sia eodem modo loquantur, quibus tamen parcitur, cur tam seuerè
agitur censura de tribus aut quatuor verbis obiter citatis? Sic enim
alij scribunt, quos nemo hactenus reprehendit. An sicut truncus in
conficienda statua nihil agit, sed tantum patitur, ita & liberum arbi-
trium habet se ad consequēdam veram salutem merè (vt ita dicam).
passiuè? Nihil certè minus. Non habet quidem liberum arbitrium
ex se ipso, quo se ad accipendam salutem præparet, aut quo salutem
mereatur, habet autem quo beneficia Dei excipiat. Nemo Flaciano-
rum vñq̄iam hostiliter inuestitus est in autorem huius sententie, cur
igitur tantoperè propter recitationem alieni dicti incurruunt in Phi-
llippum? cùm tamen eadem lex debeat valere in simili casu, iuxta So-
lonis dictum: De vna re debet esse vna lex.

Cùm promissio sit] Hactenus est argumentatus à
Aliquā discriminis causam] mandato vniuersali. Nunc à pro-
missione vniuersali argumentatur.

Libertas voluntatis] Quia Deus non affert volun-
tati necessitatem assentiendi, seu,
coactionem.

2. Corinth. 3. vbi Spiritus Do-
GGG 2

mini, ibi libertas. Spiritus sanctus non est seruialis, sed liber Spiritus.

Hæc exempla declarant]

Hic rursus obiiciunt Flaciani.
Hæc sunt vera de renatis, quæ
lis fuit Ioseph. Respondeo verbis Lutheri, in historia Iosephi.
Eadem est fides inchoans, proficiens & perficiens, id est, eadem est
fides in principio, quæ est in medio & fine, sed differunt gradus fidei.
Est eadem fides omnibus temporibus, secundum quale, sed non se-
cundum quantum, quia gradus lucis differunt. Non est alia fides in
Ioseph renato, quam in renascente.

Ideo autem]

Applicatio doctrinæ ad vsum.
Semper in discédo cogitandum
est de vsu doctrinæ.

Habenti dabitur]

Augustinus: Dilectio meretur
incrementum dilectionis.

Paulus]

2. Corinth. 6. In eo capite pro-
ponitur adhortatio, vt inchoata
dona retineamus & exerceamus.

Petite, & accipietis.

Matth. 7.

Consideranda est & querela]

Hæc est postrema pars huius lo-
ci, quæ est commemoratio de im-
pedimentis libertatis, quorum alia sunt interna, alia externa. Inter-
num & domesticum impedimentum est peccatum originis. Exter-
na sunt duo, videlicet furor Diaboli grassantis in mundo sophistica
& tyrannide, & ipsa moles negotiorum & periculorum. Additum e-
tiam in fine erudita & utilis enarratio duorum dictorum Hieronymi,
quorum alterum loquitur de impossibilitate, alterum de possi-
bilitate Legis, denique & restrictio additur dicto Siracidæ cap. 15.
quod sine declaratione intellectum immodicè amplificat liberum
arbitrium.

Multa enim accidunt homi-
ni inextricabilia humano con-
filio]

Ideo Ecclesia talibus ærumnis
oneratur, ex quibus eluctari hu-
manis consiliis non potest, vt in
liberatione conspiciatur presen-
tia Dei (hæc sunt practica, non speculabilia) & fides in nobis confir-
metur. David fateri cogitur, se non humana ope in regnum restitu-
tum esse. In talibus exemplis descendæ sunt hæc conciones. psalm. 10.

Tibi

Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. psalm. 27. Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. (Nihil potest dici magis patheticum. neque vlla sunt exempla affectuum illustiora, quam in psalmis.) Psalm. 72. Liberauit pauperem, cui non erat adiutor. Threnor. 3. Misericordia Domini, quod non consumptum.

Ægyptio]

Regi Neco. 2. Parali. 35. Paralipomena dicuntur reliquiæ historiarum. Quæ non exponuntur satis in 4. libris Regum, ea vberius narrantur in paralipomenis. Ita Xenophontis libri de rebus Græcis sunt paralipomena Thucydidis. Quia quod est omissum apud Thucididem, id expletur in libris Xenophontis.

Multi sunt errores]

Nemo hominum semper est sapiens: εδεις ανθρωπων εστιν απαρτασφα. Et sape citatur Græca sententia: Errat etiam sapiente sapientior. ἀμαρτάνει καὶ σοφῶς σοφώτερος.

Viam vocat vocationem]

Psal. 1. Nouit Dominus viam iustorum, id est, approbat & adiuuat. Ita Christus: Ego cognosco oues meas, non loquitur de notitia speculatiua, sed de auxilio, præsentia, defensione, gubernatione.

Propter seditiones]

Pericles apud Thucydidem lib. 1. Magis metuo domestica errata, quam hostium consilia. Ante annos triginta, Ecclesia in his regionibus tantum metuebat consilia hostium, sed iam magis metuit domestica dissidia, quæ inter nos ipsos extiterunt.

Baptista inquit]

Iohan. 3.

Ezechias]

Rex pius à Deo adiuuatur, iuxta dictum psalmi: Omnia quæcunque faciet, prosperabuntur.

Achis non adiuuatur à Deo]

Non sic impij, sed tāquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ.

Antonius]

Triumiri post mortem Cæsaris fuerunt Antonius, Augustus, Lepidus. Antonij exemplum monet, quam necessaria diligenter.

tiasit videre metas officij, nec extra has vagari, nec appetere maiora. Plutarchus in vita Antonij.

Valde multa]

Repetitio prioris axiomatis.

Cum ignoramus]

Deus est arx, ara & portus piorum. Homines tempore belli cō-

fugiunt ad arcēs, supplices fugiūt ad aras, naufragi expertūt portum.

Ad te]

scilicet tanquam ad nostram arcem, aram & portum.

Expedit]

vt Deus recepit Adam, & redidit ei vitam, deserto ab omnibus creaturis post lapsum. Ergo & nos recipiet, & iuuabit desertos.

Quia est xqualitas]

sine τέσσερας λόγοις. Quando exempla congruunt ad regulas

vniuersales, quibus nulla potest opponi exceptio, tunc habent vim regularum.

Propè est Dominus]

145.

psal.37: Regula vita.

Commenda Domino]

doctrina practica.

Es magistratus]

Solus Deus potest imperare ventis & mari, ut restituatur tranquillitas.

Discuti petas]

Theodoreetus orat. 10. de pruidentia: Dominus Ionam pœnitentia

ad Niniuitas misit, & nolentem facere imperata, sed cæco impetu fugere conantem, fluctibus, quali cōpedibus vincitum, immani belua tradidit. Illa verò quamvis rationis expers, tamen mente præditū in ea loca vexit, ubi docere iussus fuerat. Jonas consenderat nauem in portu Ioppe, in littore maris Palestini seu Mediterranei. Et tamen belua ista vehit eum intra triduum in Assyriam, ubi erat Ninius, itinere præfertim in mari ad modum longinquorum.

Tanquam ebrij]

Metaphora Demosthenica. Sic enim Demosthenes in Philippis dicit: Philippum ebrium esse successibus.

Ambi-

Ambitionem vel auaritiam] De auaritia Virgilius inquit:

Quid nō mortalia pectora cogis

Auri sacra fames? &c. De ambitione dicit alius poëta:

-- Patriam tamen obruit olim

Gloria paucorum laudis tituliq; cupido.

Orat se à Deo regi]

Adolescentes ediscant dulcissimam precationem, quam pauci ante mortem compoſuit Philippus, cuius initium est: AEterno genitore nate Christe, &c. In ea precatione est etiā hic versus assidue repetēdus in precibus: Nostras semper Christe doceto Mentes &c.

Moderatione]

restrictione.

Naturæ corruptio]

peccatum originis.

Occasiones]

Theodoreetus orat. 10. de prouident. Diabolus ex nobis ipsis sumit consilia & occasiones gerendi belli.

Nescis quid serus vesper ve-
hat]

Ita Sophocles: Futurum semper est incertum.

De integra natura]

aite lapsum.

A negotiorum fluctibus]

metaphora à fluctibus maris.

Magnam restrictionem]

Talis restrictio addita est vete ri definitioni: Liberum arbitriū

est facultas rationis eligendi bonum, assistente gratia, & eligendi in alium, gratia deficiente.

Fit voluntas magis libera]

iuxta axioma: Quale efficiens,
talis effectus. Est autem Spiritus

sanc̄tus liberrimum agens. Ideo vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

Hieronymi]

in expositione Symboli ad Damasum. Hieronymus fuit scriba Damasi, Episcopi Romani.

Omnis caro]

Omnis homo. Carnis significatio est triplex. I. Totum hominem significat, vt Rom. 3. Non iustificatur omnis caro ex Lege. Ita Ioh.

I. Verbū caro factū est. i. homo perfectus. I. I. Significat corpus. i. Cor.

15. Alia est caro hominis, alia caro pecudis, alia volucrū, piscium &c.

III. Significat phrasē Scripturæ carnalēs opiniones & affectus in natura non renata per Spiritum sanctum. Galat. 5. Caro cōcupiscit aduersus Spiritū, id est, opiniones & affectus in homine, qui nondum

est sanatus per regenerationem.

Etsi sicut offenduntur] Omnis Lex de disciplina est possibilis. Sed Lex Dei non tantum loquitur de disciplina. Solon. Omnis lex, scilicet politica debet habere tres conditiones. 1. vt sit honesta. 2. possibilis. 3. probabilis. Lex non tantum valet propter autoritatem magistratus, sed etiam propter probabilem rationem. Sed haec non debent intempestiuè transferri ad Legem diuinam.

Diabolus insidians]

Ex cap. 3. Genes. Et tu insidieris calcaneo eius.

Anathema]

propriè significat quiddā Deo consecratum, oblatum, dedicatum vsibus diuinis. Per μετάληψιν significat maledictū, quia quædam res Deo offeruntur, vt ira Dei in eas effundatur, sicut in Leuitico præcipitur de duobus hircis & aliis quibusdam, quæ vocantur phrasē Moyifica, maledicta, fægopfer.

Per gratiam]

per imputationem.

Et facti membra]

1. Corinth. 6. Quare tu, qui es membrum Christi, trasfers tuū

corpus ad meretricē? Si haec parænesis Pauli non mouet te, vt ames casti pudoris decus, nihil potest te mouere aliud. Dulce est, quod appellamur fratres Christi, sed longè dulcius est, esse membrum Christi, & habere caput Christum: quia multò arctior est copulatio membrorum cum capite, quam fratribus inter se.

Sepeliri peccatum]

Roman. 6. Sepulti sumus per baptismum cum Christo.

Dauid]

2. Reg. 24. Dauid iussit populum numerari, vel humana superbia elatus, vt ostenderet regnum creuisse: vel humano consilio, sine mandato Dei nouam in regno ordinationem facturus. Propter sphalma Dauidis intra triduum peste perierunt 70000 hominum.

Quando Magistratus errat aut peccat, tota multitudo luit peccatum.

Experiremus]

vetus dictum est: Tantū quisque scit, quantum operatur.

FINIS LOCI DE LI-

B E R O A R B I T R I O.

Studioſis

Studioſis in Academia Lipsiaca

S. D.



ICVT medico diligentι, priusquam conetur
ægro adhibere medicinam, non folūm morbus
eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo va-
lentis & natura corporis cognoscenda est: Sic
magnitudo beneficiorum Christi intelligi non
potest, niſi morbis nostris cognitis. Est autem
maximus hominum morbus peccatum, cui ne-
mo mederi potest, niſi medicus ille Samaritanus, quem in caſ-
po Samariæ vidit Iacob ſtantem in ſcala. Hic ſolus vino lauat fau-
cij viatoris vulnera, & in ea balsamum ſaluberrimum infundit, &
geſtat ægrum ſuis manibus. Vt igitur ignorato morbo, ignorari
medicinam neceſſe eſt: ſic ignoratio peccati, maximos errores pa-
rit de beneficiis Christi & Spiritus sancti. Qui enim delent agni-
tionem peccati, vt omnes hypocrita, inde uſque à Cain, ſimul ex-
tinguunt lucem doctrinæ de Mediatore & iuſtitia fidei. Nota eſt
superbiſſima vox Aiacis Sophoclei, qui dixit: Ignauis & timidis
opus eſſe auxilio Dei, ſe vero fine Deo poſſe vincere. Eodem mo-
do Pharisa & Pelagiani, ignorantes aut extenuantes magnitudi-
nem peccati, ſomniant ſe propriis viribus & meritis conſequi po-
ſſe iuſtitiam & vitam æternam, ſed nos reiectis ac repudiatis hypo-
critarum delirantium ſomniis, ad medicum noſtrum confugia-
mus, freti dulciſima promiſſione, qua à Matthæo recitatūr: Ve-
nите ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos.
Primū .n. hic medicus vulnera noſtra ſanat ſuo merito, propter
quod dantur remiſſio peccatorum & recōciliatio, qua coram Deo
iusti. i. accepti ſumus. Deinde eſt efficax in credentibus, quia nouā
lucem accendit in mentibus, & oſtendit voluntatem Patris & Spi-
ritus sancti. Cūm igitur ad utrumque plurimum conducat pecca-
ti agnitione, non eſt noſtrum nominis que Christiani dubitare, quin
Locus de peccato accurate cognoscendus eſt, cuius repetitione die
12. Maij, Deo adiutorie, ordiar. Bene valete. Die 11. Maij. M.D.LXIV.

Victorinus Strigelius.

HHH

LOCVS DE PECCATO.



A G N A cognatio & similitudo est inter artem medicam & doctrinam Ecclesiaz. Sicut enim in schola medica, primus gradus ad sanitatem est notitia morbi & causarum, à quibus morbus oritur: ita in Ecclesia, nemo peruenire potest ad remissionem peccatorum, & recōciliationem cum Deo, quæ est sanatio nostrarum animarum, sine vera peccati agnitione. Qui enim ignorant aut extenuant peccatum, quomodo magnificere possint beneficium Christi, de quo dicitur in Symbolo: Credo remissionem peccatorum? Ut autem in nobis excitetur & crescat agnitus peccati, Deus quatuor modis peccatum arguit, & nobis patefacit. Primus modus est vox publici ministerij in Ecclesia. Secundus modus est dolor conscientiaz. Tertius, moles publicarum & priuatarum pœnáz. Quartus, sensus iræ Dei.

De primo modo Christus Iohan. 16. inquit: Spiritus arguet mundum de peccato. Et Paulus Rom. 1. Reuelatur ira Dei de cælo aduersus omnem impietatem & iniustitiam eorum, qui veritatem, quasi captiuam detinent in contumacia. Hic primus modus, quo arguitur peccatum voce ministrorum Ecclesiaz, est omnium lenissimus, & vtraque manu amplectendus. Quos enim non sanat hoc pharmacum, his adhibet Deus remedia asperiora, de quibus mox dicemus. Sinamus igitur nos argui à Spiritu sancto per vocem ministrorum, sonantium Legem & Euangelium. Quod si faciemus, Deus parcat nobis, ne reliquis remediis aduersus nos vtendum sit.

Secundus modus, quo arguitur peccatum, est dolor conscientiaz, qui etiæ est aliquantis per in securis & ebriis hebes: tamen suo tempore fit sœuissimus, nec dissimilis carnifici laceranti cor humanum. Ut enim carnifex externa membra crudeli spectaculo lacerat: sic conscientiaz dolor est carnifex cordis humani. De hoc modo Paulus loquitur Roman. 2. cùm facit mentionem conscientiaz, eamq; definiat esse cogitationem accusantem vel defendétem, accusantem quidem peccata, & defendantem rectè facta, quasi dicat: Conscientia est integer Syllogismus practicus, in quo Lex Dei ponit maiorem, postea attexuntur minor & conclusio, quæ est vel approbatio rectè factorum, vel condemnatio scelerum.

Tertius

Tertius modus est moles publicarum & priuatarum pœnarum. De hoc modo dicit psalmus 89. Propter iniqitatem corripis filios hominum, id est, peccatum est præcipua causa malorum in genere humano. Nec aliud sunt pœnae publicæ & priuatæ, quam monitrices & concionatrices de peccato & ira Dei.

Quartus modus est omnium grauissimus & tristissimus, videlicet sensus iræ Dei. De hoc modo dicitur Deuteronomio 4. Deus est ignis consumens: & Ezechias rex, oppressus graui & mortifero morbo, & sentiens in corde iram Dei, tanquam fulmen & horribile incendiū, exclamat, Esaia 38: Sicut leo contriuit omnia ossa mea. Et Jonas in ventre ceti, cap. 2. Omnes fluctus tui & procellæ tuæ me obruerūt. Hi quatuor modi, quibus arguitur & monstratur nobis peccatum, semper sint in conspectu, ut emendetur in nobis securitas, nec laxemus fræna peccato, & ne dominetur in nobis peccatum. Quos enim non sanat pharmacum, id est, vox ministerij, his Deus adhibet unctionem & sectionem, hoc est, incutit nobis pauciores conscientiæ, & opprimit sensu iræ suę, & foris circundat signa reatus, in quibus sani omnes fatentur, si iustè puniri, ut Mauricius interfactus à Phoca, cum coniuge nobilissima, & liberis generofissimis, dixit: Iustus es, Domine, & iustum iudicium tuum. Hæc ideo recitaui, ut studiosa iuuentus cogitet, non inanem nec futilem doctrinam proponi, quando differitur de peccato. Quod si quis agnoscit peccatum & iram Dei, is haud dubiè magnificat & miratur, & grato pectore amplectitur remissionem peccatorum, quam meruit nobis obedientia Filii Dei, quæ nobis imputatur propter hunc Mediatorem gratis, si modò vide eum amplectimur.

Distribuemus autem totum hunc Locum in sex capita. Primum continet definitionem peccati generalem. Necesse est enim prius dici de genere, postea de specie. Secundum caput est prima diuisio peccati in originale & actuale. Tertium complectitur causas & effectus peccati originalis. Quartum explicat questionem de tabulis fractæ nauis, id est, reliquiis bonorum in natura nostra post lapsum. Verè enim comparatur homo post lapsum naufrago, qui amisit & merces, & fregit nauem. Quintum est doctrina de peccato, quod manet post baptismum in sanctis, de quo sæpe queritur, an sit peccatum, & quale sit. Sextum est altera diuisio peccati, quod est aut regnans aut non regnans, seu veniale & mortale. Quia vero in ipso libello Locorum Theologicorum hæc tota doctrina perspicue

explicata est, non erimus prolixii in dictando, sed summa tantum rerum fastigia sequemur.

Quid sit peccatum in genere.

C A P. I.



PTIMA methodus est, quæ orditur à genere, & à thesī progreditur ad hypothesin. Monachi sic definiunt peccatum: Est cogitatum, dictum vel factum contra Legem Dei. Estne hæc definitio bona? Omnis definitio debet conuerti cum definito, ne sit angustior vel amplior definitio. Sed hæc prorsus nihil dicit de radice & fonte peccatorum, id est, de originali peccato, ideo est vitiosa definitio. Dixi aliâs, post conuētum VVormatiensem, anno 41. veram & integrām definitiōnem peccati esse constitutam. Nam ante hunc conuentum non fuit visitata nec in scriptis, nec in lectionibus præceptorum ista definitio.

Brevis & erudita definitio peccati, quæ est communis peccato originali & actuali, in epistola Iohannis, cap.3. traditur: ἡ ἀπάτη ἐστὶν ἀρούρια, id est, peccatum est, non congruere cum Lege Dei.

μεταβολή distribuo. Hinc νόμιμος, legitimus, id est, congruens cum lege. Αὐτὸς est violator legis, repugnans legi. Iustitia est quiddam νόμιμον, congruens ad legem, legitimum. Iniustitia est quiddam ἀνομον.

Vt enim priuationes definiuntur collatione habituum (rerum positiuarum) vt cùm dicimus, tenebras esse priuationem lucis: ita Iohannes rectissimè definit: peccatum esse, quidquid est contrarium Legi Dei. Norma est Rom. 4. extat axioma Theologicum, declarans fontem defini-

tiæ iustitiae

iustitiae Lex Dei, quae est sapientia in Deo æterna & immota, cuius radij transfusi sunt in rationales creatureas, & quæ in promulgatione Decalogi repetita est: Contraria huic normæ & sapientiae suæ Deus damnat, & peccata nominat, & propter ea sonibus irascitur, & eos destruit. Ac appareat, Iohannem motum esse licentia eorum, qui ex gentibus ad Ecclesiam cōuersi erant, quibus ostendenda fuit norma, unde iudicarent, quæ mala sint à Deo damnata. deducit igitur nos ad Legem, quam recte vult intelligi. Intelligatur autem in.

hac descriptione & hoc, quod propter hanc *avopia*, id est, violationem Legis, homo sit reus ire Dei, sicut Lex ipsa inquit: Maledictus, qui non manet in omnibus, quæ scripta sunt in Lege. Est igitur peccatum, quicquid pugnat cum Lege Dei, propter quod & persona rea est, nisi fiat remissio propter Filium.

Lex & iustitia sunt vocabula correlativa, *αντισηφορτα*. Vt enim iustitia est obediētia erga Legem diuinam vel humanam (iam enim loquimur in genere) sic econtrariò Lex est regula iustitiae: *δικαιον* εσινιμιον, inquit Aristoteles comprehendens hoc dicto *αντισηφορω*, id est, reciprocationem inter iustitiam & legem. Iam verò ex Dialecticis constat, in eodem prædicamento esse vocabula priuatua & positiva, vt corpus viuum & cadauer sunt in substantia: lux & tenebrae in qualitate. Vt igitur iustitia est quiddam *νομιμον*: sic priuatio iustitiae est *ανομια* pugnans cum lege. Sed dicat aliquis, nimis esse breuem definitionem Iohannis: Respondeo. Si recte intelligatur Lex, sicut alibi enarratur copiosius, definitio erit optima. Complectitur enim Lex hac quatuor. 1. præceptum. 2. prohibitionem. 3. promissionem. 4. comminationem. Vt in primo præcepto Deus præcipit, vt eum solum agnoscamus esse verum Deum, quem colamus fide, spe,

nitionis, vbi est Lex, ibi non est peccatum. Declarabo hoc exemplo scholastico. Quādō nulla extat lex prohibens affectationem nouitatis in vestitu, tunc illa affectatio non potest à magistratu puniri. Sed quamprimum lex est condita, prohibens vestitum indignum scholasticis personis, tū illa affectatio est peccatum dignū poena seu multa. Ita si non esset lex transfusa in nostras mentes in creatione, & non esset repetita in monte Sina & alibi, actiones nostræ non essent peccatum. Vbi autem lex est, ibi actio contra legem est peccatum.

patientia. Deinde prohibet: Non habebis alienos Deos , id est , non habebis idola, opiniones falsas , & quicquid est contra veram notitiam Dei. Tertiò addita est promissio: Ego benefaciam multis milibus, qui seruant mandata mea. Quartò, additur comminatio: Ego sum Deus fortis zelotes , visitans iniuriam patrum in filios , &c. Hæc quatuor considerentur in appellatione ἀρχαίας apud Iohannem , & apparebit, eum loqui tanquam artificem , & complecti hac definitione vtrumque: materiale & formale peccati.

Cùm autem vocabulum peccati sit relativum, quæramus fundatum & terminum, inter quæ tāquam extrema, relatio peccati versatur. Est igitur fundatum huius mali: inobedientia pugnans cum norma iustitiae diuinæ. Terminus est iustissima ira Dei damnantis & puniētis hanc inobedientiam horrendis & tristibus poenis publicis & priuatibus, præsentibus & æternis. Nequaque igitur dicendum est, relationem nihil esse nisi cogitationē, cùm sit vel applicatio, vel ordo fundamenti ad terminum.


Sæpe autem in Scriptura appellatio peccati usurpatur loco absoluti, id est, loco fundamenti aut termini, vt 2. Corinth. 5. Eum, qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatum.

In huius dicti priore parte peccatum significat fundatum, id est, prauam concupiscentiam [ἀραιαν φύσιν] & quascunque actiones pugnantes cum Legi Dei. Horum malorum prorsus nihil fuit in Filio Dei , non praua inclinatio, non defectus vitiosi, non vllæ vitiosæ actiones. Sed fulsis in eo agnitio firmissima æterni Patris , arsit in eo sumimus amor æterni Patris, & certæ pulcherrimæ virtutes. Postea cùm dicitur: Hunc fecit peccatum, significatur terminus, non fundatum, id est, quiddam reum, sustinens iram Dei, & abiectum in tristissimas poenas. Iacet Filius Dei prostratus coram æterno Patre, sentiens iram

In dicto Pauli simul consideretur amplitudo bonitatis & misericordiæ Dei erga genus humaanum. Nos miseri & infirmi homines leui iniuria irritati, sumus implacabiles. Sed Deus nequam est οὐαρδός. Sed tanta est ipsius bonitas, vt quanquam toutes à nobis non leuiter, sed atrocissimè lœsus, tamen inchoet reconciliationem, & quadam amoris abundantia nobis offerat veniam. Id significat Paulus inquietus: Legatione fungimur & Dei

Dei aduersus peccata nostra eſſu ſam in iпſum, perinde ac ſi ſepol-
luiſſet meiſ, tuis, & omnium te-
tris ſceleribus. Sed huius ſen-
tiæ amplitudinem nec angelorum,
nechominum eloquentia
ſatis exponere potest. De ſum-
ma vtcunque commoneſeci iu-
niores, vt hoc dictum conſide-
rare & amare diſcant: deinde,
vt cum videbunt fieri vocabula
illuſtriora recte ad Dialecten
accommodata, magis amēt hæc
ſtudia paruarum artium, quæ
rationem docendi & explican-
di monſtant.

& quidem graui. At Deus toties à nobis offensus non poſtulat pœ-
nam ſeu ſatisfactionem, pro noſtro peccato & inobedientia, ſed vo-
luit Filium ſoluere λύτρα pro nobis. De his rebus omnibus
ſæpe & multum eſt cogitandum, vt excitemur ad con-
ſiderationem bonitatis diuinæ, & hac per-
moti, ſeriō agamus pœ-
nitentiam.



De prima diuisione peccati.

C A P. I I.



VIEVN QVE vtiliter in studio doctrinæ Christianæ versari volunt, non tantum cognoscant articulos, quos hactenus vtcunque repetiuimus, de Trinitate, de duabus naturis in Christo, de Spiritu sancto, de creatione & aliis materiis: Sed præcipua quadam diligentia cognoscant tres locos practicos, quorum primus est de peccato, alter de Lege, tertius de gratia. Nam Lex est speculum peccati, id est, morbi, quo natura humana iacet oppressa. Gratia est remedium efficax & salutare opponendum peccato & penitentia peccati. Et quidem Paulus ipse in epistola ad Romanos, quæ est methodus vniuersæ Scripturæ sacræ, præcipue illustrat locos, de quibus dixi.

Constituta definitione peccati in genere, dicendum est de speciebus, quarum alia nominatur infobedientia seu *avopia* originalis, alia actualis.

Actuale peccatum à Bernhardo & aliis vocatur etiam personale. Singularis peccati species est blasphemia aduersus Spiritum sanctum.

Peccatum originale est reatus propter lapsum primorum parentum, & propter prauitatem fecutam lapsum primorum parentum in omnibus propagatis secundum naturam, quæ prauitas est multiplex caligo in mente de Deo, & concupiscentia repugnans Legi Dei, & propterea non tantum pena est, sed verè peccatum, propter quod & rei sunt æternæ iræ homines nascentes, nisi renascantur per Filium Dei.

etuti de peccato originis, ordine eant per præcipuas animæ potestias,

Qui ignorat peccatum originis, ignorat beneficia Filii Dei & Spiritus sancti. Ut qui morbum ignorat, ignorat etiam remedia. Peccatum originis est in prædicamento relationis. Fundamentum est qualitas secunda speciei, quæ vocatur naturalis impotentia, terminus est reatus. Nūc fundamentum consideremus. Ac iuniores assuefiant se ad hanc normam, vt cogitatur, vel di-

&

& quærant quid in singulis potentis sit ipsum peccatum originale. Hac enim consuetudine asequentur, ut & rectius intelligere & facilius meminisse, denique dexterius explicare doctrinam de peccato originali possint. Peccatum originale in mente, est multiplex caligo de Deo. Hæc non est otiosa, iners & ignava, sed parit tristes dubitationes de Deo & rebus diuinis, ut verbi causa, de essentia, de voluntate Dei, de prouidentia diuina, de certitudine sacræ Scripturæ, de promissionibus & cōminationibus diuinis, de præsentia Dei in Ecclesia, denique de futuro iudicio. Non igitur extenuemus, sed vero gemitu deploremus hoc vitium, & petamus à Filio Dei, ut sit nostrorum mentium illuminator, pulsis tenebris nobiscum nascentibus. Deinde in voluntate peccatum originale est concupiscentia, ut Scriptura loquitur, id est, auersio voluntatis à Deo, tāquam obiecto summo & præcipuo, quod voluntas expetere maximè, & ad quod conuersa & directa esse debebat. Hæc auersio est mater fœcunda, gignēs securitatem, qua contemnitur, aut certè negligitur iudicium Dei aduersus peccatum, & parit hæc auersio diffidentiam fugitantem Deum, & impatientiam ac fremitum aduersus Deum in ærumnis. Denique alia mala innumerabilia ex hoc fonte manant, qui nominatur auersio voluntatis à Deo. Tertiò, peccatum originale in corde est concupiscentia, ἀταξία omnium affectuum cōtra Legem Dei. Nam post lapsum homo sè magis diligit, quām Deum, & magis timet homines, quām Deum, & ardet iniustis flammis amoris, odio, iræ, ambitionis, cupiditatis vindictæ. Denique tanta est peruersitas cordis humani, ut exclamat Ieremias 17. cap. Peruersum est cor hominis & ærumnosum, & inscrutabile. Hoc modo si per præcipuas potentias ducas peccatum originis, tanquam per methodi quæstiones, tota res erit illistrior. Sed si quis quærat, quæ sit sedes huius materiae de peccato originis? Respondeo, caput quintum epistolæ ad Romanos est præcipua probatio doctrinæ de peccato originis. Sunt quidem in sacris literis paßim sparsa dicta de peccato originis, sed valde brevia, quæ indigent longiore declaratione. Caput vero quintum ad Romanos est luculenta concio de hoc malo, quod vocatur peccatum originis. Ideo qui volunt hunc locum rectè cognoscere, faciant id sibi familiarissimè notum. Quod ad Patres attinet, nemo inter omnes Græcos & Latinos rectius sensit & scripsit de hac materia, quām Augustinus in libris cōtra Pelagianos, & de ciuitate Dei. Nam ut reliqua eius scripta omittam, quibus præclarè refutat negantes

peccatum originis aut extenuantes: in libro 13. & 22. de ciuitate Dei ita differit de hac materia, ut haud sciam, an possit aliquid præterea requiri. Reliqui Græci & Latini non sic elaborarunt in hac materia, ut Augustinus, cui præbuerunt occasionem copiosius disputatione Pelegianæ blasphemiarum.

Cùm autem ex priuatione aliquo modo iudicari possit de habitu [*dere positua*] è regione consideremus, quid sit iustitia originalis seu imago Dei, de qua etiā suprà dictum est.

Iustitia originalis significat & acceptationem & rectitudinem, quæ fuit ante lapsum, vide licet lucem & firmam agnitionem Dei in mente hominis, & congruentiam voluntatis & cordis cum Deo, qui in hominibꝫ, velut in templo suo habitasset, & suam sapientiam, iustitiam & laxitatem eis communicasset, si non essent lapsi. Hæc omnia significantur nomine iustitie originalis, sicut clare testatur Paulus enarras imaginé Dei Ephes. 4. & Coloss. 3.

gitentur dicta Pauli de imagine Dei in homine, Ephes. 4. Coloss. 3. quorum summa hæc est: Homo est conditus in vera agnitione Dei. Deinde in iustitia & sanctitate vera, id est, iustitia originalis non est tantum relatio seu acceptatio diuina, qua placuerunt Deo primi parentes, sed etiam qualitas secundæ speciei, videlicet potentia naturalis. In mente quidem lux & agnitus Dei firmissima procul segregata ab omni errore & dubitatione. In voluntate & corde fuit congruetia, consonantia, harmonia suauissima cum Lege Dei, id est, ardens dilectio Dei, purus amor proximi, sicut Lex diuina præcipit: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum, sicut te ipsum. Et talis erit iustitia omnium beatorum in vita æterna, quædo Deus erit omnia in omnibus.

Actuale

Actuale est omnis actio pugnans cum Lege Dei, siue sit in mente, ut dubitationes de Deo, siue in voluntate & corde, ut incendia malorum affectuum, siue in membris externis, ut externæ actiones pugnantes cum Lege Dei.

peccati, Legis, gratiæ. Mens humana sine verbo & Spiritu sancto, nec peccatum originis intelligit, nec Legem, nec gratiam promissam propter Mediatorē, sed hęc omnia rationi ignota in verbo monstrantur. Quare non putemus esse doctrinam vulgarem & omnibus notam, quæ de peccato, Lege & gratia traditur. Si enim Ecclesia non haberet verbum & Spiritum sanctum, nemo ista sciret aut intelligeret, quid sit peccatum, quid Lex postulet, & currecipiamur à Deo in gratiam.

Sed nunc de originali dicamus: Quia Pelagiani & alij prophani homines contenderunt, aut nihil esse peccatum originis, aut tantum esse peccatum, non peccatum. His furoribus opponenda sunt dicta Prophetica & Apostolica, quæ affirmant, omnes homines propagatos carnali generatione afferre sicutum prauitatem, quæ & iniuricitia est aduersus Deum & damnata à Deo.

pinguntur. Sed hęc ideo excogitantur, ut reddi possit ratio ἀνομίας apparentis. Nam aliás tardissimè Sol mouetur, ut circa solstitium, aliás celerrimè, ut in bruma. Quae igitur est ratio huius diversitatis? Hanc ut reddere possent mathematici, attribuerunt Soli eccentricum orbem. Sic enim dari potest ratio, cur & quando celestius, quando tardius Sol moueat. Quod igitur Mathematici de eccentricis & epicyclis dixerint, hoc aliqui prophani transtulerunt ad doctrinam de peccato originis.

Roman. 5 Propter inobedientiam unius, peccatores sunt multi.

Actuale peccatum etiam ratio intelligit, sed originale peccatum ratio non intelligit. Vnde psalm. 51. inquit: Sapientiam absconditam manifestasti mihi &c. Sapientiam vocat veram agnitionem

Fuerunt nostra memoria aliqui pseudotheologi, qui ausi sunt dicere, doctrinam de peccato originis esse similem hypothefibus mathematicis de epicyclis & eccentricis. Mathematici in celo sculsi punctum machinas, quarum aliæ eccentrici orbes vocantur, aliæ epicycli. Non autem sentiendum est, reuera tales esse machinas,

quales in Theoricis planetarum

Item: Propter vnius delictum condemnatio peruersit in omnes. Est ergo aliquod propagatum peccatum, cuius pena est mors etiam in his, qui non habent actualia delicta, ut in infantibus. Nam si nulla esset propagatio peccati, non posset dicere Paulus, ceteros propter Adam habere peccatum. Expressè autem dicit: Mors peruersit in omnes, quia omnes peccauerunt, id est, omnes habent peccatum, & in vocabulo peccati intelligatur prauitas & reatus, quia hic Paulus phrasē Hebræa vtrumq; complectitur.

cis, sed etiam de ciuitate Dei, vbi lib. 22. cap. 24. etiam hoc dictum extat: In malo originali duo sunt, peccatum atque supplicium.

Roman. 3. Omnes peccauerunt, id est, habent peccatum, & sunt rei, & carent gloria Dei, id est, iustitia, quæ est integra conformitas cum Deo sine peccato, sine morte, propter quam Deus hominem diligit, & non destruit.

Roman. 7. Inuenio aliam Legem in membris meis militantem contra legem mentis meæ, & rapientem me captiuum Legi peccati, quæ est in membris meis. Vocab enim Legē in membris [id est, in potentissima anima] cæcas dubitationes & impetus auersos à Deo, errantes flamas cupiditatum, impatientiam in cruce.

Roman. 8. Sensus carnis est inimicitia aduersus Deum. Legē enim Dei nec subiicitur, nec subiici potest. Hæc sententia tristem descriptionem proponit hominis non renati, qui vel securus contemnit

Quare omnes potenti morti obtemperant? Quia omnes peccauerunt. Non intelligas vocabulum peccati, Latino more, de actione, sed de malo, quod in nobis hæret, & radices altè egit, & propagatur in vniuersos posteros. Omnes peccauerunt, id est, omnes habent peccatum, & propter hoc malum sunt rei æternæ iræ Dei, sermo Pauli est breuis, sed neruolus. Singula verba Pauli sunt singula pondera. & testimonia. Magna debetur Augustino gratia, quod hunc locum illustrauit non solum in libris eleætis,

Verba Pauli magis erudiunt lectorem, quæ omnes commétiarij & disputationes humanæ. Nam vñus aphorismus Pauli pluris faciendus est omnibus scriptis humanis.

temnit iudicium Dei, vel perterrefactus fremit aduersus Deum, & in tota natura circumfert magnam confusionem dubitationū & affectuum. Non enim de externis gestibus loquitur Paulus, sed de interioribus malis, quæ sunt tenebrae & dubitationes, & prauæ inclinationes.

Ephs. 2. Eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Non loquitur Paulus de actualibus delictis & de exemplo Adæ, sed de propagatione peccati. Nam ab Adam propagatur natura rea, habentis peccatum, & morti obnoxia.

Pelagiani dixerunt, homines tantum ideo peccare, quia sunt imitatores alieni exempli, videlicet primorum parentum. Contrà verò Paulus clamat: Eramus natura filij iræ.

Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei: cùm necessaria sit regeneratio, manifestum est, veterem naturam immundam & ream esse.

fici loquuntur: præsentibus habitibus *ἐνδελέχεται*.

Exemplum. Quando hic paries est albus, non indiget fidelia, vt dealbetur. Sic quando aqua est calida, non indiget calefactione. Quia igitur nos indigemus regeneratione, manifestum est, primam generationem esse immundam, pollutam, ream &c.

Psal. 51. Ecce in iniuratis conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hæc verba clarè testantur, peccatum aliquod à parentibus in natos propagari.

Est fallacia accidentis. Non accusat psalmus ordinem coniugij sanctum diuinitus in paradiso, & postea multis testimoniosis diuinis approbatum, sed deplorat *ἀταξίαν*, id est, cōfusionem appetitionum,

Brevis est hic aphorismus Pauli, sed perspicuè de peccato originis docet. Disertè inquit, nos esse filios iræ, id est, addictos iræ, non exemplo, non imitatione, non tantum assuefactione, sed natura, id est, naturali propagatione, sicut in hanc lucem nascimur.

Vnde hoc sequitur? Christus dicit Iohan. 13. in historia de locatione pedum: Qui lotus est, non indiget vt lauetur, id est, vt physici loquuntur: præsentibus habitibus in materia cessat *ἐνδελέχεται*.

Sic argumētor: David inquit: In peccatis concepit me mater mea. Ergo coniugium est peccatum, & per consequens, res Deo displicēs, & ab eo damnata. Quia quidquid est peccatum, est abominatio coram Deo. Respondeo.

quæ accedit ad opus Dei, id est, ad opus generationis, quod certè nō est humanum, sed diuinum quiddam. Hæc ideo dico, ne quis abutatur dicto psalmi ad vituperationem coniugij.

Geneſ.8. Cogitatio cordis humani mala est à pueritia. Eadem est sententia dicti Ieremiæ 17.

cap. Prauum est cor hominis & ærumnosum, & inscrutabile. **Tria mēbra sunt huius aphorismi. Primū est, quod dicit: Cor humanum esse prauum, peruer-**
suū, distortum: Id enim significat propriè Hebraica dictio, quæ hoc loco ponitur. Hoc epitheton describit ἀταξίαν cordis humani, quod in rebus secundis est insolens, tumidum & inflatum. Quia parua fortuna potest hominem inflare:

*Nescia mens hominum, inquit Poëta, sati sortisq; futura
Et seruare modum, rebus sublata secundis.*

Item: Luxuriant animi rebus plerunque secundis.

Nec facile est aqua commoda mente pati.

In historia Imperatoris Seueri extat memorabile exemplum de aulico homine Plauciano, qui ex summo fastigio dignitatis præcipitatus est in tragicas calamitates. Est enim interfectus à Seuero. Ac Imperator ipse de eo in Senatu dixit: Videtis quām rara, & quām ardua & difficilis virtus sit, moderatè vti rebus secundis, & non efferrī fortunæ fauore. Econtrà in aduersis cor humanum est timidum, fugax, trepidum, quærens inconcessa præsidia & remedia dolorum.

Secundum membrum est ærumnosum, quod epitheton describit pœnas peccati: quia in malo semper sunt duo consideranda, ipse defectus pugnans cum Lege Dei, & pœna, quæ iusto ordine comitantur defectum. Quid autem ærumnosius est corde humano in vita & morte? quām tremit, quām trepidat sæpe ad sonitum folij cadentis?

Tertium membrū est exclamatio seu ἀνύπατος. Quis potest enarrare vel peruerstatem, vel prauitatem, vel ærumnas cordis humani? Omnia poëtarum eloquentia est consumpta in miseriarium humanarum descriptione & deploratione. Sed nullus tragicus poëta, quantumvis copiosus & splendidus potuit exhaurire hunc fontem miseriarium.

Etsi autem dicta Prophetica & Apostolica brevia sunt: tamen pia cogitatione euoluenda sunt, & magnitudo miseria nostræ cogitanda

gita uila est, ac iram suam Deus & in his dictis patefecit & ostendit in mole calamitatum generis humani in morte, morbis, fame, bellis, vastationibus & aliis æ-
rumnis. Agnoscamus igitur i-
ram Dei, & confugiamus ad Me-
diatorem. Taxemus etiam cæ-
titatem eorum, qui contendunt
hos defectus in homine, non es-
se propriè loquiendo peccata.

Constantinopolis circa hoc
tempus capta est à Mahometo,
ante annos 111. anno Christi 1453.
die 29. Maij. Ideo exempli causa
contētus ero breui recitatione hi-
storiæ huius vrbis, ut cōspiciatur
ira Dei in penis publicis. Cōstan-
tinopolis est ciuitas potentissi-
ma, sita in loco maximè opportuno, videlicet in Thracia. Totum

triennium à Seuero Imperatore acerrimè obsessa est & oppugnata,
ac tanta fuit pertinacia Bizantiorum, vt ventum sit propter famem
ad carnes humanas. Ad extrellum facta est deditio, ibi iussit Seuer-
rus, non solum multos interfici, sed etiam muros vrbis dirui, & ante
oculos prosterni. Sed hanc vrbem dictam olim Bizantium, instau-
rauit Constantinus Magnus, & quanquam nouam Romanam voluit
appellari: tamen consuetudo sermonis obtinuit, vt diceretur Con-
stantinopolis. Transtulerat enim Constantinus sedem imperij ex
Italia in Thraciam. Hanc vrbem à Constantino instauratam & am-
plificatam, Mahometus Turcicus tyrannus ante 111. annos cepit.

Quanta verò vsus sit crudelitate in victoria, longum esset com-
memorare. In hoc exemplum intuentes, precemur à Deo,
vt mitiget poenas, quas nostra peccata quotidie
merentur, nec finat fieri tales vastationes
in Germania, quales in illa vr-
be factæ sunt.



De causis & effectibus peccati originis.

C A P. I I I.

RI A sunt grauissima testimonia, quæ ostendunt magnitudinem peccati originalis. Dignitas victimæ [Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi] magnitudo calamitatū humānarum, & lapsus sanctorum. Nam extremitatis morbis extrema remedia, ut ait Hippocrates, opponēnda sunt. Quare cùm hoc malum non aliter, nisi sanguine Filij Dei tolli atque deleri potuerit, perspicuum esse debet, quanta sit huius mali atrocitas. quām grauia sint vulnera, pro quibus necesse est Christum Dominum vulnerari. Si enim non essent hæc ad mortem, & quidem ad mortem sempiternam, nūquam pro eorum remedio Filius Dei moreretur.

Quid dicam de mole poenarum? quam non modò adulti, sed etiam infantes sustinent. Est autem Deus iustus, seruans æqualitatem in puniendis delictis.

Deus est æqualis, neminem afficit iniuria.

Postremò considerentur lapsus sanctorum, vt Mosi, Aaronis, Dauidis & aliorum, qui peccarū securitate, diffidentia, superbia, impatientia & multis flammis cupiditatum. Hæc symptomata non obscurè ostendunt, quanta

Apud medicos sectio & virtus nominatur extrema remedia.

Bernhardus sermone 3. de natali Domini. Ex consideratione remedij, morbi mei æstimo quantitatem. Item : Agnosce homo,

Voluntatis diuinæ, quæ est immutabiliter bona, omnes effectus boni sunt. Cùm igitur videamus penas peccati in infantibus, quis dubitet Deum iuste punire aliquod peccatum, quamvis arcanum in infantibus, quia

Certum signum, quod monstrat magnitudinem peccati originis, est lapsus sanctorum. Si enim hoc malum tam est potens vis

vis morbi in natura nostra hæ-
reat.

& efficax in renatis, quid existi-
mandum est de non renatis, in
quibus dominatur peccatum,
quod nec est remissum, nec sanatum aliquo modo per Spiritum san-
ctum? Si sancti homines labuntur, quantò facilius est labi, halluci-
nari, errare non renatos? Mosi lapsus fuit dissidentia & dubitatio.
Exodi 17. Cùm enim Moses iussus esset baculo percutere petram, vt
inde eliceret aquam, bis pulsauit petram trepidè in magna conser-
natione & dubitatione. Etsi autem nobis peccatum videtur esse le-
ue, puerile, negligendum: tamen propter id iussit eum Deus mori,
ne posset ingredi in terram promissam. Lapsus Aaronis describitur
Exodi 32. Absente Moysè populus coepit tumultuari, mouere sedi-
tiones, quibus permotus Aaron, vitulum aureum fabricauit, vt
quoquo modo demulceret animos vulgi. Daudis lapsus quotidiana-
nis vocibus celebratur. Nam rapiens alterius coniugem, interfecit
maritum, & paulò ante mortem numerauit populū, proculdubiō
superbia aut ambitione, vt ostenderet creuisse regnum suis victoriis
& rebus gestis.

Vt autem tota doctrina de peccato originis magis fiat perspi-
cua, causas & effectus ordine recitabo:

Causa efficiens peccati originalis est Diabolus & voluntas pri-
morum parentum, quæ cùm esset libera, sua sponte auertit se à ver-
bo Dei, nec retinuit obedientiam erga Deum. Ideo, quia dona ac-
ceperant primi parentes pro to-
to genere humano, & personæ
eorum repræsentabant totam
posterioritatem, fit rea posteritatis
propter eorum lapsum, & quia
ipsi amittunt prima dona, tales postea gignuntur, quales ipsi sunt,
amissis donis, id est, afferunt te-
nebras de Deo, & auersionem à
Deo, & non sunt templa Dei.
Quare nec lucem diuinam, id
est, firmam affectionem de Deo,
nec motus diuinos habent, nec
vires possunt cōgruere cum Le-
ge Dei.

Quia in lumbis Adæ, vt loqui-
tur Augustinus, fuit totum ge-
nus humanum.

Est vetus disputatio, & non
dum adhuc explicata, & quæ nū-
quam explicabitur in hac vita:

An animæ nostræ propagentur
ex traduce, id est, oriuntur ex vi
& natura seminis parentum: An
verò creētur diuinitus post cor-

porum formationem in utero. Hæc quæstio, vt dixi, neque explica-ta est hactenus, nec poterit etiam ab ullo hominum explicari, quia creatio & conseruatio rerum sunt opera diuinæ potentiaz, sapientiaz, bonitatis, quæ nunquam possunt exhauiriri. Sed siue ex traduce & vi-seminis, seu alio modo dicas propagari animas: necesse est fate-ri hoc: tales procreari à primis parentibus, quales post lapsum ipsi fuerunt. Ut enim leprosus gignit leprosos, & multi morbi à parenti-bus propagantur in natos: sic certum est, ab immundis immundos, à peccatoribus peccatores gigni & procreari. Hæc dico, vt cogitetis, quas metas habeat humana cognitio, quo usque progredi possit, & vbi debeat consistere. Simplicissimum est quod Augustinus dicit: Sicut in lumbis Abrahæ Leuitica tribus est decimata, & soluit Mel-chisedecho decimas: Genes. 14. Hebr. 7. Ita nos omnes peccauimus in lumbis Adæ. Recitatitur autem historia lapsus primorum hominum in scripto Mosi antiquissimo, quod Genesin appellamus, capite 3. Quod caput diligenter legi & considerari debet, quia in eo recitatitur historia, non solum de lapsu primorum parentum, sed etiam de re-stitutione seu instauratione Ecclesiæ, quæ profecta est magnum mi-raculum & maius opus ipsa creatione. Imo nisi Deus post lapsum in-staurasset Ecclesiam, edita promissione de venturo liberatore, nul-la fuisset in genere humano Ecclesia, & frustra conditum fuisset pul-cerrimum hoc theatrum cœli, terræ, maris & aliarum rerum.

Iam cogita & de lapsu magnitudine & de miseria nostræ natu-ræ. In primo lapsu multa sunt delicta. Primum est dubitatio de verbo Dei. Secundum est a-missio fidei. Non enim credunt Deo minitanti pœnam, sed fasci-nati speciosa promissione Dia-boli desinunt metuere pœnam, & ardent illa cupiditate maio-ris gloriæ: Eritis sicut dij. Tertium est curiositas discedens à verbo, & quærens aliam sapientiam. Quartum, superbia, qua volunt se magnificare. Quintum, con-temptus Dei, cùm violent man-datum contra conscientiæ. Sex-tum, quod anteferunt Diabolum Deo. Septimum, ingratitudo, quod

A Græcis dicuntur delicta ἀμπλακήματα, quasi intricata, implicata, quia nullum peccatum est solum, sicut nulla virtus est sola. Sed sicut vni virtuti multæ aliae sunt adiunctæ: sic vni pecca-to multa alia implicantur.

Omne peccatum contra con-scientiam, est contemptus Dei.

quod expellunt Spiritu Dei in ipsis habitantem, & illam æternam coniunctionem cum Deo aspernantur. Octauum, homicidium sui & totius posteritatis, & quod hic lapsus est ianua onium scelerum & miseriarum totius posteritatis.

apertam portam, peccatum in mundum, & per peccatum mors, qua appellatione omnes significantur calamitates publicæ & priuatæ. sicut panis quotidianus significat omnia commoda corporis necessaria in hac vita: ita mortis appellatio complectitur omnes calamitates publicas & priuatas. Et regnauit, scilicet tyrannice. Morbi sunt ~~metēdōpos~~ ad mortem.

Tatus aceruuſ [συναθροιſμὸς] ingentium delictorum fuit in hoc lapsu, de quo propter multas causas diligentissimè cogitandum est.

Augustinus, qualis & quanta fuerit ante lapsum dignitas hominis & præstantia, & quanta in ipso lapsu superbia & ingratitude, vt de ceteris non dicam. Homo non tantum à Deo creatus fuit, sicut alii res omnes, sed etiam ad imaginem & similitudinem Dei conditus. Genes. i. Deinde homini attributum dominium erat in omnes creaturas, iuxta illud: Dominamini piscibus maris, &c. Præterea homo non accepit multas leges, sed unicam tantum, de arbore scientiæ boni & mali. & poterat facile nullo negotio illam legem obseruare. Sed sophistica Diaboli adeo de sua mente & sanitate deturbatus est, vt superbè Deū contempserit, sua dona neglexerit, imò abiecerit, & tam ingratus fuerit, vt aspernaretur æternā coniunctionē cum Deo, cuius nexus & gluten erat Sp. S. habitans in corde, tanquam in téplo & domicilio suo. Sic argumētabatur autē primi parētes post lapsum, ante editam promissionem de Mediatore: Iustitia Dei est immutabilis. Iustitia Dei est, vt inobedientes pereant. Ergo decretum est immutabile de exitio generis humani, iuxta dictum: Quocunque die comederitis de arbore scientiæ boni & mali, moriemini. Ex hoc ar-

Spiritus sanctus est gluten, κόλλα, quo copulamur cum Deo, 1. Corinth. 6. qui habent Spiritū Dei, efficiuntur vnum, id est, copulantur cum Deo.

Obseruentur pondera verborum in dicto Rom. 5. Per vnum hominem intravit, tanquam per

apertam portam, peccatum in mundum, & per peccatum mors, qua appellatione omnes significantur calamitates publicæ & priuatæ. sicut panis quotidianus significat omnia commoda corporis necessaria in hac vita: ita mortis appellatio complectitur omnes calamitates publicas & priuatas. Et regnauit, scilicet tyrannice. Morbi sunt ~~metēdōpos~~ ad mortem.

Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei cap. 15. verè & fine Rhetorica exaggerat & amplificat magnitudinem primi lapsus eodem ferè modo, quo breuiter nos summā rei complexi sumus. Cogita,

gumento non poterant se extricare primi homines. Nobis ex Euangelio facilis est responso. Sic igitur respondeo ad Minorem: Iustitia Dei est, ut pereant inobedientes, scilicet, non persoluta poena, quam soluit Filius Dei deprecans pro genere humano, & iram Patris in se deriuans inenarrabili misericordia. Hanc solutionem monstrauit Deus in promissione: Semen mulieris conteret caput serpentis. Nulla creatura potuit soluere hoc argumentum, sed omnes creature concesserunt præmissas & conclusionem. Sed Filius Dei protulit solutionem ex arcano suu æterni Patris, quia monstrauit mirabile iustitiae & misericordiae Dei temperamentum. Misericordia Domini, inquit Ieremias, quod non consumpti sumus: ita inenarrabilis bonitas & misericordia Dei est, quod non totum genus humanum deletum est, & abiectum inter Diabulos, & redactum in nihilum, sed ut satisficeret iustitiam Dei, quæ est immutabilis, Filius factus est supplex Patri, & deprecator pro genere humano, promisit se satisfacturum Legi diuinæ pro peccatis.

Magnitudo verò miseria nostræ cōspicitur in effectibus primi lapsus, de quibus paulò post dicam.

Materia in qua, est anima, quia in mente humana est caligo gignens tetras dubitationes de prouidentia, de comminatio- Psal. 73. illustri hypothesi pin-nibus & promissionibus Dei. gitur felicitas impiorum. Non sunt in ligaminib^o mortis. Postea recitatior obiectio, quæ multos duriter exercet, Mei autem penè moti sunt pedes, & effulsi sunt gressus, quod singulis diebus castigor duriter, sed si iudicarem, sicut illi, reprobarem vniuersam generationem filiorum tuorum. Summa hæc est: Bonis debet bene esse, malis malè, quod nunc abest. Ergo cœpi aliquantulum de prouidentia dubitare propter hanc inæqualitatem & confusionem euentuum, sed me reuocauit ab hoc errore verbum Dei, quod expresse affirmat, Deum verè curare genus humanum, & suo consilio dare bona & mala, piis & impiis.

Deinde in voluntate auersio Dei, unde sunt ingentia mala, securitas, neglectio iræ Dei, diffidentia, amor nostri [φιλαντία] inordinatus, & multiplex prauainclinatio. Postremò, in corde horribilis contumacia, gignens er- Ioseph erat adolescens, septem decim annorum, prestantis non rantes

rantes appetitiones & flamas pugnantes cum Lege Dei, iniustos amores, iniusta odia: ita loco morbi [metaphora medica] ut sic dicam, monstrato, proprius aspici malum potest.

Sic argumentor: Paulus Roman.8. inquit: Corpus mortificatur propter peccatum. Ergo non sola anima est subiectum peccati, ὑποκέμενον, materia in qua, sed etiā corpus, quia si corpus esset expers peccati, non sustineret tam atroces penas, putrefactionem & resolutionem in quatuor elementa. Respondeo. Anima est principale subiectum peccati. Corpus est subiectum peccati per συμπάθειαν, & tanquam instrumentum & organum, quo anima peccas abutitur. Differunt apud Medicos αὐτοπάθεια & συμπάθεια. Αὐτοπάθεια propria passio, Συμπάθεια compassio, id est, societas ægritudinis. Christus in cruce pendens est αὐτοπάθης, Maria & Iohannes sunt συμπάθεις, coepatiuntur Christo. Sic in corpore differunt αὐτοπάθεια καὶ συμπάθεια. ut cum male affectus est ventriculus, ei caput compatitur & dolet propter συμπάθειαν, quia magna est συμπάθεια vetriculi & cerebri. Ita in anima est αὐτοπάθεια peccati, quia est causa principalis & primum subiectum peccati. Corpus dicitur per συμπάθειαν peccare, quia magna est cognatio & dulcissima copulatio animæ cum corpore, cuius dulcedo sentitur in morte. Deinde, quanquam anima est principale agens: tamen corpus est organum, quo abutitur anima, quoties peccat. Ideo remisso peccato & viuificato Spiritu, transseritur mors in corpus, quia anima est immortalis, & organum destruitur ad tempus, donec instauretur & restituatur singulari bonitate Dei.

Formale. Duplex est formale: aliud peccati regnantis, aliud non regnantis. Formale peccati regnatibus est reatus, id est, illa relatio, qua persona propter vitium quoddam ordinata est ad æternas penas, nisi fiat remissio. Formale peccati non regnantis seu vitij, quod hæc epist. ad Hebr. est in natura, vocat adhæres-

Repetam argumentum vestitum: Forma est, quæ dat esse rei. In baptismo tollitur formale peccati, quia remittitur, tegitur & non imputatur, iuxta psal. 32. Beatitudo quorum testæ sunt iniquitates.

Ergo in sanctis nullum est peccatum. Deleta enim forma, de-

est defectus puerum peccatum.
gnans cum Legi Dei. Hæc explicatio perspicua est, nec implicat auditorem otiosis labyrinthis, quales sunt in doctrina Monachorum.

letur res ipsa.

Respondeo ad minorem. Tolum litar formale peccati regnantis, sed manet formale non regnantis, id est, ipse defectus cum Legi pugnans. De quo Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.

Fines seu effectus. Primus effectus, qui comitatur lapsum Ad ea & peccati propagationem, est horribilis ira Dei, damnantis & reiicientis hominem non regnatum. Si quis autem huiusmodi damnationem vel nimiam vel iniustam putat, metiri profecto nescit, quanta fuerit iniustitas in peccando, ubi tanta era non peccandi facilitas, ut ait Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 15.

Fines & effectus sæpe coincidunt.

Peccata distinguntur obiectis. Obiectum Euæ fuit pomum, res sanæ parua, ut videtur. Ergo lapsus primorum parentum est non valde magnus. Respondeo ad Maiores. Peccata distinguuntur obiectis minus principaliter. Sed principalis distinctio sumitur à causis internis in mente & voluntate. Peccatum Euæ non tantum versabatur circa pomum tanquam externum obiectum, sed principaliter circa legem Dei, quam mens intelligebat & voluntas volens violabat. Ergo non sequitur conclusio: lapsus primorum parentum est res parua & non magni momenti.

Secundus effectus est mors & calamitates omnes generis humani.

Ia potest euoluere eloquètia. Cicero ex Oreste Euripidis: Nulla tam terribilis fandi, id est, fati ratio est, neq; fors, neq; ira cælitum inuenitum malum, quod non humana natura patiendo ferat. Hæc Cicero in Tusculan. quæstio. ubi & hanc narrationem addit de Socrate. Is cum audiisset in theatro recitari hos versus ab histrione, pro sua autoritate, qua valebat propters sapientiam & ætatem, iussit hos versus repetere clara voce. Omnes autem tragediæ consumptæ sunt in hoc

Hoc est breue carmen, sed habet lögum epiphonema, id quod Erasmus de coniugio dixit. Nam calamitates generis humani null

hoc vno genere, deploratione scilicet humanarum miseriarum, neque tamen potuerunt exhaustire hoc pelagus malorum, & nos ludimus adeo securè in media morte.

Tertius est viciosa concupiscentia, quæ & pœna est in rea natura & peccatum. Sæpe enim peccata puniuntur peccatis, vt lapsus Dauidis punitur seditione mota à Filio.

Thucydides lib. 3. de seditione Corcyrea dicit: In seditione est omnis species mali. Nam in pace latent hominum vitia & mores. *η σάρις πᾶσαιδια κακοποιίας.*

Quartus effectus est tyrannis Diaboli, qui & corporalibus malis conatur perdere homines, & impellit eos ad peccata omnis generis, sicut de Saule & Iuda exprestè scribitur: Intravit in eum Satanus: & illi magni furores in cultu idolorum, fæuitia tyrannorum & bellorum ciuilium sunt manifesta opera Diaboli. Hæc recitatio causarum & effectuum aliquid lucis addit doctrinæ de peccato originis.

De reliquiis bonorum in homine post lapsum.

C A P. I V.



I C argumentor: Paulus Rom. 7. inquit: Non inuenio in me, id est, in carne mea bonum. Ergo nihil boni est in natura hominis. Respondeo ad antecedens. Nihil est boni in carne nostra, scilicet per se, aut per accidens. Peccatum per se est malum, id est, suo genere, sua natura. Deinde, quædam per se bona contaminantur per accidens, vt notitiae naturales, *εογναὶ φυσικαὶ*, & gubernatio locomotiarum. Multi versantes in explicatione doctrinæ de peccato originis, non meminerunt admonitionem grauissimam Augustini de vitandis contrariis hyperbolis, lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 24: Deus damnando, non

abstulit totam naturam, alioqui nec esset omnino. Item: In homine non penitus extincta est quædam velut scintilla rationis, in qua factus est ad imaginem Dei. Loquamur prudenter & circumspectè de singulis materiis Theologicis, & fugiamus hyperbolas, quarum alię nimium exaggerant, alię nimium extenuant res. Non corrūpimus doctrinam de peccato originis, etiam si cum Augustino, sacra Scriptura, & experientia fatemur, afflictas reliquias in natura adhuc reliquas esse. Nec facimus ex psalmo nauem, nec ex ruderibus domū, sed suum cuique locum tribuimus salua religione & veritate. Hac ~~receptaculo~~ vtendum est aduersus quosdam suspicaces, aut minus candidè iudicantes de explicatione huius doctrinæ.

Quemadmodum in tabula Apellis cœno cōspersa, exigua quædam vestigia apparent, quæ monstrant autorem, & ipsius operis excellentiam: ita in humana natura horribiliter spoliata & vulnerata à latronib⁹ Diabolis, paruæ reliquiae bonorum animaduerti & notari possunt.

parentum, & vita æterna. Hæc & similia vocantur gratuita bona. bona naturalia sunt vires & facultates in præcipuis animæ potentiis, ut lux in mente, & conuersio voluntatis ad Deum, & cordis obediētia erga Legem Dei. Deinde verissimè dicitur & hoc: Hominem spoliatum esse in lapsu bonis gratuitis, & vulneratum in bonis naturalibus. Nam homo amisit hæc gratuita, videlicet acceptationem diuinam, Spiritum sanctum, quia naturaliter non est templum Spiritus sancti, ante regenerationem & vitam æternam. Deinde in naturalibus, videlicet in mente, voluntate & corde, horrēda vulnera accepit, de quibus haecenus prolixè dictum est. Hæc omnia alludunt ad imaginem Lucæ 10. propositam de viatore spoliato & sauciato à latronibus, cui medetur Samaritanus medicus.

Nam in mente mansit aliqua Legis notitia, quia Deus vult se adhuc agnosci & argui: vult etiam vitam, qualiscunque est, disciplinaregi.

Vetus & memorabile dictum est: Homini in creatione attributa esse duo generabonorum, gratuita & naturalia. Gratuita sunt acceptatio diuina, qua homines placebant Deo: Spiritus sanctus habitans in cordibus primorum

Colligi possunt testimonia ex capite 1. & 2. ad Roman. quæ conciunct contradicentem, vt fataetur in homine esse reliquam notitiam Dei & Legis. Qui veritatem

tem in iniustitia captiuam tenent. Veritas significat notitiam Dei & Legis. Item in eodem capite: Quatenus Deus cognosci potest, manifestū est illis. Id intelligatur dupliciter. Primum de notitia simplici, quod sit Deus. Deinde de ratiocinatione, quæ colligit testimonia de Deo, impressa singulis naturæ partibus. Sic cap.: Roman. Opus Legis scriptum in cordibus eorum. i. Corinth. ii. Nonne natura vos docet, id est, naturalis notitia.

Deinde post hanc depravationē adhuc duo sunt genera actionum in voluntate humana: vnum est illustre & omnibus notū: Gubernatio potentia locomotivæ, quæ regit motus locales in externis membris, vt voluntas in febricitante potest cohercere manus, ne poculum ori admoueant, etiam si valde sit. Hanc libertatem vult Deus in homine lapsō reliquam esse, vt intelligatur discri men inter agens liberū, & agens naturale, & vt sciamus, ipsum Deum esse agens liberum. Denique, vt posuit in societate humana gubernatio aliqua esse exterorum membrorum. Alterum genus actionum in voluntate obscurius est, cùm voluntas vera & feria electione seu ~~προσεγγίσεις~~ antefert honestas actiones, vt Fabricius serio & sine simulatione reiicit aurum à Pyrrho oblatum. Sed haec actiones seriae & non simulatae rariores & obscuriores sunt.

Postremò in corde parentum est mirificus quidam amor erga natos, non accensus consuetudine, vt amor erga alienos, sed naturale incendium est, quod Deus ita voluit in nobis flagrare, vt esset vinculum humanæ societatis, & commonefactio de amore Dei & erga Filium, & erga nos. Vicissim & in natis erga parentes, fratres, sorores naturalis quedam benevolentia est. Haec bona inclinationes vocantur *σοργὴ φυσικὴ*, quæ essent puriores, si natura hominum non depravata esset.

Ex hac commemoratione intelligi potest, quantum adhuc reliquum sit ex illa ingenti ruina, in qua beneficia diuinitus donata hominū generi, aut omnino extincta, aut certè obscurata sunt, vt quodam in loco Augustinus inquit: Adempta sunt homini gratuita bona, vnde salus dependet, naturalia verò corrupta pollutaque sunt. Nam haec ipsa, vt ita dicam, rudera [*ἔρειπτα*] partim à nostra prauitate, partim à Diabolo ləduntur & deformantur. De Legis quidem notitia, quæ post lapsum reliqua manūt, Paulus

inquit Roman. i. Veritas in iniustitia captiuat tenetur. Mens aliud suadet, aliud cùpido.

Item: video meliora, proboq.

Deteriora sequor &c. ait Ouidius. Quanquam enim mens discessit honesta & turpia: tamen voluntas & cor non semper obtemperant recto iudicio, sed contumaciter repugnant.

Voluntas verò partim sua prauitate, partim à Diabolo incitata, sèpenumero laxat frenos externis membris, vt ruant in atrocia delicta. Postremò Diabolus in multis extinguit sephyras, vt in Cain, Nerone, Alphonso Diazio & aliis monstris.

Iohannes Diazius frater Alphonsi, vixit in oppido Numburgo, quod est situm in ripa Danubij non procul ab Ingolstadio, & fuit stodus Euangelij, & vir verè pius. Frater verò Alphonsus fascinus pontificia superstitione, vel, vt consentaneum est, Epicureus homo, deridens omnes religiones, simulauit quidem amorem & benevolentiam erga fratrem, sed re ipsa à Diabolo incitatus, tanquā Cain odiit fratrem, & omnia in eius perniciem parauit & meditatus est, idq; paulò pòst atroci scelere ostendit. Cùm enim à fratre, quem salutauerat Numburgi, discessisset, & venisset Augustam Vindelicorum, mox furiis agitatus, rediit clam vñà cum sicario Numburgū, præmisso tabellario, qui afferret fratri literas à se scriptas. Dum igitur frater Iohannes nullas metuit insidias, præsertim à fratre strigatas, & intentus est in lectionem epistolæ fraterq; percussor infligit vulnus mortiferum capiti Iohannis, & relicta sica in ipso vulnere, fugit. Etsi autem deprehensus est in fuga Alphonsus: tamen dimissus est ex carcere, cumq; elusisset humana iudicia, tandem incidit in manus Dei viventis & punientis, quod est maximè horrendum, vt inquit epistola ad Hebræos. Nam Tridenti inuentus est laqueo strangulatus in stabulo. Hæc historia est verissima, mandata literis à fide dignis, nec remota à nostra memoria. Facta sunt enim ista anno 46. Hoc exemplum recito, vt iuuentus consideret, quomodo Diabolus, permittente Deo iusto iudice, extinguat sephyras in impiis, vt sit in eis potenter efficax.



An post baptismum, in renatis mancat peccatum.

C A P. V.

DE hac questione teneantur duo dicta Augustini omnibus piis nota, lib. 13. de ciuitate Dei: Peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Et lib. 2. contra Julianum: Lex ista, quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus est Sacramento [scilicet Baptismi] quo renascuntur fideles. Manet autem, quia operatur carnis desideria, contra quæ dimicant fideles.

Eadem doctrina traditur à Paulo Rom. 7. & 8. Nam de reatu inquit: Nulla nunc condemnatio est his, qui sunt in Christo Iesu. De morbo vero seu vitio hæréte in natura, concionatur his verbis: Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Etsi enim sanatio aliqua ex parte inchoatur, dato Spiritu sancto, tamen sancti adhuc circumferunt immundiciem in hac vita, quæ displicet Deo, sed tecta est, vt in psalmo dicitur: Beati, quorum tecta sunt peccata. Hæc doctrina & nostram immundiciem nobis ostendit, & magnitudinem misericordiæ tegentis eam illustrat.

In scholis Dialeticis sic solemus loqui: Materiale peccati originis manet in sanctis, sed formale, id est, reatus tollitur in baptismo. Sed verba Augustini magis sunt popularia, & proprius accedunt ad phrasin Scripturæ. Ut autem videant studiosi consensum de hac doctrina, obiter addam duo dicta Bernhardi, memoria dignissima. Bernhardus in sermone de Cœna Domini: In casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super aceruum lapidum, & in lutu: vnde non solum inquinati, sed etiā vulnerati, & grauiter quassati sumus. Lauari quidem citò possimus: ad sanandum verò opus est curatio multa. Lauamur igitur in baptismo, & sanamur in tota vita per verbum & Sacraenta. In hoc dicto Bernhardi est pulcerrima ἐποτύπωσις, id est, pictura & imago primi lapsus & nostræ sanationis. Nos, inquit, non tantum cecidimus in lutum, sed etiam grauiter

quassatis sumus, & allis solo, ita ut membra nostra partim fracta, partim luxata sunt. Quare nobis non tantum opus est ablutione, id est, remissione peccatorum & imputatione iustitiae, sed etiam sanatione vulnerum & reductione membrorum luxatorum in locum naturalem. Credo Bernhardum sumpisse occasionem huius hypotyposis ex capite 4. ad Ephes. vbi Paulus de ministerio Euāgelij sic inquit: Ideo est institutum ministerium, vt ædificetur corpus Ecclesie, & vt fiat καραποσμὸς, id est, restitutio membrorum, quæ suo loco sunt mota per luxationem, in suum locum naturalem. Quanquam igitur in baptismo abluti sumus: tamen ad restitutionem opus est longi temporis sanatione, quæ inchoatur per verbum & Spiritum sanctū in hac vita, & erit plena & consummata post hanc vitam. Ideo quotidie precamur: Adueniat regnum tuum, id est, non tantum inchoatione, quæ fit in hac vita, sed multò magis consummatione in altera, in qua Deus erit omnia in omnibus. Idem in eadem concione: „ Licet damnationem, id est, reatum concupiscentiae abstulerit: tamē „ ad humiliandos nos, ipsam concupiscentiam adhuc patitur viuere „ in nobis, & grauiter affligere nos, vt sentiamus, quid nobis gratia „ præstet, & semper ad illius auxilium recurramus. Hanc sententiam declarabo, proposita historia, quæ extat Iosue 15. Israélitæ, duce Iosua, post mortem Mosi occupant terram Canaan, sed tamen nō potuerunt primo impetu, & hostili impressione omnes Cananæos ē medio tollere, & funditus delere. Manserunt enim adhuc reliquiæ Iebusorū in Hierusalem, quæ dicta est Iebus ab incolis. Sic in aliis tribubus manserunt alii reliquiæ Cananæorū. Miretur autem aliquis, cur Deus non subiit omnes hostes sui populi occisione occiderit. De hac quæstione respondet textus ipse: Ideo manserūt reliquiæ gentium in terra populi Israël, vt emendaretur securitas populi, ne existimarent Israélitæ, se nunc omnibus periculis perfundatos esse, & nihil præterea impendere malorum. Hanc imaginem de reliquiis Cananæorum transferamus ad nostrum institutum. Propter eandem causam manet peccatum in nobis, ne simus securi, & nos capiat obliuio gratiæ Dei, sed vt nos res ipsa conuincat, nobis opus esse auxilio gratiæ.



De

De discrimine peccati venialis & mortalis.

C A P . V I .



E C C A T A manent in sanctis. Adulterium est peccatum. Ergo adulterium manet in sanctis. Respondeo. Nego consequentiam, quia est syllogismus ex puris particularibus, & peccat contra regulam dici de omni, & dici de nullo. Non enim omnia peccata manent in sanctis.

Cum dictum sit, peccata manere in sanctis, necesse est discerni peccata, quæ in sanctis in hac mortali vita manent, nec excutient Spiritum sanctum ab aliis; propter quæ homo rursus fit reus iræ Dei & æternarū pœnarum.
dam petrata expellitur Spiritus sanctus, sed alia quædam non excutient hunc gubernatorem.

Traditur autem regula in epistola ad Timotheum, ex qua hoc discrimen intelligi potest. Milita bonam militiam, seruans fidem & bonam conscientiam.
nens bonam conscientiam & fidem &c? Repetatur memoria dictū Tertulliani de præscriptionibus aduersus hæreticos, pagina 112. in postrema editione: Nemini licet discedere à veritate fidei Christianæ, qui meminerit futuri iudicij, quo necesse est, omnes stare ad tribunal Christi, reddentes rationem non modò operum, sed in primis fidei. Multi homines habent hanc falsam persuasionem, quod tantum lapsus atroces & manifesti, turbantes publicam tranquillitatē, vt cedes, furta, mendacia, adulteria sint peccata mortalia, propter quæ homo iusto Dei iudicio damnetur. Sunt quidem mortalia, sed

Estne in Alexandro Magno peccatum veniale? Non. Pertinetne discrimen huc ad non renatos? Respondeo. Tantum ad renatos pertinet, quia in non renatis omnia peccata sunt mortalia, etiā minima, ut nobis videntur. Sed in renatis necesse est constituiragodus seu discrimina. Propter quæ-

Quare Paulus primò mentionem facit fidei, cur non potius dicit: Milita bonam militiam, reti-

non sola digna sunt æterna damnatione: Duo sunt gradus mortaliū peccatorum in renatis. Prior gradus est corruptela vel ignoratio fundamenti. Alter est lapsus contra conscientiam. De posteriore non opus est multa verba facere, quia, ut Paulus inquit: Manifesta sunt opera carnis. De priore, quia est obscurior, aliquid dicendum est. Necesse est, te, si vis fieri saluus, tenere fundamentum, id est, omnes articulos fidei, sine exceptione, ut nullum aut prorsus ignores, aut corrumpas, infuso aceto humanarum opinionum. Hæc ideo dico & reperio, ne studiosi philosophiæ & artis medicæ, aut iurisprudentiæ cogitent hoc modo: Ego non seruiam aliquando in ministerio Euangelij. Ergo mihi non est opus lectionibus Theologicis, & concionibus in templis: imò potius hanc ratiocinationem instituant: Nos in postremo iudicij die, quando Filius Dei iudicabit viuos & mortuos, reddemus rationem iusto Iudici, non tantum de factis, sed omnium primùm de fide nostra: Quid senserimus de creatione, de redéptione, de sanctificatione, de persona Christi, de natura eius diuina & humana, de proprietatibus naturarum, de Trinitate. Deus minùs potest & vult dispensare de primo gradu, qui est corruptela fundamenti, quam de secundo. Quia vniuersaliter pluris facit primam tabulam, quam secundam. Et si omnia peccata punit: tamen seuerius semper puniuit idolatriam, quam alia peccata. Omnes conciones Prophetarum, quid aliud sunt, quam accusationes idolatriæ? De cultibus primi præcepti, Deus nullam dispensationem admittit.

Cùm igitur renati non retinent fidem, sed aliquam fundamēti partē, id est, aliquem articulum fidei, id est, siue scientes, siue errore amittunt, aut idola approbant, ut multi, qui falsis dogmatibus decipiuntur, aut non sustentat se consolatio-
ne fidei, sed su-
perantur du-
bitatione, aut
desperatione, aut violant yllum præceptum Decalogi contra con-
scientiam, effundūt Spiritum sanctum, & rursus fiunt rei ira Dei,

Fundamentum complectitur omnes articulos fidei,

Matth. 12. Si necesse est, nos reddere rationem de omni verbo otioso, videlicet, nisi quis consecutus sit remissionem peccatorum in hac vita: quantò maior erit reddenda ratio de fide nostra? Consequentia valet à fortiori.

& pœnæ æternæ, & nisi fiat conuersio ante exitum vitæ, tales morientes abiiciuntur in pœnas æternas.

Alia sunt peccata in renatis retinentibus fidem & bonam conscientiam, quæ non sunt corruptæ fundamenti, nec sunt delicta contra conscientiam, sed sunt reliquiæ peccati originis, hoc est, dubitationes & incendia malorum affectuum, quibus tamen repugnant renati, ne ruant contra conscientiam, & dolent propter has fortes, & credunt se Deo placere propter Mediatorem, & tegi has fortes, & gratiam exuberare supra peccata.

Ne quis putet militiâ vitæ Christianæ rem factu facile, & omnib⁹ in promptu esse, recitabo dictum Pauli ex 1. Corin. 9. vbi sic inquit: Ego meum corpus fugillo, ὑπωπιάζω, duriter pungo, bateub mei-nen leib, & in seruitutē redigo, ne cum aliis prædicauerim, ipse siam reprobus. Quid significat ὑπωπιάζειν, & in seruitutem redigere? Nolite putare Paulum fuisse stultum, qui suum corpus lacerauerit & flagellauerit, ut Baalitæ olim & Carthusiani monachi, & nunc Turcici Sacerdotes faciunt. Sed significat hoc verbum metaphorice duras, difficiles & arduas repressiones ambitionis, æmulationis, iræ, odio, & aliarum flammorum seu incendiorum pugnantium cum Legie Dei. Fuit quidem sanctus Apostolus, sed habuit suas infirmitates, sensit etiam suas flamas, sed repressit eas, & in seruitutem rededit, & Spiritū mortificauit has actiones:

Sicut dicit Rom. 8. Si carnis actiones mortificabis,
viuetis.



EXPLICATIO TEXTVS IN LO.
CIS THEOLOGICIS PHI.
LIPPI MELANTHONIS

De peccato.



VANQYAM summa doctrinæ de peccato originis mediocri diligentia explicata est, tamen repetitio earundem sententiarum studioſis grata esse debet propter confirmationem. Non enim potest subito arripi doctrina, & fideliter retineri & custodi in theſauro memoriae, niſi eadem de eisdem ſæpiſſimè repetantur, & memoriae inculcentur, & hæc res non tantum adiuuat memoriam, ſed etiam format, acuit & auget iudicium. Quiigitur volunt ut ille versari in ſtudiis, non ſint curioſi, neque quotidie appetant noua, inaudita & inuifitata, ſed eadē res bonas ſæpius cogitent, & tanquam ſigillum ſuīs pectoribus imprimant. Hæc ratio diſcendi plus conduceat ad ſolidam eruditioñem, quam varietas lectionis, quæ facit, ut in magna copia ſimus in opes, & in mediis vndis ſitiamus, quemadmodum de Tantalo poëtae fingunt. Oportet enim, ut Seneca ait, certis ingenii immorari & innutrirī.

Eti omnes gentes vident]

Exordium huius loci conſtat

duabus occupationibus, que mortaliſt discrimini iudicij philosophici & spiritualis de peccato. Etiom enim ratio agnoscit aliquos fructus, hoc est, manifeſta opera carnis, ut adulteria, homicidia, furta: tamen radicem, id est, peccatum originis ignorat: quia putat naturam esse bonam, non vitiosam. Deinde eti ratio aliquo modo agnoscit materiale peccati: tamen ignorat formale & reatum: ita exordium nos docet de hac ſententia, quod peccati agnitus fit propria Ecclesiæ sapientia. Ratio ſumitur ab antithesi, ſeu diſcrimine doctrinarum philosophie & Euangeli. Philosophia ignorat, vnde ſit peccatum, & non intelligit primum fontem, de quo Paulus Roman. 5. ait: Per unum hominem intravit peccatum in mundum. Et Genes. 3. recitatūr historia de lapsu primorum hominum. Hęc prorsus ignorat philosophia. Deinde nec recte iudicat de fundamento, nec recte ſentit de termino peccati. Agnoscit quidem in fundamento aliquos fructus, id est, aliqua manifeſta opera carnis,

carnis, ut verbi causa: Statuit ratio adulterium esse rem turpem furtum hominem indignum, sed radicem prorsus ignorat. Nam philosophia docet, naturam esse bonam, & naturalia bona, integra & non corrupta esse. Deinde de formaliter errat. Nam ratio secura ignorat, quid sit reatus, quanta sit ira Dei aduersus peccatum, ut Moles psalmo 90. exclamat: Domine, quis nouit potentiam irae tuæ, & quis metuit te?

Sed arguit radicem & fructus]

Hęc omnia ad discrimen philosophiæ & Euangeliū pertinent.

Philosophia arguit aliquos fructus, sed non radicem, id est, peccatum originis. Et quanquam aliquo modo vitium agnoscit: tamen formale, id est, reatum non agnoscit.

Videt Alexander]

Plutarchus in vita Alexandri
In prælio ad Granicum, cùm di-

micanti Alexandro dux Persicus

Spithridates galeam decussisset, a flumē Asiae minoris, vbi tra-
& incitato equo, iam nudatum iecit Alexander Hellespontum.

interfecturus esset, Clitus inter-

ueniens, Alexandrum protexit, & ducem Persicum occurrentem hasta transfixit. Pro hoc beneficio & aliis multis, Alexander ebrius post captam Babylonem reddidit Clito mercedem anguinam [aulicam.] Nam in conuiuio interfecit Clitum, cuius fuit hęc postrema vox: T A L I A S V N T P R A E M I A L A B O R V M. Alexander vero, vbi secum facinus reputans, tacitos vidit astantes, ex occisi vulnere telum raptim eductum, insuum vertisset iugulum, nisi satellites correptas ipsius manus à cæde retraxissent, ipsumq; vi intra cubiculum intulissent. Eam noctem nunc vociferans, nunc lamentans, saevis exegit luctibus, adeo ut postridie iaceret elinguis, graues tantum emittens gemitus. Hęc Plutarchus.

Spiritus sanctus arguet]

Intertexitur exordio, quod
constat antithesi, enarratio con-
tionis Christi, quæ extat Iohannis 16. Partes in hac cōcione tres sunt.
Prima, Spiritus sanctus arguet mundum de peccato. Secunda, de iu-
stitia. Tertia, de iudicio. Quod peccatum arguet? Incredulitatis, quia
non credunt in Christum. Deinde de iustitia, quia Christus vadit ad
Patrem. Tertiō, de iudicio, quia Diabolus princeps mundi, judica-
tus est. Hęc in textu satis luculentè explicantur.

De hoc peccato]

De hac specie peccati. Nemo quidem miratur peccatum argui, quoniam dignum est accusatione. Sed quid hoc sibi vult, mundum argui de iustitia? An non ea est formosior hespero & lucifero? quis ferat vituperatorem iustitiae?

Nam sapientes putant]

vt Aristoteles. Ethicorum.

Disciplinam qualemcumque]

Disciplina est folium fici, quae tegebant primi parentes. Quae est iustitia Christiana? Transitus

Christi ad Patrem, passio & resurrectio, vt Paulus Roman. 4. dicit: Christus traditus est pro nostris peccatis, & resurrexit propter iustitiam nostram.

Furores Diaboli non debentur]

Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. Matth. 6.

Cum igitur Spiritus sanctus voce]

Augustinus Tractatu 95. in Iohannem: Credant homines in Christum, ne arguantur de peccatis.

„ cato infidelitatis siue, quo omnia numerum fidelium, ne arguantur de iustitia eorum, quos iustificatos non imitatur [scilicet fidei bona conscientia.] Causa tamen iudicium, ne cum mundi principe damnentur. Etenim ne tibi existimet parci superbia dum mortalium, de superborum terrenda est supplicio angelorum.

Contra primum membrum huius concionis sic argumetur. Lex arguit peccatum, quia per Legem venit agnitus peccati, vt ait Paulus. Ergo Spiritus sanctus non arguit peccatum. Respondeo. Lex arguit totam molem peccati, radicem & fructus. Sed Spiritus sanctus in Evangelio nominatim & disertè hanc speciem arguit, scilicet incredulitatem, & rixas, quæ aut ignorat, aut contemnit Filium Dei. Scio de hac sententia motas esse atrocissimas rixas disputationum, sed veritas manet veritas, etiamsi minis & calumniis fremat Diabolus & mundus. Hæc enarratio est tradita ante bellum, Luthero viente, & viuis ac florentibus adhuc reliquis præceptoribus, & extat in

in publico scripto, videlicet in commentario in Iohannē cap. 16. Ne-
mo tunc de hac re mouit litem. Postea cōperunt etiam hanc parti-
culam arrodere & allatrate Flaciani. Sed dicat aliquis disputator:
Nōnne etiam primum præceptum concionatur de fide? An non fi-
des numeratur inter virtutes primi præcepti? Respōdeo. Paulus ad
Galatas inquit: Lex non est ex fide, id est, fides non oritur ex Lege,
sed ex Euangelio. At quod̄ mentio fit fidei in primo præcepto, id i-
deo fit, quia Decalogus non potest intelligi & enarrari sine ē̄n̄ḡel̄iā
Euangelij. Nam Euangelium est interpretatio Legis, iuxta regulam:
Christus est finis Legis. Roman. 10. Et vox Euangelij dulcissima est
mitigatio rigoris legalis.

Secunda obiectio de iustitia. Quicquid laudem meretur, id non
dignum est reprehensione. Sed iustitia laudem meretur, cūm sit for-
mosior hespero & lucifero. Ergo non est digna reprehensione, non
debet argui à Spiritu sancto. Respondeo ad minorem: Iustitia, quæ
vocatur disciplina, habet suam laudem & suum locum in iudicio hu-
mano, nec debet opponi iudicio Dei, in quo agitur de remissione
peccatorum. Huic iudicio Dei sola iustitia Christi, quæ est transitus
Christi ad Patrem, potest opponi. Valeat ergo suo loco iustitia Legis
& operum, nec migret in cælum sine Mediatore.

De tertio membro quærat aliquis, vbi sit patefactum iudicium
Diaboli? Respondeo: In voce Euangelij, seu promissione de Media-
tore, primum patefacta est iustissima condemnatio Diaboli Genes. 3.
Semen mulieris conteret caput serpentis. Hæc est prima promulga-
tio promissionis de Mediatore, & iudicij de condemnatione aduersus
Diabolos. Deinde, vt dicit Augustinus ex epistola Petri & Iudæ,
præcipuum signum & testimonium iræ diuinæ aduersus peccatum
est æterna abiectio angelorum. Ita enim argumentatur: Si Deus non
pepercit angelis peccantibus, quād̄ minūs hominibus parcet, qui
perseuerant in delictis contra conscientiam?

Nec intelligi beneficia Chri- Axioma Theologicum. Non
sti] possunt intelligi beneficia Chri-
sti, si ignoretur, quid sit peccatum.

Seneca citat dictum Epicuri, quod est bonum & verum, etiam si per-
sona non est laudāda. Initium virtutis est agnitus vitiorum, hoc est,
primus gradus sanitatis est, nosse morbum: Ignorato morbo, non
quæruntur remedia, Vnde Matth. 9. dicitur: Non opus est sanis Me-
dico. Et Ouidius: Firma valent per se, nullumq; Machaona quærunt.

Ad Medicam dubius confugit æger opem.

Voce ministerij, & ingenti- Aphorismus Hippocratis, fe-
bus] ctione 8. Quos morbos non sanat
pharmacum,his addēda est vſtio
ſeu vſtulatio, καῦσις. Quos non sanat vſtio,his adhibēda est ſectio.
Qui nec ſectione ſanantur nec vſtione ,hos certe oportet eſſe imme-
dicabiles. Ita Deus primū arguit peccatū voce ſui ministerij. Dein-
de ſi non emendatur pharmaco ,Deus concionatur per vſtiones ,id
eſt,per calamitatem: Si neque hoc modo emendatur ,Deus adhibet
ſectiones,vt Pharaonem delet in mari rubro.

Et Paulus in epiftola ad Ro- Cap.5.6.7.8.in analyſi. Pecca-
manos] tum, Lex, gratia ſunt loci preci-
pui in Paulina Theologia. Qui

intelligit hos locos, is habet ſuccum Theologię Paulinę. Dispositio
epiftola Pauli ad Romanos generalis hæc eſt: Eſt perpetua cōcio pœ-
nitentia & remiſſionis peccatorum. Partes poenitentia tres ſunt:
Contritio, fides, noua obedientia, ita tres ſunt etiam partes huius e-
piftola. Prima pars eſt accusatio peccati. Primum caput gentes accu-
ſat. Secundum Iudæos. Tertium exequat gentes & Iudæos, quod at-
tinget ad peccatum. Secunda pars eſt concio de fide & remiſſione
peccatorū propter Christum: Fide iuſtificamur gratis propter Chri-
ſtum. Hæc inchoatur in fine capituli tertii, & pertexit in quarto per
longam confirmationem. In quinto capite additur epilogus de eſſe-
ctibus. Has duas partes ſequitur ἀνάλυſis, resolutio. Quia enim fa-
cta eſt mentio peccati, Legis, gratiae, in capitibus 1.2.3.4.5. Ideo opti-
ma methodo instituit ἀνάλυſis, in qua dicitur, quid ſit, vnde ſit pec-
catum, quid efficiat, quis ſit viſus Legis, quis effectus gratiae. Et hæc
analyſis instituitur capite 5.6.7.8. Postea ſequitur digreſſio in capite
9.10.11.de Ecclesia, de vocatione gentium, & reiectione Iudæorum.
Tertia & poſtrema pars eſt cōcio de noua obedientia, de bonis ope-
ribus. In 12.cap. de omnibus virtutum officiis prima & ſecunda ta-
bulæ docet. In 13.capite de officiis politicis. In 14.& 15. loquitur de ce-
remoniis & viſu ceremoniarum. Poſtremum caput consumit ſal-
utationibus. Hæc dispositio epiftola ad Romanos, digna eſt memo-
ria & conſideratione. Eſt enim clavis vniuerſe Scripturæ Propheti-
æ. Multum autem refert in lectione proſpicere metas, ac videre ini-
tia & progreſſiones, neque vagari in aliquo ſcripto, tanquam in ma-
ri inuenienti.

Vſitatum

Vistatum est in docendo] Cicero in i.de oratore. Ego id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, vt quid illud sit, de quo disputetur, explanetur. Et in i.officiorū: Omnis quæ à ratione suscipitur aliqua de re institutio, debet à definitione proficii; vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur. Definitio est fons omnis verē explicationis, & error in definitione est causa plurimarum confusio-
num.

In Longobardum] Qui fuit Episcopus Parisiensis ante annos circiter 400. De hoc quid sentiat D.Lutherus, legat qui volet, in lib.de Cōciliis. Sum maiudicij hæc est: Nemo post Apostolos de omnibus partibus doctrinæ Christianæ talem methodum collegit ante hæc tēpora, qualis extat in quatuor libris sententiarum Longobardi. Illud autem meritò desideratur in eo, quod de fide iustificante nimis frigidè & temeriter loquitur.

Nominis ratio] definitio nominis.
Quiddam reum] Exempla huius significatio-
nis sunt illustria in pfal. 34. Im-
pium interficiet malum [ideft, calamitas] & qui oderunt iustum, e-
runt rei Ascham. Redimet Dominus animas seruorum suorum, &
non erunt rei omnes, qui sperant in eo. In his versibus peccatum si-
gnificat reatum.

Rei] iræ Dei & æternæ damnationis.
Non erunt rei] Nulla est cōdemnatio his, qui
in Christo Iesu sunt. Nunc multi
oderunt homines iustos, viuos & mortuos, & maledicunt eis fine
vlla causa graui. Tales igitur quicunque sunt, cogitent se esse reos iræ
Dei & damnationis, nisi agant pœnitentiam.

Id propter quod] fundatum.
In hac definitione] ἀνάλυσις vel declaratio.
Hanc proprietatem] reatum. In hac definitione cō-
tinentur quinque prædicabilia:
Peccatum quod definitur, est species, iuxta regulam Boëtij: Omne
quod definitur, est species, authaberationem speciei. Genera sunt
MMM 3

tria, defectus, inclinatio vel actio. Priora duo ad peccatum originale: tertium ad peccatum actuale pertinet. Tertiò, differētia communis est peccare contra Legem Dei. Quartò, accedit proprium, quod maximè considerandum est in doctrina de peccato. Offendere Deum, mereri iram Dei & æternas pœnas. Postremò fit mentio accidentis: nisi sit facta remissio propter Christum. Hoc accidens est separabile, quia non omne peccatum remittitur, eò quòd multi perseverant in delictis contra conscientiam.

Sumpta est autem hæc defini-

tio]

va præscripta. Non igitur discamus Theologiā & alias artes, ut puer Donatum, sed cogitemus, ex quibus fontibus hauriantur, ut etiam remotis libris possimus scribere & loqui de rebus bonis.

Maledictus, qui non manet]

Sæpe soleo monere discentes,
vt non sint contenti puerili dili-

gentia, vtcunque recitante ver-

ba

maledicētia duplex est, actua-

lis & originalis.

Est autem]

Theologicum axioma. Deut.

27. Galat. 3.

Sed vniuersa]

inobediētia duplex est, actua-

lis & originalis.

In horribiles pœnas]

Argumentatur à pondere ver-

bi, id est, ab etymologia.

Contra sic argumētor: Quid-
quid nihil est, nō est dignum pœ-
na. Peccatum nihil est: Ergo non est dignum pœna. Respondeo. Ne-
go consequiam, quia est fallacia æquiuocationis. In Maiore signi-
ficat nihil negatiuum, quod est vniuersalis interitus & destrūctio
subiecti & accidentium, cui Deus non irascitur, vt Deus non irasci-
tur Bucephalo, qui redactus est in nihilum, cuius neque subiectum,
neque accidentia reliqua sunt. In Minore significat nihil priuatiū,
quale est peccatum. Priuatio autem significat destructionem in ali-
quo subiecto, quod adhuc supereft. Tale nihil priuatiuum est pecca-
tum in natura humana, quæ certè adhuc reliqua est.

Per Legem peccatum fit ex-
cellenter]

Contra. Quicquid auget pec-
catum, non est docendum in Ec-
clesia, Lex auget peccatum, teste

Paulo, Rom. 17 Per Legem, peccatum fit excellenter peccatum. Er-
go Lex non est docenda in Ecclesia. Respondeo. Nego consequiam,
Est fallacia accidentis. Lex auget peccatum per accidens. Naturavi-
tiosa

tuſa auget peccatum per ſe. Lex Dei eft bona, ſancta, iuſta, quia eft regulā iuſtitia in Deo, ſed per accidens auget peccatum in nobis, quia noſtra natura eft vitiata. Plinius lib. 33. Calx viua, aqua accenditur, & oleo reſtinguitur: Ita peccatum per accidens Lege augetur, & Euangelio minuitur. Quomodo autem peccatum fiat exceilenter peccatum per Legem, oſtendunt exempla Cain & Iude, quorum alter exclamat: Maior eft iniqutia mea, quām ut poſſit remitti: alter exclamat: Prodiſi ſanguinem innocentē. In hiſ exemplis cernitur, qua ratione crescat peccatum à Lege accusatum in pauoribus conſcientiæ. Deus dicit Genes. 4. ad Cain: Peccatum tuum quiesceret, id eft, cuiabit, dormiet, donec reueletur. Quid ſignificant hæc verba triftiſſima? Hæc verba deſcribunt ſecuritatem cordis humani, aliquātiſper negligentis iram & iudicium Dei, & pauores conſcientiæ horribiles & inenarrabiles, in quibus peccatum velut eſ ſomno ſuaui excitatū magis conſpicitur, & verè fit ſupra modum peccans peccatum. Reuelatur autem per Legem peccatum, quia per Legem agnitione peccati. Deinde per calamitates, quæ ſunt ſigna reatus, ut David in exilio, moxa editione à Filio, magis ſentit iram Dei, quām antè, cum ſtatus eſſet tranquillus. Tertiō in pauoribus conſcientiæ, qui maximè ſentiuntur in aditu mortis.

Quoties ergo nominatur]

Vitium eft inobedientia, contrareftam rationem: Peccatum

in Eccleſia Dei eft inobedientia contra Legem Dei, offendēs Deum, & attrahens iram Dei & poenas. Vitium, in philofophia tantum ſignificat particulam fundamenti, non complectitur terminum. Peccatum autem ſignificat totum fundamentum & integrum relationem, quæ verſatur inter fundamentum & terminum.

Sed nolo tenuiſſime]

Sicut nimium altercando amittitur veritas: ita nimium limando, etiam amittitur veritas.

Anſhelmi deſcriptionem]

Anſhelmuſ fuit Episcopus Cátuariensis in Anglia, anno Chriſti, m. l. x. Anglia dedit Eccleſiæ multos Doctores, ſatis eruditos & acutos, inter quos etiam eft hic Anſhelmuſ.

Peccatum originis eft caren-
tia]

Priuatio aut eft deſtructio rei
bonæ in ſubiecto, quod reliquū

est, aut absentia rei bonæ, quæ debebat esse in subiecto, quod a per-
est. Quid est peccatum originis? Est priuatio, id est, carentia rei bonæ
in subiecto, in quo debebat esse res bona. Quomodo Horatius defi-
nit virtutem? Virtus est vitium fugere. Sic castitas est vitare libidi-
nes. Hæc forma definiendi vocatur *νοτί ἀνάπεσιν οὐ παρέλθειν*. Sic pec-
catum originale est carentia iustitiae originalis, quæ debebat in nobis
esse. Hæc est definitio per remotionem contrariorum. Non possum
intelligere, quid sint tenebrae, nisi prius sciam, quid sit lux: sic nec in-
telligere possum, quid sit originale peccatum, nisi sciam, quid sit iu-
stitia originalis.

Acceptatio.]

Interpretatur Paulus]

Relatio.

Ephes. 4. Gal. 3. Iustitia origi-
nalis est qualitas, pertinet ad secū-

dam speciem δύναμιν φυσικῶν. Habéntne hoc vocabulum annexam
relationem? Habet. Iustitia originalis est relatiuum secundum dici,
quia cùm sit qualitas secundæ speciei, adhæret ei respectus quidam.
Fundamentum iustitiae originalis est lux, id est, sapientia in mente.
Deinde est in voluntate conuersio ad Deum, tanquam ad obiectum
principale & summum. Tertiò, eadem iustitia est obedientia cordis
erga Legem Dei. Terminus est acceptatio, qua primi parentes fuerūt
Deo accepti & placentes. Iam coniunge hæc duo extrema, manife-
stum erit, sumptam esse definitionem ex prædicamento Relationis.
Habet autem fundamento hæc definitio apud Paulum Ephes. 4.
Galat. 3. vbi concionatur de renouatione: Renouamini Spiritu men-
tis vestræ &c.

Veram sanctitatem]

Differunt iustitia & sanctitas,
non forma, sed fine. Nam obediē-
tia est formale iustitiae & sanctitatis. Sed fine differunt, quia sanctitas
significat obedientiam, quæ refertur ad agnitionem & celebratio-
nem Dei, vt Aristides est iustus civiliter, sed nō est sanctus, quia suam
obedientiam non refert ad celebrandum Deum.

Est in natis ex virili semine]

Hæc dicuntur ad differentiā
Christi & aliorum hominum.
Nam Christus est conceptus à Spiritu sancto, vt canimus in hymno:
Non ex virili semine, sed mystico spiramine.

Hugonis]

Hugo presbyter & monachus
Parisien sis,

Parvientis, anno 1130. Augustini normam fecutus est. Augustinus habuit duos discipulos, quorum scripta adhuc extant: Prospere Aquitanicum, & Maximum. Horum vestigia sequitur Hugo, & mediocriter docet.

Bonaventura]

Bonauétura vixit anno Chri-
sti 1283 . cuius hæc est memorabi-

lis sententia de satisfactiōe: Sicut Adam non potuit satisfacere de peccato suo: sic nemo potest sufficienter satisfacere de suo, nisi super satisfactionem passionis Christi per fidem sit fundatus. In sola enim fide passionis Christi remittitur omnis culpa, & sine fide eius nullus iustificatur. Ego hoc dictum recito iunioribus, vt videant, semper aliquos pios ante hæc tempora in Papatu & magnis tenebris retinuisse scintillam fidei, & fundamētum, et si aliquid stipularum huic fundamento addiderunt. Nulla doctrina tam perplexa, obscura & intricata fuit in Papatu , quam de pœnitentia. Cuius ficerunt tres partes: contritionem, confessionem & satisfactionem. Ac vt non dicam de contritione & confessione, non potest quisquam iuniorum credere, quanta fuerit moles traditionum, quæ conscientiis inięcerunt scrupulos & laqueos de satisfactionibus. Cùm igitur non posset Bonaventura Gordium nodum soluere, imitatus est Alexandrum Magnum, & dissūcit gladio, scilicet doctrina de sola fide iustificante sine nostra satisfactione. Vt illud autem exemplo Adæ, quod est primum & antiquissimum pœnitentiæ exemplum, & maximè illustre, quod nos docet de omnibus partibus doctrinæ Christianæ, & in primis de pœnitentia.

Testimonia]

fontes definitionum.

Proprius locus]

Sedes materiæ. Voco autem sedes præcipua testimonia & pro

bationes, quibus nititur fides nostra tanquam immoto & æterno fundamento. Fundatur autem doctrina de peccato originis Rom. 5.

Ἐφεπάρτες ἡμαցτον]

Erasmus vertit, Quatenus o-

mnes peccauerūt. Melior est ver-

fio Domini Praeceptoris, Quia peccauerunt. Nam particula Q V A - T E N V S , quæ extat in vertione Erasmi, facile potest infletri ad Pelagianorum opinionem, qui dicunt, omnino nullum esse peccatum originis, sed posterius Adæ accersere sibi peccatum imitatione alieni exempli. Ne igitur vocabulum Q V A T E N V S ambiguitatem pa-

NNN

riat, hanc versionem [Quia omnes peccauerunt] auctoritateamur.

Quia omnes peccauerunt] Matth. 26. Christus ad Iudam proditorem: ἐφ' ὃ πάρει, id est, cur ades? quare venisti? Et Aeschines contra Ctesiphontem, ἐφ' ὃ τε Κονθίας, vt opitularentur, opem ferrent Amphissensibus. [amplissima vrbis Locrensis] Hæc exempla ostendunt, particulam: ὃ ὅ habere significationem causæ impulsuæ aut finalis, & rectè reddi in loco Pauino, Quia.

Si tantum actualia]

Ratiocinatio, vt Dialecticè & breuiter dicam. In peccato duo

sunt, Fundamentum & terminus. Fundamentum est ἀταξία, vitium, inobedientia, quæ sunt synonyma. Terminus est ipse reatus. Iam Paulus Roman 5. de vtraque reconcionatur, de fundamento & termino. De fundamento dicit, quia omnes peccauerunt, id est, omnes habent peccatum, seu naturam vitiosam. Nam verba activa apud Hebræos non tantum significant actionem, seu motum, seu impetum, sed sèpe usurpantur pro re continua. Peccare igitur significat hoc in loco malum hærens in natura, non tantum actionem: & vt vno verbo dicam, significat radicem & fructum. De termino mortis & poenæ dicit Paulus: Vnius delicto omnes mortui sunt: est autem mors, poena, quæ pertinet ad reatum. Argumentatur autem à singulis partibus relationis.

Aliam Legem in membris] potentias animæ. Mentem, voluntatem & cor, Paulus membra vocat. Ut enim Aristoteles in tribus libris de anima discernit potentias animæ: sic Paulus populariter loquens, appellat easdem potentias membra. Repugnans legimentis meæ, id est, in mente, voluntate & corde est quiddam repugnans Legi mentis meæ, id est, Legi Dei.

Sensus carnis]

φρέσνης. Fleischlich gesinnet seyn / complectitur actiones mentis, voluntatis & cordis, r̄v γὰρ ὁ φρέσνης, mentem & appetitionem, id est opiniones & affectus. Ciceron: Meus me sensus admonet, quanta sit vis fraternali amoris. Gesinnet seyn est habere opinionem, & affectum esse.

Non subiicitur]

Intelligatur non de disciplina, sed de integra obedientia.

Quid

Quid atrocius?]

*aὐξησις, exaggeratio pertinet
ad formas amplificandi, vt si ve-*

lim exaggerare parricidium. Tu interfecisti illum, quite genuit, educauit, aluit, cuius beneficio versatus es in luce, & adhuc versaris, quite constituit, ciuem in Republica. Sic hoc loco est amplificatione: Nos sumus inimici Dei, quia circumferimus ignorantiam, contemptum Dei, securitatem carnalem, dissidentiam, impatientiam & fremitum in ærumnis. Omnes nos in rebus secundis sumus superbi, in aduersis timidi, desperabundi: non mouemur Dei promissionibus & comminationibus, non curamus mandata Dei.

Filiij iræ]

Ephes.5. Ideo venit ira Dei super filios inobedientiarum, id est, mancipia inobedientiarum, & addictos contumaciarum. Ita hoc loco inquit: Sumus filii iræ, id est, mancipia iræ Dei.

Naturæ malum]

non imitationis.

Exemplo]

imitatione.

Nisi quis renatus fuerit]

Fons huius argumentationis est dictum Christi: Qui lotus est, is non indiget ut lauetur. Cum autem nobis opus sit regeneratione, sequitur, naturam esse ream & immundam.

Conceptus]

formatus, in Hebræo.

Concepit]

calefecit me mater mea.

Breuitas]

Cicero de orat. Breuitas etsi habet suum locum in aliqua parte eloquentiarum, ut in dicendis sententiis: tamen in vniuersa eloquentia nullam habet laudem, quia non relinquit aculeos in mentibus auditorum.

Nam vetus docendi]

Plato in Protagora pagin. 295.

Hic modus erat veterum philosophorum, suas sententias Laconica breuitate proponere, vt: Nosce te ipsum, Ne quid nimis. Ἐτος δὲ τρίτη τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας, θραγυλογία περὶ Λακωνικὴν yetuſtas habuit multum rerum, parum verborum. Nos in hac garrula mundisenepta sumus loquaces, sicut natura senes sunt loquaces. Ideo Homerus comparat eos cicadas, illados. Nos habemus multum verborum, parum rerum. Non enim habemus sapientiam veterum.

Expende quæſo]

Collatio dictorum Pauli &
Ieremias.

Non potest verbis]

ἀδύτατον.

Peruersum est cor]

peruersum, id est, auerſum
Deo, inordinatum, distortum,

æruminosum, id est, miserum, plenum misericarum, ut prorſus sit in-
enarrabile.

Cor peruersum]

malum culpx.

Deinde defectuum pœnæ]

Malum pœnæ. Nam peccatum
complectitur culpam & pœnam,
fundamentum & terminum.

Ego dixi]

psal. 116. in excessu, id est, in con-
ſernatione seu pauore meo.

Omnis homo mendax]

Non intelligatur ciuiliter, sed
Theologicè, id est, non rectè ſen-
tiens de ira & misericordia Dei. Sic Iudas & Cain ſunt mendaces, a-
liquandiu ſecuri, & tandem desperant.

Occam]

Fuit Theologus Anglicus, in-
geniosissimus & acutissimus. Er-
rant autem scholastici omnium maximè de fundamento: nam de
termino concedunt, Deum irasci peccatis.

Sequitur in textu recitatio cauſarum peccati originis, ac in pri-
ma quidem cauſa, quæ vocatur efficiens, agitat GRATUSSIMA quæ-
ſio de origine animarum. Vtrum ex traduce, an verò ex nihilo cre-
entur, & corporibus iam formatis immittantur. De hac quæſtione
nihil poſſumus certi pronuntiare ex manifeſtis testimoniorum Scriptu-
ræ ſacré. Sed tamen ſi aliquid dandum & tribuendum eſt opinioni-
bus non absurdis ſummorum virorum in Ecclesia, ſic ſentiendum
eſt iuxta illas opiniones: Non ex traduce propagari animas vna cum
corporibus, id est, ex vi ſeminis, ſed formato corpori creatas ex nihi-
lo, inſeri ac velut immitti. Hanc opinionem præceptorum, ſi quis no-
probat, ſed contrariam defendit pertinaciter, cum hoc ego non pu-
gnabo, ſed ſinam potius eum ſua ſapientia frui. Nobis fatis eſt, in tâ-
ta rerum obſcuritate tenenere hypothēſin firmiſſimam, quod natu-
ralis conſeruetur & propagetur, qualis fuit poſt lapſum, ut ſi quis
pedem, quamuis claudum, foueat & retineat.

Quæ

Quæ merentur aliquid?

Causa alia est principalis, alia impulsiua. Ad impulsiuam quatuor species referuntur: 1. affectus, ut amor, odium. 2. meritum. 3. objectum. 4. Lex. Sed omissis ceteris speciebus causæ impulsuæ, nunc dicamus de merito. Paulus Rom. 5. in concione de peccato originis sic inquit: Adam est typus futuri scilicet Christi. Iam quare, quain re consistat similitudo Adæ & Christi? Respondeo. Quia uterque & Adam & Christus meruit aliis. Deinde tres sunt dissimilitudines inter Adam & Christum. Prima est ipsarum rerum diuersitas. Nam Adam suo lapsu & sua inobedientia meruit toti generi humano & posteritati mortem & alias miseras, immo etiam peccatum, quod propagatur in omnes posteros Adæ. Christus vero meruit nobis & universæ Ecclesiæ iustitiam & vitam æternam. Opponitur iustitia peccato, vita morti. Secunda dissimilitudo versatur in modo propagationis. Omnes posteri Adæ, natura sunt filii iræ. Ephes. 2. In omnes posteros Adæ propagatur carnali generatione peccatum & mors. Ecclesia vero non propagatur carnali generatione, sed spirituali regeneratione, telle Christo, Iohann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Tertia dissimilitudo Christi & Adæ consistit in gradibus iuferis, quia gratia exuberat supra peccatum, id est, est potentior peccato & morte, & est viatrix operum Diaboli. Si enim gradus peccati & iustitiae, item mortis & vitae essent pares, non posset gratia vincere peccatum, aut vita mortem, iuxta regulam à physicis & Medicis traditam: Oportet agens esse fortius, quam patiens. Cum remedium non est fortius quam morbus, tum vincit morbus remedium, & non fit sanatio. Vincit autem gratia, imputatione, deinde effectu. Imputatione, quia omnia peccata, quantacunque & quam innumera sint, remittuntur credenti. Deinde datur Spiritus sanctus credenti, qui est efficax, delet peccatum inchoatione in hac vita & consummatione post hanc vitam.

Et quales ipsis?

Seruatur & propagatur naturalis, qualis nunc est, ut qui pedem quamvis claudum retinet. Questionem vero de origine animarum explicat idem autor lib. 3. Chronicorum, in historia Iustiniani Imperatoris.

Iustinianus Imperator, qui est celeberrimus apud Iurisconsultos propter Pandectas & Codicem, condidit Synodus quintam Oecumenicam. In illa Synodo est agitata quæstio de origine animarum,

& refutata opinio Origenis, qui finxit, omnes animas simul esse creatas, & lapsas in cælo demitti in corpora humana. Quid de hac tota re piè sit sentiendum, sine curiositate seu ludis disputationum, docet in 3. Chronicorum præceptor noster Philippus.

Vbi est]

Materia in qua, ἵπποςέμενον.

Amor inordinatus]

Nemo est, quem non possit aliqua in re cernere suffenum, id

est, sibi placentem. Catull. Est autem anima principale, corpus minus principale subiectum peccati.

Intelligenda est enim]

Paulus Rom. 7. Nesciebam cōcupiscentiam esse peccatum, nisi Lex dixisset: Non concupisces.

De ἀταξίᾳ]

Confusio, perturbatio ordinis. Sæpe monui, quod peccatum

non sit res positiva, sed defectus seu priuatio. Hanc sententiam autor iam repetit, nihil noui dicit. Ideo breuiter percurram. Peccatum aut est originale aut actuale. Quod originale sit defectus, manifestum est, quia in mente est defectus lucis & sapientiæ. In voluntate & corde est defectus ordinis, iuxta Decalogum, id est, illius obedientiæ & conformitatis cum Lege Dei. Sicut ergo nox est defectus lucis diurnæ: sic peccatum originale in mente defectus est lucis, id est, sapientiæ: In corde & voluntate est defectus conformitatis cum Deo, ut crassè & populariter dicam. Sed defectus peccati actualis est obscurior, vt quando Cain interficit fratrem, quæro an hæc cædes sit defectus? Est. Contrà. Omnis motus est res positiva. Cain interficiens fratrem mouet manum & totum corpus. Ergo hoc peccatum actuale in Cain interficiente fratrem, non est defectus, sed res positiva. Respondeo. Quanquam motus membrorum in Cain est quiddam positivum: tamen in hoc ipso motu est defectus, videlicet ἀταξίᾳ aberratio à Lege Dei, quia hic motus non regitur Lege Dei, sed ruit contra Legem Dei inordinate.

Formale]

Formale peccati est duplex, aliud regnantis, id est, non remisisti: aliud non regnantis, id est, condonati, terti. Quod est formale peccati regnantis? Reatus, æterna damnatio: Formale peccati non regnantis in David, Petro & aliis sanctis, est pugnare cum Lege Dei, vel defectus ipse, ἀταξίᾳ.

Veram

Vt iam sententiam]

Cicero: Falsa sunt *αγνοήσις*
non possunt comprehendī, sed
vera sunt *γνῶση*. Potest enim vera rei imago in animo concipi
& formari.

Sed non subito morbus]

Motus fit successiuē, id est, per
partes, non subito. Ideo genera-
tio & corruptio non numerantur inter species motus apud Aristotelem, quia generatio & corruptio sunt in instanti. Reliqui motus
sunt successiuē, ut aqua non subito calefit, sed successiuē, sic etiam
vulnus non sanatur subito.

Vt Samaritanus]

Medicus Samaritanus est Fi-
lius Dei, custos Ecclesiae suae, quae
in Samaria videt Iacob stantem in scala. Genes. 28. Samaria à Ierusalem
ad distat 8. miliaribus, in quo campo dormiens Iacob, videt per i-
maginem somni scalam, in qua ascenderunt & descenderunt angeli,
& scala attingebat vertice cælum, & insistebat terræ. Scala est Filius
Dei. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

Balsamum]

Inde habet nomen, quia in-
ter omnia olea pretiosissimum
est balsamum.

Glutinari]

gluten κόκκα. 1. Cor. 6.

Ita Christus]

enarratio allegoriz.

Exercitiis crucis]

In cantico canticorum 1. cap.
dicitur: Dilectus meus mihi est
fasciculus mirrhæ. Mirra est acris & amara, & tamen sanat vulne-
ra: ita crux etiam est insuavis, sed est salutaris piis. Roman. 5. Gloria-
mur in afflictionibus, quia afflictio affert patientiam, patientia pro-
bationem, probatio spem, spes non confundit. Hebr. 12. Omnis affli-
ctio in præsentia valde est insuavis, sed exercitatis per eam affert fru-
ctum pacificum iustitiae. Qui non est tentatus, qualia scit?

Crucis & inuocationis]

Climax seu gradatio Theolo-
gica, necessaria in lectione psal-
morum. Piustentatur, tentatus orat, orans exauditur, exaudiitus
gratias agit. Proba quod pius tentetur? psalm. 34. Multæ tribulatio-
nes iustorum. 2. Timoth. 3. Omnes qui piè volunt vivere in Christo,
persecutionem patientur. Actoř. 14. Oportet nos per multas tribula-
tiones ingredi in regnum Dei.

Tentatus orat]

psalm.50. Inuoca me in die tribulationis, & eripiā te, & tu glorificabis me, scilicet per gratiarum actionem. Tentamur autem, vt Paulus inquit, dupliciter, vel foris, vel intus. Intus sunt pauroes, foris pugna. *Orans exauditur*] scilicet in tempore oportuno. *Gratias agit*] Confitebor tibi toto corde. Christus pependit, nos stamus sub cruce.

Definali causa]

Finis & effectus s̄aþe coincidunt.

Oedipus]

Suidas in dictione Oedipus, integrum historiam de Oedipo & filiis eius narrat. Oedipus vixit ante bellum Trojanum, fuit filius regis Thebani Laij. Hic iussu parentis expositus, educatus est à pastore quodam, & adultus interfecit patrem non cedentem de via, sed ignarus hoc fecit. Deinde ignarus duxit in vxorem suam matrem locastam, ex qua procreauit duos filios Eteoclem & Polynices, & aliquot filias, Antigonem, Ismenen, &c. Cūm autem propter hanc incestam consuetudinem grassaretur pestis in agro Thebano, oraculum consultum respondit, non aliter posse tolli pestem, nisi pulso Rege in exilium. Rex Oedipus, cognitis causis publicarum calamitatum, fibi eruit oculos, & abiit in exilium, & in agro Attico hiatu terræ absorptus est, cūm prius iactus esset fulmine. Liberi, Eteocles & Polynices inter se dimicarunt de regno, & tandem per multa vulnera ceciderunt. H̄c ferè est summa historiæ Thebanæ, quā non modò Suidas narrat, sed etiam Sophocles & Euripides scriptores tragœdiarum, rhetorice & copiosè illustrant. Iuniores necesse est hanc historiam habere in promptu & memoria, propter Tragœdias Senecæ, Euripidis, Sophoclis, à quibus hoc argumentum illustratur sententiarum & verborum pulcerimis luminibus.

Tam tetra accidūt homini]

Epiphonema: Nullius scripti lectio est utilior post Bibliorum lectionem, quām Sophoclis, Euripidis & Seneca Tragœdiæ, quia & res sunt optimæ in Tragœdiis, & summa est eloquentia. Et quanquā Poëta ornandi & delectandi causa addiderunt aliquid colorum: tamen corpus Tragœdiarum est historicum, non fabulosum. Ac nihil aliud sunt Tragœdiæ, quām conciones legales de iustitia & omnibus virtutibus. Continent enim exempla horribilium poenarum, quibus oppressit Deus non solùm vulgus, sed etiam summos Principes, Gentes

Gentes nullas audiuerunt alias conciones, quām tragœdias. Summa tragœdiarum est in hoc versu Virgilij: Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Dirum morsu....]

Diabolus aut lacerat tuū cor-
pus aut famam, aut lædit faculta-
tes, aut turbat œconomiam, aut implicat te studiis factionum, aut
intus vulnerat conscientiam.

Conteri caput]

Etiā insanēis conculcat Chri-
stus caput Serpentis, sed viciſſim
Serpens non parcit nobis, sed insidiatur calcaneo nostro, & morsu
lædit.

Post causarum recitationem in loco de peccato originis, sequitur
admonitio de quibusdam dictis, quæ olim in Scholis iactata sunt, vt
verbi causa: Nihil est peccatum, nisi sit voluntarium. Item: naturalia
sunt bona. Ac prius quidem dictum est forense & politicum, nequa-
quam transferendum ad alienum forum. Aliud enim est iudicium
Spiritus sancti de peccato, aliud Prætoris in foro seu curia. Alterum
vero dictum: Naturalia sunt bona, sumptum est ex primo Ethicoru
Aristotelis, vbi sic Philosophus inquit: Natura nos hortatur ad opti-
ma. Habet autem hoc dictum Aristotelicum suas metas, intra quas
debet coherciri. Notitiae quidē naturales veræ & bonæ sunt, & hor-
tatur ad optimam, sed affectus in voluntate & corde sunt vitiosi, & im-
pediunt notitias in mente. Quanquam & ipsæ notitiae in mente im-
pediunt naturalibus dubitationibus.

Vt fortuita cædes]

Cædes alia fortuita, alia volū-
taria est. Hoc discrimen extat
Deuteronomij 19. In eo capite Deus ipse discrimen facit inter cædem
voluntariam, siue ex insidiis factam, & inter cædem fortuitam. Ut
autem seuerissimè iubet punire autorem cædis humanæ, videlicet
insidiatorem & latronem: ita præcipit populo Iſraël, vt benignè &
clementer, tanquam supplices tractet eos, qui patrarunt cædem in-
iuoluntariam & fortuitam, & parcere iubet eis confugientibus ad a-
liquam ex iis ciuitatibus, quas peculiari priuilegio Deus muniue-
rat, ne liceret inde abstrahere autorem cædis. Cogebantur autem au-
tores cædis fortuitæ tantisper exulare, dum moreretur summus Sa-
cerdos, quo mortuo, quasiure postliminij redibant in patriam, libe-
rati poena & culpa. Hæc lex significat, totum genus humanum pro-
pter parricidium primorum parentum vagari in exilio, nec posse

aliter redire in patriam , nisi morte Filij Dei summi Sacerdotis. De hac allegoria, quæ non est Origenica fabella, cogitemus legentes caput ¹⁰ Deuteronomio.

Dexterius est non miscere]

Axioma ^{XLVII} - ¹ - logicum. In dō
cendo requiritur initia distri-
butiua suum cuique tribuens, nec omnia miscens & confundens in
vnum chaos. Recitabo duas leges Mosi, quæ in Deuteronomio ex-
tant: vnam, de semente seu satione: alteram, de textura. Primal ex
hæc est: Non sereres in vno & eodem agro diuersa semina. Ad hanc le-
gem fine dubitatione alludit Paulus Galat. 3. vrgens pondera verbo-
rum in promissione tradita Abrahamo: In semine tuo benedicentur
omnes gentes. In semine tuo, inquit, non in seminibus, quasi multis,
sed tantum in vno, qui est Christus. Sicut agricolæ iuxta legem Mo-
saicam, non miscebant diuersa seminum genera in satione, sed singu-
lis suum agrum assignabant: ita in articulo iustificationis, cùm que-
ritur de causa nostræ iustitie coram Deo, non sunt miscenda meritū
Christi, quod amplectitur nostra fides, & opera. Sed nostra conscienc-
ia nitatur vnicâ ancora sacra, merito Christi & eiusdem obedi-
entia. Altera lex est: Non misceas in texendis pannis linum & lanam,
wie man j̄t Parchent wircket. His duabus legibus, de non miscen-
dis seminibus diuersis, & de non iungendis lino & lana, hoc ipsum
quoque significatur, non esse miscendam politicam sapientiam cum
Euangelio.

Imago vulnerati]

Homo spoliatus est bonis gra-
tuitis, & vulneratus est in natu-
ralibus, id est, homo lapsus amisit gratiam Dei, excussum Spiritum
sanctum, & hereditatem vitæ æternæ amisit. Hæc sunt dona gratui-
ta. Deinde vulneratus est in naturalibus, mente, voluntate & corde.
In locum lucis successerunt tenebræ, in locum iustitiae, contumacia
contra Legem Dei.

Discernantur autem]

Digressio de discrimine rerū
conditarum & depravationis nō
conditæ, id est, de reliquiis bonorum in natura. Tria bona rel qua
sunt in homine: In mente, notitia Legis: in voluntate, gubernatio
locomotiarum: in corde, φιλοσοφίᾳ, & tamen addenda est singulis re-
strictio & correctio. Notitia est obscurior & assensus languidior. Lo-
comotia etiam habet sua impedimenta, domestica & externa.
φιλοσοφίαι contaminantur per accidens. non enim rectè reguntur à
renatis,

renatis, nec manent intra suum ordinem.

Vt contemptus Dei]

præsertim in ærumnis.

Abraham ardenter]

Quod quæque natura præstan-
tior est, eò habet ardenteriores

sophyæs, vt ostendunt exempla Abrahæ, Daudis & aliorum, qui
suos liberos ardentiissimè amârunt, & tamen huic amori antepo-
suerunt mandatum Dei, vt Genes. 21. Abraham eiicit ex domo sua
Agar & Ismaëlem. Idem Genes. 22. iussus immolare filium Isaac. pa-
ratus est ad obedientiam. De hac gubernatione affectuum memine-
rint studiosi duo dicta: vnum Cypriani, alterum Augustini. Cypria-
nus in cōcione de oratione Dominicæ: Nihil omnino debemus Christi
sto præponere, quia nec nobis ille quicquam præposuit. Augustinus
verò lib. 1. de ciuitate Dei cap. 26. Quomodo potest pius parentes, li-
beros & coniugem plus amare quam Christum, cum eos propter Christum
amet? Propter quod vnum quodque tale est, illud magis tale
est, vt ego amo philosophiam propter hanc causam, quod sit instrumentum
docendi de Deo. Ergo doctrinam de Deo magis amo. Sic a-
mo cognatum sanguinem propter Christum: Ergo Christum magis
amo.

æstethia]

Est vacuitas & carētia omniū
affectuum. Cicero vertit indolē-
tiam, & nominat speciem pro genere.

æsopysia]

Immanitas, quæ non diligit
cognatum sanguinem.

Lætitia in agnitione]

Voluntatis duo sunt obiecta:
Bonum infinitum, & bonum fi-

nitum. Bonum infinitum est Deus, in quo omnium primū & ma-
ximè lætari debemus, teste psalmo 33. Exultate iusti in Domino. I-
tem, Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius pe-
rabimus. Postea concessa & approbata est diuinitus lætitia, quæ suo
ordine complectitur bona finita, iuxta regulam Matth. 6. traditam:
Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & cetera adiicientur
vobis.

Viscera]

πλάγχυα, maiuscula membra
thoracis sunt cor & pulmo. Hip-
pocrates: Somnus pdest πλάγχυος, sed motus & exercitia neruis

& articulis, quia in somno optima fit coctio. Hoseas cap. ii. paraphrasi enarrat verbum στλαστηρίζειν. Quomodo te puniam Ephraim? Num deleam te, sicut Sodomam & Gomorrham? Iustè quidem te sic delerem. Sed commotum est in trame cor meum, & exarsit commiseratio mea, &c.

Deus amat nos]

Psalm. 103. Sicut Pater misericordia
retur filiorum: ita Dominus timet
mentium se. Quia Dominus nouit figmentum suum. Eobanus sic
reddidit: Ut Pater errantes reuocat sua pignora natos. Et postea: No-
uit enim vili quam simus origine ducti, &c.

Deus caritas est]

Nō dicit, Deus diligit nos, sed
Deus est charitas, quia amor in
Deo est essentialis, sicut etiam aliae virtutes.

εργασία]

εργασία propter duas causas
conditae sunt in cordibus nostris,
1. vt sint vincula societatis. 2. vt sint concionatrices de amore Deier-
ga Filium & Ecclesiam.

Apparuit bonitas]

Bernhardus sermone primo
de natali Domini: Apparuerat an-
te a potentia in creatione [quia creatio est opus omnipotentiae] appa-
rebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordie nunc ma-
xime apparuit in humanitate. est autem eius seu gradatio Rhetorica.

Herodias]

Matth. 14. Marc. 6. Quæ res præ-
buit occasione necis Baptistarum?
Occasio est circumstantia temporis aut loci, quæ præbet facultatem
agendi quod volumus. Fuit igitur occasio necis Baptistarum saltatio me-
retriculæ filia Herodiadis, Salomes. Cum enim Herodes magnam
cepisset voluptatem ex gestibus saltaticulæ, iuramento promisit ei,
se omnia facturum & daturum, quæ petiisset. Huius iuramenti præ-
textu curauit Herodes interfici Baptistam, cum meretricula non pe-
tiuisset partem regni, sed caput Iohannis. Postea allatum caput à car-
nifice, meretricula impositum patinæ, gestauit in conspectum regis
& coniuinarum.

Fuluia]

Vxor Antonij Triumviri.
Dion in Augusto: Fuluia ore Ci-
ceronis aperto, linguam extraxit, & aciculis, quibus ad ornandum
caput

caput vtebatur, confodit, addens multa verba plena nigri salis.

Demorte Ciceronis legant studiosi lib. i. Senecæ de suasoriis materiais, vbi citantur verba Liuij, & verba Afinij Pollionis digna memoria. Item carmina Seueri, deplorantia mortem Ciceronis. Propter Augustum graues suscepit inimicitias cum Antonio, & scripto contra eum Philippicas, in quibus ait ipse, suam orationem canesce-re, id est, non esse puerilem, sed grauem & senilem. Propter has orationes persecutus est Ciceronem Antonius, & ex pactione cum Augusto & Lepido iussit sibi donari Ciceronē. Quo facto, satellites Antonij caput à Ciceronis humeris auulsum attulerunt ad rostrafori, vbi ostentauit caput Ciceronis Antonius. Sed Fulvia vxor Antonij non contenta sœvitia mariti, addidit plures contumelias.

Sciendum est affectus] Nauis destituta gubernato-re variè iactatur ventis: sic affectus sine rectore spiritu sancto sunt cœci & temerarij impetus.

Sequitur nunc doctrina de peccato reliquo in hominibus renatis. Non est dubium quin in adultis hominibus sint reliquæ veteris fermenti, ut loquitur Paulus i. Corinth. 5. Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio. De infantibus videtur esse quæstio obscurior: sed credamus Scripturæ perspicuè assuerant, neminem in hac vita esse ἀναμέτητον, sed omnes circumferre fordes & mala pugnantia cum Lege Dei.

Omnis concedere] vieti testimonio experientiæ.

Quare Iohannes] In epist. Canonica, cap. i. Tertullianus de præscriptionib⁹ aduersus hæreticos: *Saul bonus præ ceteris, liuore postea cueritur* [liuor tabificum malis venenum] *Dauid vir bonus secundum cor Domini.* [i. Regum 13.] Ego inueni virum secundum cor meum] *postea cedis & stuprareus es.* Salomon omni gratia & sapientia donatus a Domino ad idolatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Filio Dei seruab. itur sine delicto permanere, ἀναμέτητον γε ἀνπείθυντον θ̄.

Tres fuerunt continua successione reges in populo Dei. 1. Saul. 2. Dauid. 3. Salomon. Quantus fuerit vir Saul non solum corpore, sed etiam animo, testatur historia sacra. Sed hunc virum, de gradu diecit liuor, inuidentia, æmulatio & cognatae pestes. Hæc æmulatio seu hic liuor impulit miserum hominem ad crudelitatem seu tyrannidem. Interfecit enim Sacerdotes in Nobe oppido, quod non procul

situm est à Ioppe & Arimathia. Persecutus etiam est Dauidem & totam familiam eius, & aluit 3000 satellitum totum decennium, ad hunc usum, ut noctes & dies insidiarentur Daudi, eumque in medio tollerent. Verissime Chrysostomus dixit, i. capite Roman. de liuore. φόρος est mater: filiola huius matris est cedes, tyrannis, crudelitas. Ideo Paulus in epistolis, enarrans opera carnis, semper coniungit φόρον ἡ φόρον. Secundus rex Dauid blandissimis voluptatibus ita se dedidit, ut arte primū interficeret Vriam seruum fide praestantem, deinde raperet eius coniugem: sed rediit in viam haec aberrans ouicula. Tertius rex Salomon sapientia antecelluit omnibus Regibus in toto genere humano, sed in senecta adeo dementatus est à mulieribus, ut coleret idola. Haec tria exempla semper nobis posita sint ob oculos, ut admoneant nos non solum de humana imbecillitate, sed etiam de acerrimis insidiis Diaboli, & compellant nos orare assiduis lacrymis, Ne nos inducas in tentationem &c. His tribus exemplis addit Tertullianus epiphonema: Soli Filio Dei seruabatur sine delicto permanere.

Augustinus tractatu 84. in Iohannem: *Dicere, se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed fingere. Vnus enim est solus, qui & carnem hominis habere, & peccatum potuit non habere.*

Extenuant haec ipsa mala] Aristoteles damnat illos affectus vitiosos, ad quos accedit consensus voluntatis. Papistæ olim ineruditè miscuerunt philosophiam & Euangeliū. Hanc mixturam Paulus damnat, cum inquit: Ne quis vos decipiatur per inanem philosophiam.

Radicem] morbum.

Mergitur Cato] Plutarchus in vita Catonis: Cato, antequam moreretur, sic exclamauit: O quanta est obscuritas rerum diuinarum. Antea felix fuit Pompeius in longè deterioribus causis, nunc vincitur in causa optima.

Vt dicitur] Psalm. 32. Beati quorum remissæ sunt iniuriantes, & quorum testæ sunt peccata: Beatus vir, cui Dominus non imputat peccatum. Remittere peccata est delinere irasci peccatis, seu præteritis seu presentibus. Tegi peccata, est Mediatorem esse umbraculum, ne effundatur

datur in nos ira Dei, & propriè dicitur tegi peccatum, quod adhuc adest in renatis. Non imputare peccata, est non cogitare, nō decernere quòd persona credens sit punienda aeterna pœna.

Metaphora vmbra culi pulcer rima est. Filius Dei est vmbra culum iræ Dei. Sumpta est hæc metaphoræ ex Esaiæ 4. Messias erit vmbra culum aduersus æstum, scilicet iræ diuinæ.

Est incrementum rhetoricum, ascendit per gradus. Primo, Deus remittit peccarum. Secundo, tegit peccatum. Tertio, non imputat peccatum: Si hachoramorié dum esset, certò statuere deberes, imò semper debes, quòd tibi credenti in Christum, peccata tua non tantum sint remissa, sed etiam testa per Mediatorem, ne sint tibi in omnem aeternitatem imputanda.

Deinde concupiscentiam] Error in definitione. Paulus Roman. 7. de se nondum conuerso inquit: Ego aliquando vixi sine Lege, & nesciebam, concupiscentiam esse peccatum, nisi Lex dixisset: Non concupisces.

Agnoscenda est igitur] Sanis non est opus medico, sed ægrotis.

Semper hypocritæ] Prima dissensio fuit inter Abel & Cain. Cain fuit hypocrita, extenuauit suum peccatum. Contrà Abel agnouit magnitudinem sui peccati.

De peccatis actualibus.

Nec imaginemur otiosam] Paulus comparat peccatum originis fermento, i. Corinth. 5. Ut igitur fermentum totam massam agitat & inflat: ita peccatum originis nunquam est otiosum, sed à principio virtù usque ad finem tumultuatur in membris nostris, hoc est in potentissimæ animæ, mente, voluntate & corde.

Dominus Lutherus sæpe hanc vocem in suis scriptis repetit per ~~æternum~~. Nos, inquit, transimus de virtute in virtutem. Prima ætas ardet flammis libidinum: media ardet ambitione, cupiditate laudis & gloriae: postrema attēta est ad rem, & quòd minus restat virtute, eò plus requirit viatici. Ut iuuentus ante annos 24. sentit flamas li-

libidinum, nisi quis sit singulari dono Spiritus sancti praeditus: ita media & virilis aetas stimulatur ambitione. Postrema aetas, senectus est plerunque auara. Iam quare de comparatione horum malorum, quod in his est pesimum? Avaritia. Quia Paulus clare vocat cultum idolorum, & radicem omnium malorum, & auaros dicit incidere in laqueos Diaboli, ex quibus expedire se non possunt.

Johannes]

v. p. 3.

Qui non credit, manet]

Vtitur verbo manendi, ut dis-
cernat iram diuinam ab huma-

na. Nam iram hominis possumus eludere aut fugiendo, aut quarendo latebras, aut migrando ex hac vita. Iram vero Dei nulla ratione effugere possumus, neque viui, neque mortui, quia Deus est ubique, & est lux, teste psal. 139. & est iudex viuorum & mortuorum. Magna res est offendere voluntatem Principis, cuius benevolentia non est contemnenda: sed si in iusta causa est offendenda voluntas Principis, consolemur nos fauore & gratia diuina, quæ longè anteponenda est omnium hominum studiis & voluntatibus, quia de Principibus inquit psalm. 146. Exhibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eius. Deus autem viuit & regnat, & est iudex viuorum & mortuorum. Non igitur potes, vitato loco, vitare periculum: non potes querere latebras, nec morte corporis liberaris ab ira Dei.

Aristides]

fuit optimus omnium Græ-
corum, & propter summam vir-
tutem est pulsus patria ostracismo, id est, exilio decennali, quod ta-
men non erat infame, sed erat remedium aduersus inuidiam populi.

Fabij]

Fabius celeberrimus est in scri-
ptis Ciceronis & Liuji. Fuit præ-
cipua persona in Senatu populi Romani, tempore secundi belli Pu-
nici, de quo Ennius:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Pomponij Attici]

Pomponius Atticus, amicus
Ciceronis, exulanti Ciceroni tu-
lit opem, & ei suppeditauit sumptus. A Cornelio Nepote inter alia &
haec de eo narrantur: Nemo minus fuit emax, nemo minus adifi-
cator.

cator. Nam hæc duæ sunt pestes rei familiaris: emacitas, & nimium ædificandi studium.

Herculis]

Hercules vixit ante bellum Troianum, tempore Samsonis, & quanquam maximas res gesit, omnium Poëtarum carminibus celebratas: tamē polluit se libidinibus, & furens interfecit cōiugem & liberos, & tandem rogum sibi struxit, vt finiret vitam morte voluntaria. Hanc totam historiam describit Ouidius 9. Metamorph. Euripides in Hercule furente. Sophocles in Trachiniis. Seneca in duabus Tragediis, Hercule furante & Oöttæo.

Themistocles]

Fuit oppidum, vbi struxit sibi Hercules rogum, non procul à Thermopylis.

De Themistoclis ingenio Thucydides lib. i. pag. 31. & de eius-

dem petulantia Athenæus lib. 12. pag. 263.

Thucydides sic laudat Themistoclem, ducem Atticum in bello contra Xerxem, vt dicat, eum in subitis periculis potuisse reperire optimum consilium, & habere de futuris rebus coniecturas certissimas, & cogitationes potuisse rectè enuntiare. Sed hæc dona Dei deformauit inaudita petulantia, quia passus est se trahi in forum à qua-
quor nudis mulierculis.

Pausaniæ]

De Pausaniæ virtute post pugnam ad Platæas, Herodotus lib.

9. De vitiis & exitu eiusdem tragico, Thucydides lib. i. pag. 30. & Lycurgus contra Leocratem.

Pausanias, dux Laconicus vicit Mardonium, præfectum & Satrapam Persicum in agro Platæensi, terra Boeotia, insigni victoria, quæ celebratur omnium historiis. Post eam victoriam fuit & castus & modestus. Castus, quia abstinuit à muliercula Coa, nata in insula, quæ fuit patria Hippocratis. Modestus fuit, quia dixit, sibi satis esse, si placeat suis Spartanis. Sic nos debemus placere Deo iustissimo iudici: deinde veræ Ecclesiæ, rectè iudicati sine sophistica & luore, de puritate doctrinæ, & sanctitate vitæ. Nemo autem potest placere omnibus, sicut nec Iuppiter placet omnibus, siue serenans, siue pluens. Quanquam autem talis fuit Pausanias: tamen paulò post agitauit consilium cum Persis de proditione patriæ, & ob eam perfidiam reuocatus ab urbe Bizantio, & ab Ephoris, summo magistratu Lacedæmoniorum condemnatus, inclusus facello, & fame necatus est.

PPP

Sicut multi faciunt]

Contra regulam Iohannis:
Nemo venit ad Patrem, nisi per
me. Augustinus: *Falli non vis, ego sum veritas. Mori non vis, ego sum vita.
Non est quod eas, nisi ad me.* [Venite ad me omnes] *non est quod eas, nisi
per me.*

Quod enim aliqui]

Refutatio falsae opinionis. Multi enim putat, homines semel renatos non posse amittere gratiam Dei. Sed hæc opinio longè à re ipsa & veritate distat. Ratio est, quia de peccato iudicandum est ex verbo diuinatus tradito.

Sed intueamur verbum]

Esaïæ 8. Ad Legem scilicet & testimonium alligata est Ecclesia. Lucæ 16. Habent Legem & Prophetas, hos audiant. Item: Scrutamini Scripturas.

Adam & Eva]

Prima refutatio ab exemplis.

Aliter irascitur Deus]

Sicut enim aliter videt & audit Deus, quām nos: ita verè irascitur peccato, & diligit suam Ecclesiam, etiamq; nos non intelligamus, quomodo hi affectus sint in Deo.

Stoicis argumentantur, negantes iram & gratiam Dei. In Deo non sunt organa affectuum, vt cor & quatuor humores. Ergo neque ira & gratia Deus mouetur. Respondeo. Nego consequentiam, quia Deus est Spiritus, non est moles corporea. Et sicut sine oculis videt, sine auribus audit: ita etiam irascitur & amat sine corde humano & humoribus, qui seruiunt certis affectibus, flauabilis ira, melancholia mœltitia, sanguis copiosus lætitia.

In ira & amore est multum deformitatis & ineptiarum. Ergo affectus non cadunt in Deum. Respondeo. Discernenda sunt ira & amor Dei ab affectibus humanis. In Deo omnia sunt ordinata, nulla est ἀταξία. In nobis omnia plena sunt confusionum, deformitatis, ineptiarum.

Ægyptium cultum]

AEGyptij, cùm essent agricultores, propter agriculturam diuinū honorem tribuerunt boui, qui nominabatur Apis vel Serapis. Huius bouis luculenta descriptio extat apud Plinium lib. 8. cap. 46. Et in lib. Augustini de ciuitate Dei 18. cap. 5. Aaron absente Mose, totos dies 40. vt populum tumultu antem demulceret, finxit aureum vitulum.

tulum. Hæc idolatria fuit *κακοῖς θεοῖς*, id est, prava imitatio cultus AEgyptij, qui præcipuo honore affecerunt bouem, qui dicebatur Apis vel Serapis.

Aaronis historia]

In historia Aaronis præcipue consideretur, quanta sit hominū miseria, quod post tanta miracula populus recipit idoli cultum, quem sciebat damnatum esse, & quod Aaron assentitur.

1. Corinth. 10. Qui stat, videat ne cadat. Videmus Aaronem, pri-
mum Sacerdotem in populo Dei, horribiliter lapsum contra primū
præceptum: & Saulem primum regem in eodem populo: sed hoc in-
terest, quod alter, Aaron scilicet, egit poenitentiam. Alter non rediit
ad Deum per poenitentiam, sed ruens in desperationem, sibi ipse ma-
nus intulit.

Manassis]

Manasses filius Ezechiae regis
repleuit Ierusalem cruento san-
ctorum ab ore ad os, ut loquitur Scriptura, id est, ab una porta ad al-
teram oppositam, sed est duriter castigatus à Deo.

Regnū m̄ 21 cap 216

Iohannes]

1. Iohannis 3.

Ac Paulus]

Postrema pars de discrimine
peccati regnantis & non regnan-
tis, seu mortalis & venialis.

Discrimen tradidit]

fides materiæ, Rom. 8.

Gradum constituit]

Duo sunt gradus peccati mor-
talis, prior est amissio fundamē-

ti, id est, Legis & articulorum fidei. Alter est lapsus contra conscientiam. His gradus sumuntur ex dicto Pauli: Militia bonam militiam,
retinens &c.

Quicquid pugnat cum fide vel bona conscientia, est peccatum mor-
tale, id est, dannans, regnans, propter quod homo est reus ira Dei &
æternæ poenæ, nisi revertatur ad Deum in hac vita. Olim docebatur
in templis & scholis, folios lapsus contra conscientiam esse peccata
mortalia, ut adulteria, furta, cædes: sed hæc non dicuntur sufficien-
ter. Addendum est alter gradus, qui est amissio fundamenti, quod phras-
Paulina significat Legem & articulos fidei. Nam & Lex & Euange-
lium debent extare pura, sincera, segregata ab omnibus erroribus.

Omnia peccata]

Cicero in paradoxis.

Etsi autem nolo]

Admonitio grammatica de
appellationibus variis. Cicero in
Topicis: Cùm intelligitur quid significetur, minus est laborandum
de nomine. Idem lib. 3. de Finibus: Rebus intellectis, in verborum
vsu simus faciles. Sed omnium maximè memorabilis est sententia
martyris Tridentini, Vigilij: Non præjudicant verba, quando sen-
sus manet incolumis.]

Emphasis vocabuli]

à pondere verbi.

Dominans peccatum]

Secundum exemplum.

Auellit]

reatus ipse. Regnans pecca-
tum duo complectitur. Prius est
ipse reatus. Alterum est fructus peccati & efficacia. Non otiosum est
peccatum regnans, sed efficit congruentia cum sua appellatione, id
est, impellit homines, ut ruant ex uno scelere in aliud, ex vñaturpi-
tudine & calamitate in aliam.

Flammis æmulationis]

Aemulatio est iniustis modis
pugnare de antecellentia. Descri-
bitur æmulatio in versu Enni: Omnibus cura viris uter esset Indu-
perator. Contra hanc æmulationem modestissimus iuuenis Hip-
polytus apud Euripidem inquit: Nō volo in Republica esse primus,
sed secundus. Saul certabat æmulatione cum Dauide, id est, non tā-
tum inuidiebat diuinam vocationem ad regnum factam per Samue-
lem: sed etiam conabatur è medio tollere optimum & bene meritū
virum, & noctes & dies omnia parabat in eius perniciem.

Theodoreetus de prouidentia: Parua scintilla nullo negotio ex-
tinguitur, sed rogum ardentem extinguere difficile est. Sic princi-
piis affectuum errantium obuiam eundum est & repugnandum: si
fuerint nimis ardentes, longo vsu confirmati, vix vñquam poterūt
restingui. Ideo inquit Ouidius:

Principiis obsta, serò medicina paratur,

Cùm mala per longas inualuere moras.

Quas initio]

tanquam scintillas exiguae.

Aaron]

Numer. 12. Etiam fratres cha-
rissimi & cōiunctissimi sāpe in-
ter se certant æmulatione, ut fratres Ioseph inuident ei prærogati-
uam paternam. Sic Dauid æmulationem tulit in suis fratribus. Sic
Aaron & Maria, foror Moi, inuidebant Moi onus potius laboris,
quām

quam honorē, qui tamen redierunt in viam. Maria est percussa lepra, & sanata per preces Mosi. Sed Aaroni pepercit tum Deus, quod esset summus sacerdos in populo Dei.

Rex Anabaptisticus]

Schleidanus lib. 10. Anno 36.

supra M. D. cincta est obsidione vrbs VWestphaliæ Monasteriū, ab aliquot Principibus & Episcopo Monasteriensi, & cum esset capta, scimptum est supplicium à rege Anabaptistico sartore, & eius sociis.

Diuinos afflatus]

Enthusiasmos.

Atreus & Thyestes]

Senecain Thyeste. Atreus, pater Menelai & Agamemnonis, ha-

buit in matrimonio Aeropen. Hanc Thyestes, frater Atrei vitiārat. vrigitur Atreus vindictæ cupiditatē expleret, mactauit filios Thyestis, & patri ad coniuiuunt inuitato, non modò carnes liberorum e-pulandas dedit, sed etiam cruorem eorundem patri propinuauit, ac postea iussit afferri capita filiorum. Hinc natum est prouerbium de cœnis Thyestis.

Genes. 4.]

prima concio Legis post lapsum.

Primum tradit]

Valet usus ceremoniarum iacto fundamento, id est, præ-

luente fide, & inchoata obedientia morali. Hæc regula traditur Rom. 2. Circuncisio prodest, si Legem obserues. Cœna Domini prodest, non ex opere operato, sed homini agenti pœnitentiam, credenti Euangelio, & habenti bonum propositum non perseuerandi in peccatis.

Caligula]

Seneca: Quem rerum natura non nisi in exitium opprobiūm

que humani generis edidit [Paulus vas iræ vocat] Suetonius dixit, exi-tio suo omniumque Caïum Caligulam viuere, & se natricem [serpentis id genus] populo Romano, Phaëthonem orbi terrarum educare.

Non dubium est]

Aureum axioma in Theolo-gia, quod gubernat totum locū

de iustificatione & bonis operibus. In omnibus locis, qui concionantur de bonis operibus, facienda est Synecdoche, id est, copulatio fidei & operum, quia opera sine fide, nec fieri possunt, nec placent

Deo. Roman. 14. Quidquid sit sine fide, peccatum est. Hebr. 11. Impos-
sibile est sine fide Deo placere. De altera propositione Iohannis 15.
Sine me nihil potestis facere. In dictis verò, quæ de fide loquuntur,
[Abacuc: Iustus fide viuit.] synecdoche fugienda est, quia fides non
nititur duabus ancoris, sed solo mediatore Christo. Iohann. 14. Nemo
venit ad Patrem, nisi per me. Ego sum via, veritas & vita. Et Petrus
Actori 14. Non est aliud nomen datum sub cælo, in quo oportet sal-
uari, præter nomen Iesu Christi. Galat. 3. Et semiini eius: non dicit, in
seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno. Cùm legimus locos de
bonis operibus, vt psalm. 41. Beatus, qui intelligit super pauperem.
Item psal. 112. Beatus, quem diligit Dominus: Addamus hanc inter-
pretationem: Beatus qui intelligit super pauperem, fide prælu-
cente, &c. Nam si sine fide benefacis pauperi, non placet
misericordia Deo. Contrà verò, cùm legis dicta
de fide, noli addere Papisticani Synec-
dochē, quia fides tantum Me-
diatore Christo
nititur.



FINIS PRIMAE PARTIS LO-
CORVM THEOLOGICORVM
VICTORINI STRIGELII.



02.6. 37151.





Constat, Joachimico
25 Januarij A^o 1582
Francij

